

CORPVS
SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM
LATINORVM

EDITVM CONSILIO ET IMPENSIS

ACADEMIAE LITTERARVM CAESAREAE

VINDOBONENSIS

NOVA SERIES — VOL. I.

POETAE CHRISTIANI MINORES

PARS I

PAVLINI PETRICORDIAE CARMINA REC. M. PETSCHENIG, ORIENTII CARMINA REC. R. ELLIS, PAVLINI PELLAEI EVCHARISTICOS REC. G. BRANDES, CLAVDII MARII VICTORIS ALETHIA ET PROBAE CENTO REC. C. SCHENKL.

MEDIOLANI

PISIS NEAPOLI

VLRICVS HOEPLIVS EDIDIT

ANNO CHRIST. M·DCCC·LXXXVIII.

POETAE CHRISTIANI

MINORES

PARS I

PAVLINI PETRICORDIAE CARMINA REC. M. PETSCHENIG,

ORIENTII CARMINA REC. R. ELLIS,

PAVLINI PELLAEI EVCHARISTICOS REC. G. BRANDES,

CLAVDII MARII VICTORIS ALETHIA ET PROBAE CENTO REC. C. SCHENKL.

MEDIOLANI
PISIS NEAPOLI
VLRICVS HOEPLIVS EDIDIT
ANNO CHRIST. M·DCCC·LXXXVIII.

VINDOBONAE, TYPIS DESCRIPSIT ADOLPHVS HOLZHAVSEN.

PAULINI PETRICORDIAE

QUAE SUPERSUNT.

RECENSUIT

ET COMMENTARIO CRITICO INSTRUXIT

MICHAEL PETSCHENIG.

PRAEFATIO.

Quamquam Paulini codicum qui ad nostram aetatem peruenerunt perexigua est copia, tamen ne his quidem omnibus opus esse ad nouam recensionem adornandam antiquissimis eorum et inter se et cum editionibus collatis statim mihi persuasi: eam enim librorum superstitum condicionem esse apparuit, ut unus quidem sit optimae notae, ex quo fructus maximus ad haec opuscula emendanda possit redundare, reliqui uero ad unum omnes ab exemplari multis uariisque modis corrupto atque deprauato sint profecti. sed iam ipsi libri quos contuli describantur.

Vaticanus bibl. reginae Sueciae signatus n. 582, saec. VIIII—X, forma minore, fol. 66, fol. 1—57 Paulini opuscula continet ab una manu scripta. sequuntur poematia duo et excerpta de Gregorii Turonensis historia Francorum ad S. Martini basilicam pertinentia: quae omnia hoc loco libet repetere. R

fol. 58a *Incip de uidua pauper et duo aera.*[1])
Discat euangelico Christum sermone fateri,
Quisque uenit[2]) *summo uota referre*[3]) *deo.*
Quamuis corde tremens, supplex genu, cernuus ore,

[1]) Hoc carmen inscriptum basilicae S. Martini 'in introitu a parte occidentis super ostium' (Reifferscheid, BPLI, tom. I, pag. 305) extat apud Le Blant, Inscript. chrét. de la Gaule, I, 234. edidit etiam Ioh. Huemer in ephemeride 'Zeitschrift für die österreichischen Gymnasien', 1881, pag. 420 e cod. monasterii sanctae crucis (Heiligenkreuz) saec. XII, in quo tamen titulus non extat. adscribam codicis (*H*) et Leblantii lectiones discrepantes.
[2]) uelit *H* [3]) re ‥ ferre *R*

4

Si cessent operae,[1] nempe fides[2] uacua est.
Lege sub hac pariter locuples pauperque tenentur:[3]
Cui census desit,[4] mente probabit[5] opus.
Nec[6] quemquam excusat tenuis atque[7] arta facultas:
Affectu constat gloria, non pretio.[8]
Qui tribuit, quaecumque potest,[9] is plurima confert:
Parua licet dederit, maxima quaeque[10] capit.[11]
Inter opum cumulos[12] scimus et[13] dona potentum
Praelatam[14] uiduae pauperis esse fidem.
Mercantem nummis caelorum[15] regna duobus
Sublimem uexit iustus in astra pater.
Non qui multa dedit, sed qui sibi[16] nulla reliquit,
Laudari meruit iudicis ore dei. Finit.

Basilica sc̃i ac beatissimi Martini ep̃i abest[17] e ciuitate passos δL̃. habet in longo pedes. CLX. latitudine pedes. LX. altitudo usque camera pedes. XLV. fenestras in altare. XXXII. in capso. XX. ustia. VII. tria in altare et quattuor in capso. extra ingressus. ad fontes. columnus. CXX.

Incipiunt uersus.

Mitis corde pio castusque et corpore puro
Pontificis sacri limina cultor adi.
Angelicam cernis Martini antistitis[18] aulam,
Sit[19] licet in celsis altior illa sedis.
Perfusus lacrimis et fixus pectore terrae
Ingemat arcanus uulnera clausa dolor.
Huic non difficile est aegram[20] reparare salutem,
Cui facile extinctis[21] reddere saecla fuit.

---

1) opere *R* opera *H* 2) fi*es (g *eras.*) *R* 3) tenetur *H et Le Blant* 4) desit *H et Le Blant* 5) probauit *H et Le Blant* 6) haec *H* 7) adque *R*[1] 8) precio *H* 9) quecunque *H* potest] opus est *Le Blant* 10) queque *H* 11) cupit *R* 12) cumulus *R* 13) et scimus *transpos. Huemer: sed cf. u. 7* tenuīs atque uel dona *Le Blant* 14) praelatum *R*[1] prelatam *H* 15) celorum *H* 16) quae . . . . quae *Le Blant* sibi* (i *eras.*) *R* 17) *cf. Greg. Turon. hist. Franc. II, 14* 18) antestis *R* 19) sed *R* 20) ergã *R* 21) extinctos *R*

Dummodo ne trepidum[1] *te diffidentia uincat,*
Maestus adis sancti limina,[2] *laetus abis.*

Sequuntur uersus Victorini (Mai. Auct. Class. V 382). — singuli Paulini libri non ut in aliis codicibus per capita quaedam distincti, uersuum autem litterae initiales ductibus maiusculis exaratae sunt. singulae paginae uicenos quaternos uersus continere solent. librum pretiosissimum descriptum esse de exemplari uetustissimo quidem sed uaria damna passo satis demonstrabunt ea quae de singulari eius condicione dicamus necesse est. cum enim uerborum contextus in libro primo et secundo nusquam sit interruptus, statim in initio libri tertii (fol. 25^{b} med.) post uers. 19 sequuntur versus III 311—IIII, 175 (—fol. 32^{a} sub fin.), quibus adiunguntur III 20—310 (—fol. 38^{a} sub fin.). iam si horum posteriorum uersuum numerus qui est 291 in sedecim partes diuiditur, efficitur quaternionis species, cuius paginae ita erant conscriptae, ut unaquaeque duodeuiginti uersus contineret exceptis tribus, in quibus undeuicenos uersus fuisse ratio demonstrat. restat igitur ut uideamus, quid altera uersuum parte, quorum numerus est 323, habita eadem singularum paginarum ratione efficiatur. cum unum archetypi quaternionem inuenerimus plus minus 288 uersus continuisse, si respicimus librarios non ubique sibi constitisse in numero uersuum quem in quaque pagina ponerent, ita ut hic liceat numerum etiam augere circiter 32 uersibus, habebimus versus circiter 320, qui numerus cum eo quem supra diximus 323 optime congruit. — sed uideamus iam porro. inde a IIII 176 (siue si ordinem in R seruatum sequamur a III 310) lacuna est uersuum 691 usque ad V 193, id est duorum quaternionum et tertii dimidiae partis, ita tamen ut librarius cod. R neque contextum usquam interrumpat neque alio modo significet uerborum defectum in codice archetypo se non effugisse. lacunam excipiunt 79 uersus V 194—272 seu quaternionis quarta fere pars, post quos iterum omittuntur V 273 —625, id est uersus 353 siue quaternionis unius par quarta

---

[1] trepidus *R* [2] ′limina ′sci͂ *R*

et alter integer. denique si omnes uersus inde a III 20 usque ad V 625 computantur, efficitur numerus uersuum 1737: qui si diuiditur numero quaternionum quem ratione inuenimus, id est 6, uniuscuiusque horum quaternionum habebimus numerum uersuum plus minus 289. item prologum et uersus 1131, qui sunt ab initio libri primi usque ad III 19, quattuor quaterniones compleuisse ratio ostendit. restant denique a V 626 usque ad finem totius operis circiter 870 uersus, qui tres quaterniones efficiunt. iam uero his omnibus perpensis hanc fere intellegemus fuisse libri archetypi speciem.

Quaterniones.	Lib.
I—IIII.	Prol. I, 1—III, 19
b V.	III, 20—310
a VI.	III, 311—IIII, 175
*VII. *VIII.	IIII, 176—V, 40
VIIII. *1. *2. *3. *4. 5. 6. *7. *8	V, 41—193 ‖ 194—272 ‖ 273—350
*X.	V, 351—625
XI—XIII.	V, 626—VI fin. et appendix.

Perierant igitur archetypi quaterniones integri VII, VIII, X et noni pars maior, quo detrimento facto partes libri lacerae a bibliopega neglegenti ita compactae sunt, ut quaterniones V et VI locum commutauerint. codicem ita mutilatum is qui R scripsit diligenter expressit neque suopte ingenio quicquam mutauit aut interpolauit, nisi quod in subscriptione libri quinti, cum se quartum ad finem perduxisse opinaretur, numeros ex arbitrio posuisse uidetur. at cum sextum perfecisset, qui ipsi recte numeranti quintus esse debebat, id iam oblitus numerum quem in archetypo scriptum uiderat intactum reliquit.

P Vaticanus bibl. Palatinae n. 845 saec. VIIII—X, forma maxima, praeter Sulpicii Seueri scripta quae ad S. Martinum pertinent et Venantii Fortunati carmen de uita eiusdem fol. 74ª—143ᵇ Paulini opuscula praeter prologum continet integra.

V Vaticanus bibl. antiquae n. 1664 saec. VIIII—X, forma maiore, triginta foliis continet carmen de uita S. Martini mutilum et uersus de orantibus. librorum singulorum partes litteris initialibus maiusculis distinctae sunt. desunt in hoc codice uersus II 166—632 iam in archetypo deperditi: prae-

terea ipsius libri folia compluria interierunt, quae continuerant uersus III 227—388, IIII 489—574, V 60—379, 621—701, 782—VI 63. cum singulae codicis paginae quadragenos uersus complecti soleant, intercidisse apparet diuersorum quaternionum folia decem hoc ordine: 2 + 1 + 4 + 1 + 2.

Sangallensis 573 saec. VIIII—X fol. 1—83 Paulinum exhibet: sequitur Venantii Fortunati carmen heroicum. codice in Fortunati operibus edendis usus erat Fr. Leo. mihi collatio carminum Paulini a V. Thumsero confecta praesto fuit. S

Parisinus bibl. nationalis (nouvelles acquisitions Latines) n. 241 saec. VIIII (ut mihi uidebatur, potius X) post Prudentii opera foliis 203ᵃ—221ᵇ med. continet Paulini libros I—III 259. qui codex cum in libro II eandem exhibeat lacunam, qua mendosus est V, et in multis lectionibus quas V praebet peculiares fere cum eo consentiat, apographon Vaticani habeatur necesse est. neque obstat huic sententiae quod, cum in V inde a uersu III 227 lacuna duorum foliorum sit, in A versus 227—259 leguntur. facile enim fieri potuit, ut eo tempore, quo A ex V describebatur, hic liber nondum esset lacunosus. qua uero causa factum sit ut librarius inceptum describendi opus subito interrumperet, iam dispici non potest. A

Praeter hos codices quibus in uerbis poetae castigandis usus sum alii quoque sed pauci iidemque recentiores hodie supersunt. atque fragmentum quidem illud quod est in codice Ambrosiano C. 74 saec. X tantum exhibens I—III 291 (si modo haec integra sunt) artissime conspirare cum V uel ex paucis quas Reifferscheidius exscripsit lectionibus cognoui: cf. bibl. patr. latin. Ital. II, pag. 69. maioris fortasse momenti, certe integrior est Montepessulanus n. 352 saec. X a Corpetio adhibitus[1]), qui de eo in praef. pag. 12 haec refert: Ce manuscrit, d'une belle écriture du X. siècle, sur vélin, petit in 4⁰ se compose de 59 feuillets; il renferme les six livres sur la Vie de S. Martin, la lettre à Perpetuus, et les treize premiers vers du poëme de Visitatione nepotuli. Il a perdu un

[1]) Poëmes de Paulin de Périgueux et de Fortunat sur la vie de Saint Martin, par Corpet. Paris 1849. Panckoucke.

ou deux feuillets; car il est naturel de croire qu'il conténait dans l'origine la fin de ce dernier poëme et l'inscription de la basilique de S. Martin (id est carmen de orantibus) . . . . . . Je l'ai collationé en entier; il m'a été d'un grand secours. — alter codex, quo Corpetius usus erat, Parisinus est bibl. nationalis saeculo ut ille refert decimo scriptus, olim Sangermanensis. hic liber quin idem sit qui nunc in bibl. nationali sub n. 13759 adseruatur iam non dubito, ex quo A. Engelbrechtius litteris me certiorem fecit in ea bibliotheca non plus quam duos libros extare qui Paulinum contineant. nam ut Sangermanensem conferrem adduci non potui, quippe qui Corpetio auctore in fine libri secundi desinat. alium librum in bibl. Mediomontana (Middlehill) extare ex Haenelii libro notissimo comperi: qui quo tempore sit scriptus, equidem nescio. certe uetustis adnumerandum non esse inde colligitur, quod Zangemeister eius non fecit mentionem. haud sane magni pretii fuit codex ille e quo Iuretus Paulinum primus edidit: cuius lectiones cum e Daumii editione cum cura enotassem, inferiorem omnibus meis et multo pluribus locis mendosum esse cognoui. Guelferbytanus denique Augusteus 85, 5 chart. saec. XVI, cuius lectiones diligenter conscriptas G. Brandes mihi beneuole misit, codicem Palatinum, cuius apographon est, ita repraesentat, ut pauca correcta, plura uitiata sint.

Quibus disputatis cum satis pateat libros manu scriptos quos mihi adire licuit omnium esse antiquissimos, id iam addendum est nullum eorum usque ad nostram aetatem a quoquam homine docto esse inspectum. quam ob rem aequum esse puto ut paulo fusius de uniuscuiusque pretio et auctoritate disseramus quaeue inter eos similitudo uel diuersitas intercedat diligentius inquiramus. atque primum quidem hanc rem uel obiter attingenti luce clarius appareat necesse est duas esse librorum familias e duobus exemplaribus prorsus diuersis profectas. ad alteram solus pertinet R, ad alteram reliqui qui aetatem tulerunt omnes. quae familiae bonitate ita inter se differunt, ut R longe praestantissimus sit, PSV suae quidem stirpis optimi, sed tamen R plerumque inferiores,

A nullius fere pretii. et R quidem solus seruauit prologum et uersus I 71, II 29—32, 269, 497—499, III 250—251, VI 149, quos genuinos esse et ratio ipsa demonstrat et στιχομετρία probare uidetur, de qua statim dicendum est. non recte numeratos esse libri primi uersus ea docent quae in omnibus codicibus leguntur '*habens uersus CCCLXXXV*': nam uersum 71, qui in solo R extat, ab ipso auctore profectum esse certo certius est. liber secundus in PSVA siue in eorum archetypo exemplari uersus continet 719, in R 726. at subscriptum est in PSVA '*habens uersus DCCXXII*', in R '*habens uersus DCCXXVII*'. uerum numerum in R legi e uersibus 8—11 possis suspicari.

> *pergamus, quia terra procul, quo traxerit unda:*
> *tantum ut placatam Martini spiritus auram*
> *diffundat flatumque leuem sic praestet eunti,*
> *ut putre sustineat felicia flamina uelum.*

ualde enim in uersu 9 scribendo codices differunt: *nos tantum ut placitam R, tantum ut placitam PV, tantum ut placatam S, ut placitam tantum A.* in qua discrepantia si cod. R lectionem sane miram respicias, conicere licebit unum uersum intercidisse, quem sic fere suppleas.

> *nos tantum ut placidam ⟨petimus superante carina*
> *aequoreos campos⟩ Martini spiritus auram*
> *diffundat.*

non alia est libri tertii condicio, cui cum codices omnes subscribant '*habens uersus CCCCLVIIII*', re uera in archetypo PSV non extiterunt nisi 456: in R uero, qui uu. 250 et 251 addidit, horum posterior adeo corrupte est seruatus, ut, cum sententia imperfecta sit atque obscura, tertium etiam uersum iam in archetypo R aut defuisse aut legi iam non potuisse statuamus necesse sit. porro cum in libro quarto uerus numerus in SV seruatus sit — intercidit enim unus uersus post u. 163 — in quinto unus uersus deest ei numero qui in subscriptione codicum PS legitur DCCCLXXIIII: qui quo loco exciderit, non satis liquet. denique quomodo factum sit,

ut libro sexto, cuius omnino sunt uersus 506, subscriptum sit '*habens uersus CCCCLXXIIII*', nullus dispicio, cum ipsa poetae uerba nusquam ansam praebeant suspicandi aliquot uersus a falsatore quopiam esse interpolatos.

Iam certissimis ut arbitror argumentis demonstratum est Paulini opus ne codicis R quidem ope, qui undecim uersus seruauerit qui in reliquis desunt, in integrum posse restitui, cum uel optimum exemplar ad quod R refertur fuerit lacunosum. sed nunc ad R reuertendum est, qui ut ampliorem, ita etiam in multis longe meliorem praebet uerborum contextum. non autem opus est hoc loco singula tractare: ipse lector indicatis huiuscemodi locis facile diiudicare poterit utra lectio sit anteponenda. itaque eum relego ad uersus I 70. 85. 188. 200. 210. 226. 269. 270. 336. 342. 381. II 24. 25. 38. 40. 46. 139. 189. 270. 436. 488. 588. 697. 703. 710. III 30. 35. 75. 104. 119. 184. 204. 315. 341. 380. 408. 409. 426. 430. 456. IIII 64. 96. 111. 120. 138. 148. V 211. 231. 267—268. 270. 699. VI 25. 39. 479. De uis. nep. 5. 6. 10. 33. 53. 61. 76: conferatur etiam epistula ad Perpetuum. — non autem desunt in hoc libro loci mendosius quam in reliquis traditi, qui tamen neque multi sunt neque ita comparati, ut archetypum grauiorem quandam labem traxisse existimemus. cf. I 5. 44. 372. 375. II 174. 206. 288. 292. 323. 544. 695. III 24. 136. 326. IIII 16. V 205. 263. VI 69. uno tantum loco dubitatio oriri potest. II 176 quamquam '*uulgi*', quod in PS legitur, Sulpicii Seueri uerbis confirmatur, tamen quod R praebet '*mundi*' per se aptum est, si modo consideramus uocabulum '*mundus*' a scriptoribus ecclesiasticis hac saepe significatione poni, ut idem sit quod '*multitudo*' uel '*turba hominum*'.

De codicibus PV, quos ex eodem fonte fluxisse lectiones plurimae quas communes habent testantur, non est quod multa disputem. plura autem de S dicenda sunt, qui ut ab homine satis ingenioso passim correctus est, ita etiam magis quam reliqui pro arbitrio emendatoris lectiones exhibet a ueris longissime distantes. quantum autem in eo interpolandi libido sit grassata, documento sunt loci quos iam adponimus I 21. 35. 37. 96. 122—123. 145. 173. 187. 211. 214. 228. 233. 284.

386. II 20. 59. 71. 185. 197. 221. 224. 257. 310. 441. 447. 659. 686. III 28. 122. 226. 337. IIII 13. 245. 604. V 329. 434. VI 452. praeterea hic liber nescio quo casu lacunis uberior est quam ceteri eiusdem familiae. cf. I 96. 117. 142. 171. 269. II 40. 57. 87. 159. 479. III 209. 295. 394. 433. 434. IIII 44. 46. 148. 462. 488. V 96. 102. 188. 431. 708. VI 182. 382. 440. De uis. nep. 54. 74. nihilominus tamen haud exigui est pretii, cum multis locis ueram scripturam solus seruauerit: quod quidem non archetypi bonitate mihi factum uidetur sed opera eius, qui, cum illum ex exemplari lacunoso uariisque modis uitiato describeret, simul emendandi munus sibi suscipiendum esse arbitratus est. itaque recte scribuntur in S:

		S	RPVA aut eorum pars
I	199	*praestrauerat*	*praestauerat*
—	310	*fetentis*	*fatentis*
II	44	*nigrantis*	*nigrantes*
—	46	*retrahit*	*retrahet*
—	92	*posset*	*possit* [1])
—	132	*hora*	*ora*
—	159	*gerendum*	*gerendam PVA, regenda R*
—	199	*gutta*	*guttas*
—	339	*similis*	*similes*
—	410	*procellae*	*procella (—am)*
—	578	*iam*	*tam*
—	604	*pauores*	*pauoris (paueret)*
—	719	*rigata citam*	*rigat tacitam*
III	7	*sancti*	*scs*
—	8	*dicet*	*dicit*
—	35	*fastigia*	*fastidia*
—	72	*uicini*	*uicinis*
—	141	*dicta euentu*	*ductae uentu*
—	166	*adegi*	*adegit*
—	189	*extrema*	*extremae (-e)*
—	248	*desperarem*	*disparem (—e)*

[1]) Eadem discrepantia conspicitur II 425. 665. III 81. 426. 439. IIII 136. 659. VI 277. De uis. nep. 25.

	S	RPVA aut eorum pars
III 330	*omnis*	*omnes*
— 380	*credere*	*cedere*
— 391	*emeritos*	*emeritus*
— 392	*qui*	*quae*
— 397	*resistet*	*resistit*
— 413	*inuictos*	*inuictus*
IIII 16	*sueuit*	*saeuit (uenit R)*
— 57	*calcantes*	*calcantis (—i)*
— 159	*calle*	*colle*
— 192	*liuentes*	*liuenter (lib—)*
— 213	*peius*	*pius*
— 274	*lacrimarum*	*malarum*
— 341	*tunc*	*cum*
— 363	*at*	*ad*
— 378	*in conspicuis*	*inpicuis*
— 432	*e*	*et*
V 340	*tu*	*ut*
— 398	*loquatur*	*loquitur (—etur)*
— 507	*oris*	*oris oliui*
— 619	*dirus*	*uirus*
— 727	*exortum*	*exorsum*
— 782	*et laceram*	*et lacera (exlaceram)*
— 807	*uomitus*	*uotus (—os)*
VI 69	*absorbet*	*absorberet (abscriberet)*
— 139	*ipso*	*ipse*
— 158	*trepidos*	*trepidus*
— 207	*anteriore*	*ante priore*
— 231	*condere*	*comedere (demere)*
— 379	*alios*	*alio*
— 391	*aquis*	*quis*
— 436	*seruant*	*seruante*
De uis. nep. 65	*qua*	*quas*

Iam uero disputatione de codicum auctoritate absoluta id in uniuersum dicendum est libros qui manserunt manu scriptos, etsi pretio multum inter se differunt, omnes tamen ad unum

uerba Paulini exhibere plurimis locis adeo corrupta atque uitiosa, ut editori emendandi labor haud exiguus relinquatur. fauente autem contigit fortuna, ut multi iam et docti homines his opusculis in integrum restituendis diligentem neque infructuosam operam nauauerint. inter quos praecipua cum laude nominandus est Franciscus Iuretus, qui primus Paulinum edidit (in tomo VIII Bibl. patr. Parisiensi Margarini de la Bigne MDLXXXIX). nam cum ei praesto non esset nisi exemplar unicum Petri Pithoei, neglegenter ab imperito librario descriptum, rem tamen optime egit multaque menda quibus ille codex scatebat ingeniose correxit.[1]) Iureti textus iterum impressus est in Bibliotheca patrum Coloniensi. secuta est Daumii editio cuius est titulus: 'Benedicti Paulini Petrocorii[2]) de uita B. Martini libri sex, cum notis Francisci Iureti, IC. Eiusdem ad nepotulum ab eodem recensitum Carmen, itemque Epigramma Basilicae Martini apud Turones inscriptum, Tertulliani Carmen de Iona et Niniue, Paullini, Ausonii Nepotis, Eucharisticum. Caspar Barthius omnia recensuit et Animaduersionibus illustrauit. Accesserunt et notae in Paullinum Petrocorium Iohannis Frederici Gronovii, et indices Auctorum Rerumque; cura et studio Christiani Daumii. Lipsiae. Apud Iohann. Fuhrmannum et Matthaeum Ritterum. Typis Christophori Güntheri. Anno

---

[1]) De exemplari suo Iuretus in epistula ad Pithoeum haec refert: 'stomachum mouit innumerus mendorum et errorum numerus, quibus adeo indigne membranae corruptae, ut inter legendum saepiuscule librarii manibus poenam imprecarer, quae falsi crimen admiserant. quid enim? uix unus hic uersus exstitit quin euersus; orationis plus erat quam rationis; nutabant syllabae, nutabant uerba; cum pedibus claudis nihil prorsus stabat. denique uix sensus ullus quin nullus, ut quot litterae, tot liturae potius uiderentur.' Pithoei librum apographum uetus codicis P fuisse inde licet suspicari, quod plurimas lectiones cum Palatino communes habet.

[2]) 'Petrocorii' quod editores addiderunt auctoritate omnino caret. retinui igitur illud quod in codicibus traditum est '*Petricordiae*'. cf. Hieron. de uir. inlustr. 53 *Tertullianus, prouinciae Africae, ciuitatis Carthaginiensis.* 122 *Latronianus, prouinciae Hispaniae.* Gennad. 19 *Seuerus, Aquitanicae prouinciae.* Optat. Mileuit. III 1 *Donato Carthaginis.* III 3 *Donatum Carthaginensem* et paulo post *Donatus Carthaginis.* — ibid.: *denique et in ore populi raro est appellatus episcopus, sed Donatus Carthaginis dicebatur.*

M.DC.LXXXI.' — editionis originem Daumius ipse in praefatione narrauit, dicens duodequadraginta annos praeteriisse ex quo precanti sibi Caspar Barthius Iureti textum et adnotationes, quae Barthius sua manu descripsisset, cum ipsius Barthii animaduersionibus in libros I et II misisset. tum post sex annos iterum iterumque petentem se eiusdem animaduersiones ad reliquos libros et ad carmina minora accepisse diligenterque descripsisse. quae omnia cum per longum tempus in scriniis ipsius latuissent, tandem aliquando contigisse ut qui ea imprimeret inueniretur. apparet ergo Barthium, qui a. 1658 decessit, sub extremum uitae tempus nouae Paulini editioni parandae operam dedisse. nam cum a. 1643 partem operis absolutam ad Daumium misisset, anno demum 1649 totum ad finem perduxit. re uera autem ista recensio tota Barthii est, cum Daumius tantum munere editoris functus sit, nisi quod indices a se confectos addidit. uerum Barthius Iureti editionem repetere satis habuit, coniecturas autem suas sane numerosas in animaduersionibus proposuit. quarum pro numero exceptis illis, quibus Barthius codicum lectiones assecutus est, non ita multae sunt quibus adstipulari possis: plerasque uix mentione dignas habeo. pauca egregie correcta sunt in Ioh. Fred. Gronovii obseruatis in Paulinos, quae Daumius Barthii animaduersionibus adnexuit. omnium uero optime meo quidem iudicio de Paulino meruit Thomas Wopkensius (Aduers. critica ed. C. H. Frotscher, Lipsiae 1835, uol. II, pag. 226—285). nam quantum Corpetius, qui Paulinum, ut supra iam dictum est, nouissime edidit, in eo emendando consecutus sit, equidem ignoro, cum huius editionis exemplar conquirere non contigerit. denique Guilelmus Hartel Vindobonensis et Guilelmus Brandes Brunsuicensis obseruationes suas et coniecturas per litteras amice mecum communicauerunt.

His igitur subsidiis instructus et satis amplum numerum emendationum egregiarum nanctus, quibus paucas ex meo addidi, iam tibi, lector beneuole, hac editione Paulinum exhibeo innumeris et foedissimis mendis purgatum. quodsi residui sunt loci minus bene quam par erat uel tractati uel correcti, id uelim non desidiae meae tribuas, sed ingenio in re difficillima

deficienti. quam maximae autem grates mihi agendae sunt omnibus qui edendi operam quocumque modo iuuerunt: e quibus Guilelmum Brandes, Augustum Engelbrecht, Guilelmum de Hartel, Ottonem de Heinemann, Iohannem Huemer, Carolum Schenkl, Georgium Schepss praecipua cum laude nomino.

Scribebam Graecii mense Maio a. 1886.

Michael Petschenig.

NOTARUM INDEX.

R = Reginensis 582 saec. VIIII—X.

P = Palatinus 845 saec. VIIII—X.

S = Sangallensis 573 saec. VIIII—X.

V = Vaticanus 1664 saec. VIIII—X.

A = Parisinus (nouv. acquis. Lat.) 241 saec. VIIII—X.

cod. Iureti = liber uetus Petri Pithoei, e quo editio princeps Francisci Iureti fluxit.

v = editio Iureti repetita a Daumio et Mignio (Patrologia Latina tom. LXI.)

Barth = Caspari Barthii animaduersiones Daumii editioni, Lipsiae 1681, adnexae.

Wopkens = Thomae Wopkensii adversaria critica ed. C. H. Frotscher, Vol. II, Lips. 1835, pag. 226—285.

I.

DE UITA SANCTI MARTINI EPISCOPI LIBRI VI.

PROLOGUS.

Domino sancto ac beatissimo, speciali apud deum patrono et cum omni cultu et admiratione uenerabili uereque apostolico in omni religione doctori Perpetuo episcopo Paulinus.

Studio caritatis et dilectionis affectu obliuisci nos pudoris iu-
betis, cum modestiam et uerecundiam suadeatis, ne grauetur
praeuaricatione iudicium. falli uos non intellegitis fauorabilius
sentiendo quam uerius: bonum creditis quod bonum uultis et in
consortium uestrae deuotionis adsciscitis etiam quos de desi-
pientibus legeritis. de sancti atque apostolici doctoris et domini 2
meritis atque uirtutibus tam splendidam ad nos misistis histo-
riam, ut rectissime, si ita iussisset uestra benedictio, ad totius
orbis notitiam perueniret. uerum his me inhaerere uestigiis et
posse aliquid adicere quasi expolitius censuistis, cum multo
maius sit conperta promere quam prolata transcribere. adquie- 3

Prologum solus seruauit R 6 ne grauetur *scripsi:* nec gruatur *R* 9 quos de desipientibus *scripsi:* quod desinentibus *R cf. infra §. 4* excusate inperitiam 11 spendidam *R* 15 promere ** *R* transscribere *R*

scamus tamen oboedientiam subdere, non conscientiam incautius aestimare, quia puto discerni non debere quid iubeat, cui in omnibus obsequendi uota se subdant. domine sancte ac beatissime uereque perpetue religionis et gratiae patrone, uenerabilis doctrinae speculum, perfectionis exemplum: sectare quem diligis, imitare quem sequeris, honore successor, humilitate uenerator.

4 utamur uestri definitione mandati. usurpate quod uestrum est, qui me, ut scitis, obnoxium hac electione perfecistis. cum in manus uestras charta peruenerit, fouete quod sumitis, excusate inperitiam, exorate clementiam: ignoscat usurpationi, opituletur peccanti, succurrat errori. indignum fuit ut gesta tam grandia auderemus attingere, sed adrogantius fuerat mandata con-

5 temnere. ferat murmura per patientiam suscepta per gratiam, non irascatur audaciae per gaudia fortiori. deus noster, quae per ipsum dignatur operari, uult quolibet nuntiante cognosci. uos patrocinio fouete susceptum, quem per illos thesauros caritatis adsumpsistis incognitum.

4 perpetuae *R* 8 perfectis *R* 9 carta *R* 10 inperitiam *scripsi:* inperitam *R* 11 peccanti *scripsi: cf. IIII, 496* precanti *R* 17 incognitum. Explicit prologus *R*

LIBER PRIMUS.

Sparserat in toto lumen uenerabile mundo
Christus, euangelici reserans mysteria regni.
sed quia non omnes uirtutum operatio gentes
mouerat, et fragili dubitabant credere sensu
quidquid ab externis uulgasset nuntius oris
(nam uerbis conperta mouent, praesentia rebus:
suadentur non uisa quidem, sed uisa probantur),
ille ergo, in totum cui par miseratio mundum,
seuit et in nostris miracula plurima terris,
donans extremis Martini insignia Gallis.
quem procul in nostram misit fecunda salutem
Pannonia, haut humili generatum stirpe tribuni.
nam genitor clarus meritorum laude: sed iste
nobilior patribus tam claris, qui patre Christo
spreuit sacrilegos bene degener in patre ritus.
Uix etenim decimo, senior iam moribus, anno
transiit ad sacram constanti pectore legem
signauitque crucis sanctam munimine frontem.
non illi in tenero mens lubrica pectore: tota
praeceptum seruare dei uel nosse uoluntas,
conuentus uitare hominum, secreta beati

11—23] Sulp. Sev. V. M. 2, 1—4. 11] cf. Fortunat. C. VIII, 3, 155.

Incipit opus paulini petricordiae (petricordie *P* petrecordiae *V* petre corcordię *A*) de uita sc̃i martini ep̃i (episcopi *A*) uersibus *PSVA: om. R* 2 misteria *P* 4 dubitarent *v* 5 quicquid *RSVA* extremis *R* uulgassent *R*[1] 6 comperta *RSVA* 8 pars *PV cod. Iureti* 9 sueuit *RP* 12 haut *PVA:* haud *RS* humile *V*[1] tribuni *VA:* tribuno *RPS* tribunus *iunctum cum insequentibus v* 14 claris *scripsi:* clarus *RPSVA v* 15 sprȩuit sacrilegus *P* deneger *A*[1] ritum *V* 17 transiuit *P* 18 munime *P* 19 No^n nulli *V* illo *A*[1] antenero *R*[1] 21 beatae *S*

scire heremi spretoque deum cognoscere mundo,
linquere terrenas sublimi pectore curas.
Haec uix bis senis cum moliretur in annis,
praeclusa est tanti sublimis gloria facti,
sed meritum numerante deo, qui uelle probauit.
praecipit Augustus dilectu ad bella parando
accingi cunctam ueterano e germine prolem.
quid non liuor agat? prodit pater armaque nato
ingerit. heu tanti pietas oblita pericli!
quin potius, si quem recipit mens saxea sensum,
cresce tuis titulis: mage laus est nam tua uinci.
cerne pio tantum quae gesserit omnia uoto:
si bona sunt, imitare libens: sin ardua, gaude.
uincitur Christi miles pro milite saecli,
sed mens non trahitur nec cor cum carne ligatur.
uana tyrocinii sunt nomina: militat olim,
qui captus proprii per proelia plurima regis
uicit auaritiam debellauitque superbam
luxuriem: prostrata iacet iam uiribus huius
ambitio, et firmam fugit furor iraque mentem
excedensque omnes funesta superbia culpas.
unum progressus socium sibi uix sinit ire
non opere adstrictum, sed solum nomine seruum.
o felix, cui tale iugum tam grata parauit
condicio, ut de sorte tua contendere tecum
nobilium possint certantia uota uirorum,

24—53] Sulp. Sev. V. M. 2,5. 40] cf. IIII, 666. Coripp. Inst. I, 173.

24 molliretur *PV* armis *A* 25 praeclara *VA* 26 numerante (*i. e.* aestimante) *A Iuretus:* munerante *RPSV* 27 dilectu *RP:* delectu *SV* dilecta *A cod. Iureti* 28 ex *R* 29 agit A^1 31 potuis *V* anxia *R* 32 crescet uis *RPVA* tituli *R* nam tua] munere *V* 33 gesserat *V* 35 miles christi *S* saeculi R^1 secli *VA* 36 legatur *P* 37 uano *PV* uane *S* sub nomine *S* 38 plurima premia *A: transpos. m. 1* plurima proelia *v* 39 auariciam *R* 40 luxoriem *RPV* luxuriam *v* 41 itaque *PVA* 43 progessus *V* 44 solo *R et cod. Iureti in marg. cf. VI, 301* 46 conditio *PSVA* condere PV^1 *cod. Iureti* considere *S* concedere *A* 47 niuorum *PV*

si liceat seruire tamen. sed tu quoque duram
cogeris ad legem nascendi lege solutus:
nam tibi subiecti seruit deuotio sancti.
idem habitus, parcae conmunis copia mensae,
hic prior obsequiis, ne saltim noscere possit
praelatum domino quaeuis sollertia seruum.
  Hic iam cum paribus quae gratia, quamque modeste
ipsos subdiderat dilectio uera priores:
tum sumendorum districtio quanta ciborum,
ne distenta citum uitiarent uiscera sensum
nec premeret uigilem membrorum sarcina mentem,
ut diuisa inopi praeberet copia partem
quaeque unum obrueret, melius refoueret utrumque.
nam sic supplicibus diuiserat omnia egenis,
ut sola exesis superessent tegmina membris:
cum subito horrentis glaciali frigore brumae
nudus in occursum properat, uix uerba frementi
dimidians praefracta sono: sed causa loquellam
expedit et linguae partes proclamat erumna.
praetereunt cuncti, fastiditamque querellam
despexit misero locupletum insania risu.
substitit incertus confuso pectore sanctus
quid faceret: nam uotum aderat, substantia derat.
si tegeret, nudandus erat. nec sic quoque clarum
suspendit saltim cunctantis uel mora factum.

54—139] Sulp. Sev. V. M. 2, 7—8. 3.

51 parce *P* communis *RSA* commonis *V* 52 *fort.* posset 53 deo *P* solertia *P* 54 qq; *V* quęque *A* 57 distent acitum *P* distinta V^1 58 praemeret *P* 61 iam *Wopkens* 62 menbris *S* 63 glaciale *P* glatialis tempore *A* 64 frumenti *P* *fort.* trementi 65 praefacta S^1A loquillam *PV* loquelam *SA* 66 praclamat *P* parte prodamnat *A* aerumna R^1PSV^1 67 fastidamtamque R^1 fastidatamque R^2PVA . . . . que *S* quęrellam *R* quęrillam *P* querelam *SA* 68 dispexit *RP* disspexit *V* lucupletum *P* locupletum *V* locuples *A* risum R^1 69 substetit PV^1 scis *P* 70 adherat *P* derat R^1: deerat *rell.* 71 *solus seruauit R: om. PSVAv* 72 facta *A*

sola superfuerat corpus tectura beatum,
ut semper, duplicata clamis, quae frigus et imbrem
uentorum et rabiem geminato arceret amictu.
nam sic truncatam conpensat pendula partem,
si, quod defuerit capiti, creuisse calori
sentiat adiecto tepefactum uellere corpus.
uerum haec districti felix sententia uoti
amouet et tamquam cordis dispendia damnat,
quod sic maluerit trepidae cautella fidei
adiectam membris duplicato tegmine partem
concessisse uni quam diuisisse duobus.
nec mora tardat opus, sed transit dextera uotum:
expediit factum, quidquid mens uidit agendum.
stringitur inuictus sine crimine uulneris ensis
et mediam resecat miseratio prodiga partem,
peiorem sibi credo legens. tum membra trementis
obtegit, et tradens aliquem de ueste teporem
iam leuiore habitu recipit de frigore partem.
o felix, uirtute tua miracula uincens
omnia et excedens domini praecepta iubentis.
ille etenim modico contentos nos iubet esse
nec seruare duas uestes: tu diuidis unam.
aspiciunt omnes. alii deformia rident
tegmina nec cernunt mage uerum in corde decorem.

93 sq.] cf. Mt. 10, 9 sq.

74 imbre *V* 75 amictū *R*¹ 76 iam *Hartel* trucatam *P* conpessat *P* pendola *V* 77 calori, ori *in ras. S* 78 tapefacto *A* 79 uati *V*¹ 80 amouit *A* et *om. VA* dāmat *R*¹ 81 malluerit *RPV*¹ trepide *V* tepidae *Hartel coll. III, 55 (sed* trepidam fidem *intellego* nouam, nondum roboratam *cf. Cassian. Conl. VII, 3, 2* a trepidis rudimentis ad peritiam certam stabilemque perueniens) cautela *RSV*²*A cod. Iureti* 82 menbris *S* 83 concessise *R* diuississe *P* diuidisse *A* 85 expedit *PV cod. Iureti* expendit *S* expedit et *A Iuretus* facto *ex* factu *R* quicquid *RSVA* 86 sensis *P*¹ 87 et resecat miseram *A* 88 menbra *S* 89 taeporem *P* temporem *S*¹ 90 leuiorem *A* leuior *v* 92 excidens *PV* iubentus *V*¹ 95 deformina *P* 96 uerum mage *S* in *om. S*

ast alii secum conpuncto corde queruntur
iustitiam potuisse inopis decernere egenti,
diuite quod censu substantia larga negasset.
nec mora quin tanto reddatur palma triumpho.
nam uix defessos stratis reiecerat artus
admittens tenuem, uigili sed corde, soporem
(nec sopor illud erat, quia mens adtenta uigebat):
cum subito ante oculos larga mercede benignus
adstitit inque suo uestitus paupere Christus
aptauit propriis felicia tegmina membris.
o uere pretiosa clamis! quid tale uel ostro
uel ducto in filum pensis rutilantibus auro
insignes meruere habitus? quid serica tactu
leuia uel docte expressis uiuentia signis?
ille hominum terraeque deus pontique polique,
omnia qui tribuit, sine quo nihil, ipsaque cuius
quae dedimus uel qui dedimus, donumque datorque,
hac ope ditatur, numeret si lucra salutis.
nec tamen hinc saltim stabilem iactantia mentem
concutit, aut uanum persensit corde tumorem.
o uirtus uicina deo, nil ducere laudi,
cum laudanda geras, nec nostro adscribere facto,
quae facimus, cunctoque deum laudarier actu.
iam certe securus erat de iudice tanto,

97] cf. Alc. Auit. IIII, 319. 108] cf. Fortunat. spur. I, 351.

97 quaeruntur *P* 98 agenti *P* 99 diuidite *PV*¹ census *RPVA* 101 defessos *A:* defessus *RS* defensus *P* defensos *V* stratis *Wopkens:* stratus *RVA* stratos *PS* strato *Barth* deiecerat *S*¹ 103 supor *P* attenta *R* uigilat *S* 104 mercide *P* 105 in quae *P* xpıcøuc. *A (sic)* 106 menbris *S* 107 praetiosa *P* pr*eciosa (a *eras.) V* *supra* ostro *scriptum in P a m. 2:* gota uueppi 108 rutelantibus *PV*¹ aurum *PVA cod. Iureti* 110 liuia *R* expraessir *P* 113 daturque *PVA* 114 haec *P et supra script.* af cope *P* nummeret *R*¹ neummeret *P* 115 nec, *supra script.* af *P* iactatio *A* 116. 119. 118. 117 *P* 117 nihili *P* nihil *V cod. Iureti* laudi *om. S et cod. Iureti* 118 fato *VA* 119 fecimus *PVA* sanctoque *Phil. Robertus v* deo *PVA: om. cod. Iureti, quare* minus *add. Iuretus*

sed non erigitur uel per consortia Christi:
augent uisa fidem, sancto renouata lauacro
membra nitent sumuntque parem cum corde decorem,
atque nouum pariunt fontis mysteria corpus.
et tamen hoc senio morum carnisque refulgens
quattuor a lustris geminos minus egerat annos,
credo equidem, quod tota prius praecordia sanctus
spiritus inrigui ditarit flumine doni:
ut quondam sanctus felicia munera Petrus
praemissa a domino iam tali in milite uidit.
quisnam, quaeso, bonus sic consummare ualebit,
ut coepit teneris felix Martinus in annis?
et tamen ista gerens se nec coepisse putabat,
quod uixdum geminis paulum tardauerat annis,
iam meritis monachus, sed solo nomine miles,
rumpere calcati iam uana uocabula mundi,
spondentis spectans consortia sancta tribuni,
ut paruam iustamque moram mox iudice Christo
pensaret geminata salus per uota duorum.
Interea effractis inrupto limite claustris
Gallica rura ferus populari coeperat hostis.
obuius ire parat princeps cunctosque maniplos
imperio, hortatu, prece, largitione uocatos
in bellum cogit. nam quos formido retentat,
munera sollicitant et uincunt dona timorem.
sed mens plena deo metuit nihil, omnia temnit,

129 sq.] cf. Act. 10, 44. 140—178] Sulp. Sev. V. M. 4.

123. 122 *ita S* 122 uasa *S* 123 menbra *S* sumunt partem *R* 124 misteria *P* 125 cordisque *Wopkens coll. Sedul. II, 137: sed hic etiam de corporis renouati maturitate agitur* refluens *A* 126 quatuor *A* 128 ditaret *VA* 130 tale *R* 131 sic] si e *P* 132 coeperit *PV cod. Iureti* 133 se nec] a sene *PV²* *cod. Iureti* asane *V¹* sane *A* potabat *P* 137 spondentis *Barth:* spondentes *RPSVA* spectans *Wopkens:* spectant *RPVA* spectat *S* 138 iuxtamque *V* in oram *P* morem *V¹* 140 fractis *v* 142 *om. S* cunctusque *P* 143 praece *P* 145 pauorem *S*

terrorem inridet, terrena et munera calcat.
ergo ubi praegressi donum sumpsere priores,
ordine transcurso sanctus de more citatur,
respuit instantis praesentia munera regis,
talibus et dictis it contra dicta tyranni.
'trade alii, princeps, terrena haec munera nummos:
me maiora manent maioris praemia regis.
haec merces belli est: sumant pugnare uolentes.'
his igitur dictis saeuas flammatur in iras
princeps, ignauum causatus tempore belli
inmemorem laudis causas finxisse timoris.
ille autem: 'nulla instantis formido pericli est
nec metuunt facilem constantia pectora mortem.
denique, quod uerba expediunt, et facta probabunt.
primus ego abiectis praecedens agmina telis,
non arma arripiens hominis, sed signa salutis,
tegmine nec fidens clipei, sed nomine Christi,
atque crucem fronti auxilium pro casside ponens,
intrepido cunctis occurram corde periclis.'
adnuit, utque fidem dicti documenta probarent,
adseruare pium custodia dira iubetur.
et iam prima nouo spargebat lampade terras
orta dies: uenit ad regem legatio supplex
subdita submittens dicioni colla iubentis.
quidnam hic, quaeso, uiris, quid gestum cernimus armis?
quid ferrata acies ualuit, quid terror et ensis?
quis pilis cecidit cuneus, quae turma sagittis?
unus homo et sola aeterni fiducia regis

148 progressi *SVA* 151 id *P cod. Iureti* iit *V* 152 terrene *P* nummos *Barth:* nummo *RPVA* nummi *S* munera: nummo me maiora *Wopkens: at cf. VI, 496* sua pabula ceras 154 mercis *RP* 157 immemorem *RS* fixisse *PSVA cod. Iureti* 158 illi R^2 161 ergo S^1 obiectus *Wopkens* praecidens *P* 163 clepei P^1V clypei *A* 164 adque R^1 166 annuit *SA* utque] ut R^1 167 at seruare *S* 168 etiam et P nouo *RPSVA:* noua *v* 170 summittens *SA* dicione *PV* ditioni *SA* 171 hic *om. S* uiris *Iuretus:* ueris *RPV* uelis *A* feris *S* 172 hensis R^1 173 cedit *VA* turba *S* quis turma *A* sagittas V^1

innumeras uicit sine caedis uulnere gentes.
hic, Martine, tuus Christo pugnante triumphus,
ne saltim sanctum uiolares sanguine uultum
neue piam adficerent morientum funera mentem.
  Ergo alacer merito successuque acrior ipso
hostibus obpressis festinat uincere mundum.
doctorem fidei per tot documenta probatum
expetit Hilarium. ne quod iactantia uulnus
inferat aut proprii extollat sententia cordis,
discipulum iam doctor agit maiorque probatur,
dum cupit esse minor: nam laudem temnere laus est.
sic et praecipuae iam dignus honore cathedrae
abnuit ut saltim diaconi clarescat honore,
uixque locum, sancto quem dudum excesserat actu,
inferiora sibi deposcens moenia, sumpsit,
exorcista gradu, sed iam uirtute sacerdos.
  Exim ne pietas saltim terrena notaret,
quem tam praecipue pietas diuina regebat,
auctores generis festino uisere uoto
optat et auersas melius conuertere mentes.
namque patrem ac matrem praeceps ac deuius error
sacrilegos ritus et saxa uel aera colentes
praeualida nimium uiuentes morte premebat.

175 = Fortunat. V. M. I, 77. 179—190] Sulp. Sev. V. M. 5, 1—2. 191—212] Sulp. Sev. V. M. 5, 3—6.

175 uincit *S* cędi (r) euulnere *V* caede et uulnere *Barth* 176 tus *P*[1] uincente *v* 177 sc͞o *PV cod. Iureti* sanctum (uel o) *A* sancti *v* uiolares *scripsi:* uiolaret *RPSVAv* uiolarent *Hartel* 178 afficeret *S* 180 obpraessis *P* oppressis *RSVA* 181 docimenta *RP* 182 expedit *VA* helarium *V* 183 sentia *cod. Iureti* 185 coepit *PV cod. Iureti* temnere (p) *R* 186 praecipue *S* 187 diacon *S* clariscat *PV*[1] honorē *R*[1] 188 uixque *R:* uelque (-quę *S*) *PSVA cod. Iureti* locum] cum *S* uelle locum *v* 189 munia *Sv* (moenia *etiam cod. Iureti)* 191 exin *SV*[2]*A* 192 praecipuae *P* 193 auctoris *P* 194 couertere *P* 195 et matrem *v* praecaeps *V* diuius *PV*[1] 196 sacrilego *P* sacrilegus *V* 197 praemebat *P*

ergo iter adgresso pietas comes ibat et omnes
a domino missus praestrauerat angelus oras,
mollis ut ascensus demerso colle pateret
nec traherent pronos praerupta et concaua lapsus.
ac dum nubiferas propere transcenderet Alpes,
saeuorum insidiis exceptus forte latronum
instantes gladios manibus post terga reuinctis
risit et inmoto ·tempsit discrimina uultu.
quin etiam, ut tanti recolam miracula facti,
custodem fertur monitis seruasse salutis,
uerior hic custos animi, quam corporis ille.
alter enim nec membra suae dicionis habebat,
alter et auersae uinxit penetralia mentis.
sed tamen ambo uiam scite docuere sequendam:
aggeris hic monstrauit iter didicitque salutis.
   Ergo iter inceptum peragit patriaeque propinquat,
Hesperia ingressus transcursis Alpibus arua.
hic rursum iugis sanctis conatibus hostis
humanam speciem mentito corpore fingens
obuius aduerso sese obtulit, ausus ab ipso
quaerere quo tendat quidue haec properatio poscat.
ille sub haec: 'mihi sola uia et dux Christus: in illo
effectus uoti est, a quo donata uoluntas.'

204] cf. Coripp. Ioh. VII, 469. 213—237] Sulp. Sev. V. M. 6, 1—3. 215—217 = Fortunat. V. M. I, 90 sqq.

198 aggresso *S* comis *RPVA* omnis *R* oms̃ *V* 199 praestrauerat *S, ut coniecerat Iuretus:* praestauerat *RPVA v* horas *R* 200 et *S* dimerso *VA* pateret *R:* facesset *PSV* fa^e^cesset *A* facessat *v* 201 labsus *R*¹ lapsas *P*¹ lapsos *P*² lassus *V* 202 ac] at *Barth* properet *V* properans *A* 204 gladio *S* posterga *PV* reuinctos (os *in ras. m. 1*) *R* 205 te^p^msit *R* discrimine *A* 206 recolam tanti *A* mysteria *v* 207 montis *RV*¹ 208 custus *P* 209 menbra *S* diciones *V* ditionis *PSA* 210 auersae *R:* aduersae *PSVA cf. 194* aduersus *v* 211 scite] sanctis *S* 212 dedicitque *PV*¹ dedit ille *Wopkens* 213 incoeptum *A* perait *V* peragrat *A* 214 hisperia *R* hesperiae *S* hespera *V*¹*A* transcensis *S* 216 humanum *V*¹ spetiem *S*¹ 219 et *scripsi:* est *RPSVA v*

ast ille infrendens cunctis conatibus iuit
obuius offensus tanto molimine daemon.
cui sanctus: 'dominus defendit, non nocet hostis:
adiutore deo uirtus aduersa timeri
nulla potest. metuens dominum contemno periclum.
ne timeam, timor ille facit.' quae talia postquam
effatus, pulsa ex oculis euanuit umbra.
ast ille ut domino duce contigit ora parentum,
cumque patrem durata usu suadente teneret
perditio, ingestae renuentem uerba salutis,
tum saltim matrem Christo donante recepit.
o tanto partu felix enixaque natum,
per quem nata deo est, unoque et mater et infans
facta puerperio! genetrix generanda beato
ante utero peperit, per quem nunc orta lauacro est.
attamen exemplo plures cessere salubri,
mirantes recte tantorum insignia morum.
Ac tum forte malus funesti dogmatis error
sparserat in populos incauto corde sequaces
uirus, ab insano quod fuderat Arrius ore.
praecipue tamen infectum lues ista tenebat
Illyricum, toto penitus grassata ueneno.
hic stabili uirtute potens dum tendere contra
audet et opposito fluctus dum pectore frangit,
saepe sacerdotes, populum dum saepe cohercet,

237] cf. II, 151. 238—248] Sulp. Sev. V. M. 6, 4. 240] cf. Fortunat. V. M. I, 108.

221 iuit V^2A: ibit $RPSV^1$ ibat *v* 222 tali *v* demon *RA* 223 nocebit R^1PV 225 postest P^1 contempno R^2A pericli *R* 226 quę *R*: quia *P* qui *SVAv cf. Verg. Aen. X, 298* 227 occulis *P* 228 ut] a *S* contegit *PV* 230 rennuentem V^1 231 recipit PV^1 232 enixa quae *P* 232. 234. 235. 233 *A* 233 unaque *Sv* 234 genitrix S^2A 235 orta *om. A* 237 tactorum V^1 tantarum *A* 239 spargerat V^1 populus V^1 240 foderat *A* 241 praecipuae *PV* 242 yllIricum *R* ilyricum *P* *ante* toto *rasura quattuor litt. in V* poenitus *V* crassata RPS^2VA 243 tum *PVA* 245 cohercit V^1 coercet *S*

cunctorum insidiis oppressus, uerbera passus,
pulsus ad extremum terrena habitacula liquit:
attamen ore fidem tenuit uel corde salutem.
Ergo ut cedendum ratus est, ne forte morantem
obrueret sanctum subuersi insania mundi,
Gallica rura petit rursum et uestigia retro
obseruata legit non inmemor ille fidei.
sed cum funestus toto saeuiret in orbe
error et extremos premerent haec crimina Gallos,
cumque ipsum murum fidei ualidamque columnam
Hilarium insani trusisset factio mundi,
paulum constructa statuit requiescere cella
hic, ubi gaudentem nemoris uel palmitis umbris
Italiam pingit pulcherrima Mediolanus.
Hinc quoque pulsus abit, terras et moenia linquens
et pelagus fluctusque petens, quia fidior unda
hospitio, magis et populi uulgique procella
quam ponti metuenda fuit. comitatur euntem
presbyter eiusdem meriti similisque pericli.
insula in hospitium legitur procul hospite ab omni.
herba cibo satis est. cuius radicibus usi
tam sterili uictu duplicant ieiunia sancti.
dumque indiscrete tenuem rimantur in escam
quidquid inexpertae praebebant uiscera terrae,

249—259] Sulp. Sev. V. M. 6, 4. 260—284] Sulp. Sev. V. M. 6, 5—6. 269] cf. Dracont. de deo II, 450.

246 oppraessus *P* et uerbera *A* 247 pul R^1 terraena *P* 249 cędendum *RS* 250 subuersa *A* 252 immemor *A* 253 fenestus S^1 254 $\overset{\text{ror}}{\text{ergo}}$ *V* ergo *A* extremus R^1PV praemerent PV^1 256 insanit *ante* insani *eras. in R* trussisset V^1 257 cellam V^1A 259 medialanus *P* 260 linquit *v* 261 pelagum PV^1Av flectusque *V* foedior *v* 263 eumdem *v* 264 praesbiter *RP* presbiter *A* 265 hospicium *R* 267 stereli *V* duplicanti PV^1 duplicante V^2 268 primantur R^1 aescam *V* 269 quicquid *RSVA* inexperte *PV* in . . . . . *S* pręebant *R*: praemebant PV^1 *cod. Iureti* fraemebant V^2 promebant *Sv* pandebant *A*

ellebori gramen subito sensere ueneno
mortiferum totis uirus diffundere membris.
pergitur ad dominum tota uirtute precandi,
sed praegressa preces pietas. nil artibus actum,
sed praesens medicina fuit spes sola salutis.
cernamus, toto qui uitam quaerere censu
effusa in medicos pretii mercede solemus,
ut crescant nostris uiuendi tempora nummis,
quidnam hic electis egerunt pocula sucis
lectaque in antiquis quondam medicamina libris.
hic certe celerem sine sumptu aut arte salutem
cor meruit uerbumque dedit: miremur ouantes.
uox silet et causa adstruitur clamore tacentum.
sentitur medicus nec cernitur: omnia clausis
membra poris totam admittunt ad uiscera curam.
  Interea iniusto tandem remeare refertur
sanctus ab exilio per regis iussa sacerdos,
cum quo praeclarae fuerant consortia uitae,
dum Pictauorum doctor floreret in oris
indomitis tradens populis praecepta salutis.
et quamquam propere sanctum rapuisset ouantem
uelox affectu pietas, tamen ille morarum
inpatiens celsae iam liquerat ardua Romae
moenia, Pictonicas citius reuehendus ad oras.
  Ergo legens praegressa pio uestigia cursu
promeruit uotum cordis finemque laboris.

285—297] Sulp. Sev. V. M. 6, 7. 7, 1.

270 ueneno *R:* uenenum *PSVAv* ueneni *Gronov* uenenum *et* 271 uires *Barth* 271 uiribus *RPV*¹ *cod. Iureti* 272 praecandi *PV* 273 praeces *P* praeceps *V*¹ nihil *VA* artubus actum est *A* 275 censum *R* sensu *A* 276 precii *R* praetii *PV*¹ 277 crescerent (ant *above* erent) *A* 279 medicamine (a *above* e) *A* 282 silex *V*¹ 284 menbra *S* poris *R*²*V*²: puris *R*¹*PV*¹*A* *cod. Iureti* fibris *S* cura *V*¹ 285 rimeare *P* remeasse *Wopkens* 287 cumque *PV*¹*A* praeclara *P* praeclare *V*¹ 288 florere tenoris *A* 290 quanquam *R*² 292 caelsae *P* reliquerat *PV*¹

construit hic cellam fessis solacia membris:
nam mens plena deo caelesti in sede manebat.
Hic modo si ueterum recolamus carmina uatum,
cum subito adtonitos quaterent miracula sensus,
clamaret miserum uecors insania Foebum
nec sineret falsas saltim requiescere Musas,
Delfica mentito quaterentur Apolline templa
cunctaque surdarum raperetur turba sororum,
excita uel totum conplerent monstra furorem:
nos, quibus a Christo sensus uel uerba petuntur,
christicola inspires paulum Martine, precamur.
tu, qui defunctis potuisti reddere uitam
auxilio domini fultus, mihi redde salutem:
primus ego indultae faciam miracula uitae,
primus faetentis disrumpam claustra sepulchri.
iusta precor toto defunctus corde patronum,
ut tantae laudis titulos mens uiua loquatur.
ergo, licet fandi uires sublimia uincant
gesta nec orandi modulus se laudibus aequet,
adgrediar. tu, quisque legens tam uilia temnis
carmina, dum uerba inrides, mirabere facta.
Quidam tam clarae cernens miracula uitae
elegit tanto semet sociare magistro,

317—365] Sulp. Sev. V. M. 7.

296 solatia SV^1A menbris *S* 297 cęlisti P^1 298 notum R^1 299 tum V^1 adtonitos *P:* attonitus R^1 attonitos R^2SVA 300 uaecors *PV* phoebum *S* 301 sinere R^1 304 excita uel *Wopkens:* excita ut *R* excita ui PSV^1v excitat ut V^2A excita uti *Barth* complerent *SA* 306 christicula PV^1 cristicola *A* praecamur PV^1 307 tu *uulgo:* ut *RPSVA* quid V^1 308 uultus *v* 309 ego] go *P* faciam RPS^2VA fatiam S^1 fauam *cod. Iureti* fabor *Iuretus* referam *v* fatear *uel* patiar *Hartel, alii aliter (sed sensus esse uidetur:* primus ego in me ipso experiar indultae uitae, spiritalis scilicet, miracula) 310 fętentis *S:* fatentis *RPV cod. Iureti* patentis *A* 311 iusto R^1 praecor PV^1 defunctis *VA* 312 tante *P* laudes *PV* 314 modolos *R* modulos *PVA cod. Iureti* moduli . . . aequent *v* 315 aggrediar *S* ui**lia *V* tempnis *R* 316 inridis *PV* irrides *A* facto *P* 317 clare PV^1 318 elegẹit *P* sotiare *P*

mystica quem nondum fontis renouauerat unda.
huic febris totas penitus depasta medullas
extorsit tenuem consumpto corpore uitam.
ac tum forte absens doctor: sed sedula fratrum
religio exanimum plangebat maesta cadauer,
maerens supplicio fratris, non funere carnis.
adueniens sanctus fletu rigat ubere uultum,
defuncti tristem casum miseratus, et omnem
inpleuit clamore locum. mox teste remoto
inrupit maestam tam tristi funere cellam.
tum super exanimum sese proiecit amicum,
cunctis frigentes membris conplectitur artus
adspirans tenuem super ora rigentia flatum.
attamen ad dominum penitus spes tota refertur:
adsueta oratur pietas, miseratio nota
poscitur et meritum fidei credendo meretur.
uidit adesse deum puri fiducia cordis,
effectumque piis senserunt uiscera flabris.
nec mora uix geminis uotum suspenditur horis:
paulatim incussis motantur lintea membris
arentesque artus uenarum umore rigantur
afflatuque animae pectus glaciale tepescit,
obducti infuso reserantur lumine uisus,
felices, quibus indulti sub luminis ortu
contigit in primo Martinum cernere mundo.
erigitur totum subito molimine corpus

329 = Fortunat. V. M. I, 167.

319 funtis *P: om. A* 320 pęnitus *V* 321 corpere *V* 323 relegio *PV*[1] relligio *A* meastacadauerunt *P* 324 merens *PVA* carius *P* 327 impleuit *SA* 328 maiestam *P* moestam *S* mestam *A* 329 sese *bis R, sed prius erasum* 330 iunctis *Barth* compectitur *S* complectitur *A* 332 adtamen *R*[1] paenitus *V* 336 flabris *R:* fibris *PSVA v cf. 331* 337 nec] nex *A* uultum *V*[1] oris *R* 338 mutantur *R*[1] *cod. Iureti* lentea *P cod. Iureti* l·etę (a *eras.*) *V* uiscera *A* 339 umore *P:* humore *RSVA* riguntur *P* 340 anime *P* glatiale *PA* taepescit *PV*[1] 342 indulti *R:* inducti *PSVA* liminis *PV* suliminis *A* 343 mundo] modo *cod. Iureti* morbo *Iuretus v* motu *Barth* 344—345 *ante* 342—343 *A, sed transpos. m. 1*

et cutis exesis dudum iam lurida membris
purpureum recipit suco meliore ruborem.
uox facilis, gressus stabilis, manus apta, uigens cor:
totus homo ex uariis conflato corpore causis
unam suscepit diuerso in munere uitam.
eliciunt magnam mox gaudia maxima uocem:
laudes lingua sonat gratantis nuntia mentis,
affectum cordis clamor pronuntiat oris.
inrupit mox turba fores cellamque repleuit,
et sancti cecinit concors symphonia laudes.
ille autem ut penitus uitam post fata nouaret,
confestim aeterna nituit renouatus ab unda
et multos felix senium protraxit in annos,
tam clari testis non paruo tempore facti.
saepe etenim multis idem narrare solebat
iudicis aeterni semet tremuisse tribunal
uilibus addictum turbis mersumque tenebris,
angelicis donec prolata oratio uerbis
offerret uotum domino uitamque referret.
hic primus nostris Martinum prodidit oris,
hoc aditu ad reliquas peruenit gloria laudes.
  Nec multum sane post haec miracula tempus
fluxerat: adcelerat clarum noua gloria factum.
nam dum contiguum Lupicini praeterit agrum,
non humilis paruique hominis, sed paene per orbem

366—386] Sulp. Sev. V. M. 8.   368] cf. Fortunat. V. M. I, 179.

345 iam dudum *A*   346 sucũ *R*² souco *P*¹   ruborem *V*²*A*: roborem *PV*¹ robore *R*   colorem *S*   348 corpere *V*   349 unum *R*¹   un re meuenere *P*   351 samat *P*   cratantis *V*¹   352 affactum *V*   353 irrupit *S*   foris *VA*   354 sancti *scripsi:* sanctę *R* s͂ca *PVA* sanctas *S*   symfonia *R*   simfonia *P*   laudis *R*   355 paenitus *PV*   post facta *S*¹   prostrata *R*   360 eterni *P*   tremuisset *P*   361 uibibus *P*   adtictum (*in marg.* addictum) *V*   adtactum *A*   363 offeret *PV*¹   365 aditum *S*   367 fluxit et *A*   accelerat *S*   attulerat *cod. Iureti*   ac tulerat *v*   368 conticuum (*alterum* c *in ras.*) *R*   Lupicini *Iuretus:* paulini *codd.*   369 pene *S*   poene *A*

insignis uirtute uiri, quo clarior inde
gloria per tantum testem firmata pateret
indoctam inliciens tot per miracula plebem,
audito clamore procul miserabile flentum
substitit: inquirit causam discitque uicissim,
exciuitque pium miseratio iusta dolorem.
unus enim laqueo fauces stringente minister
ruperat extortae demens confinia uitae.
accurrit propere conplexus triste cadauer,
elisos oculos et siccas sanguine fauces,
lumina torua nimis uultumque in morte minacem.
ad dominum rursus fletus, suspiria rursum
et gemitus, clamor cordis, uox magna tacentis:
una fides meriti nec dispar gratia doni.
excipitur gratante choro, stipante caterua:
ostentant cunctis domini miracula Christi
atque hostis spolium credentis gaudia plebis.

LIBER SECUNDUS.

Panditur ecce nouum pelagus flatusque benigni
rimosam in medios fluctus traxere carinam,
ac dum placati rapiunt me gaudia ponti,

372 per mirabilia (*om.* tot) *R* *in marg.* ał p tot miracula 374 substitit R^1 substetit *PV* uissim (ci *supra*) *P* 375 citauitque *R* (*in marg.* ał exciuit) 378 complexus *SA* 379 eliosus *P* 380 luminator uã *P* luminat oua *cod. Iureti* luminat, ora animans *Barth* 381 rursum fletus *A* susperia PV^1 rursum *R:* sursum *PSVAv* rursus *Barth* 382 it geminus clamor, cordis uox magna tacentis *Barth* 384 gradante VA^2 gradente A^1 385 ostentant *scripsi:* ostentans *RPSVAv* 386 adque R^1 hostis *RA:* honestis *PV cod. Iureti* oneris *S* gaudia] gloria *v* plebis. Finit in xp̃o liber primus (·I· *V* Liber primus finit *S*) habens uersus ·CCCLXXXV· Incipit liber secundus (II· *S*) *RPSVA*

inrupit uastum temeraria cumba profundum
uix uel uicinis bene radens litora terris.
nunc quid ago et dubiam trepidus quo dirigo proram?
flamina sollicitant cursum, formido regressum.
pergamus, quia terra procul, quo traxerit unda:
tantum ut placatam Martini spiritus auram
diffundat flatumque leuem sic praestet eunti,
ut putre sustineat felicia flamina uelum.
hactenus, ut mores monachi uel gesta referrem,
ripa fuit: nunc pontus erit doctrina cathedrae.
clara sacerdotis magni nunc gesta retexam.
  Gallorum quondam ualde florebat in oris
urbs Turonum distenta agris populisque referta.
sed pollere magis cupiens antistite tali
ardebat totis Martinum adsciscere uotis.
sed penitus sancto depellens corde tumorem
mens humilis crebris precibus inmota manebat,
donec conpositis uerbis lacrimisque coactis
uicerunt nimium mendacia iusta rigorem.
nam quidam tantae pietatis conscius orat,
coniugis infirmae tristem miseratus erumnam
dignetur sancto poscentem uisere uoto:

4] cf. Dracont. de deo I, 151. 15—89] Sulp. Sev. V. M. 9. 10, 1—2.

4 cimba *S* cymba *A* 5 li·tora *V* littora *A* teris *P* 6 numquid *PVAv* nunquid *cod. Iureti* quid irigo *cod. Iureti* quid dirigo *v* 7 flumina *VA* 8 traxerat *VA* 9 Nos tantum ut *R* (*uidetur post u. 9 unus uersus intercidisse, qui continebat uerbum* oramus *aut simile quid: quod si recte conicio, Paulinus hoc uersu scripserat* nos tantum ut placidam: *cf. Praef. pag. 9*) placatam *S:* placitam *RPV cod. Iureti* ut placitam tantum *A* ut *om. v* s͠ps *ex* e͠ps (*i. e.* episcopus) *R* Martinus episcopus *v* aurum *R*[1] 11 pute *A* sustineant *R* susteneat *V* 12 hactinus *R*[1] actinus *P* actenus *VA* moris *R* referre *RS* 14 retexiam *A* 16 toronum *R* tororum *V* 17 antestite *RPV* 19 paenitus *R*[1]*V* 20 praecibus *PV*[1] precibus crebris *Sv: cf. 218. 436. IIII, 463* iͫmota *S* 21 compositis *SA* coactus *S* 22 mendatia *RVA* 23 tante *P* 24 miseratus *R:* miseretur *PSVA cod. Iureti v* aerumnam *R*[1]*PV* 25 dignetur *Rv:* dignitur *PV cod. Iureti* dignatus *S* dignatur *A* uiscere *V* notum *PVA cod. Iureti*

se fore uel causam propere ueniendo salutis,
uel mortis, si dura preces sententia tardet.
iunguntur fictis simul et suspiria uerbis
et singultantes praeciso murmure uoces.
oscula dat genibus, uestigia conligat ulnis
excedens uerum per tot figmenta dolorem.
quid mirum simplex animus, mens sancta uocantem
si sequitur cogente deo: namque ipse dolosum
proderet ingenium mage, ni facienda probaret.
excipit egressum populorum turba, benignam
uim faciens, stipatque uiam numerosa precantum
seditio, motus placidi, sine felle tumultus,
disponitque etiam uigiles custodia pernox
excubias seruatque suum seruanda magistrum.
exultant paribus concordia gaudia uotis.
itur in occursum, portis ruit obuia totis
ambitio et certans populi fauor: una uoluntas
omnibus et nulla in studiis diuortia mentis.
quosdam liuor edax nigrantis felle ueneni
inficit, et stimulis miserorum corda perurens
carnea ad aduersam retrahit sententia partem.
quosdam etiam perhibent, nefas est quod credere, docta
mente sacerdotes similem traxisse furorem
ridentes gaudenda sibi, quod nulla uerendam
gratia compsisset faciem, quod crine reciso

26 se forte *P* si forte *V^1* sic fore *Barth* (*sed* se *ualet* eum *uel* illum) 27 precis *RVA* praecis *P* 29—32 *solus seruauit R* 29 singultantis *R* uocis *R* 32 uocantem *scripsi:* uocante *R* 33 sic *SA* deo *om. V^1* 34 probare *P* 35 benigna *R* benignum *A* 36 nummerosa *R* praecantum *PV^1* 37 placiti *VA* 38 nigiles *R:* uigilis *PSVA* 40 paribus . . . . . . concordia uotis *S* gaudia *R cf. 295. I, 386: om. PSV* uotis pectore uiscera uotis (*alterum* uotis *add. m. 2*) *V* (*sine dubio fuerat in archetypo V* pectora *with* uiscera *written above*) uiscera *A* pectora *add. Iuretus* 41 itur] igitur *V^1* 43 deuortia *V^1* 44 nigrantis *S:* nigrantes *RPVAv* uenini *V^1* 45 infecit *PV^1* 46 carea (a *add. m. 2*) *V* ad *R:* et *S* in *V^2v: om. PV^1A cod. Iureti* aduersum *P^1* retrahit *Sv:* retrahet *RPVA cod. Iureti* 47 nefas• quod (*uid.* ẽ *eras.*) *R* docta] tacta *Hartel* 49 uerenda *R* 50 consisset *PV cod. Iureti* cessisset *A* cine *V^1*

praeferret totum domini frons libera signum,
lumina nec premeret tremularum nube comarum,
sordida quod uestis cordis testata nitorem
proderet orantis studium, quia saepe uolutis
ad terram membris prostrato corpore pressus
haeserat horridulus sordenti in uellere puluis.
recte igitur cessit populo tam praua uoluntas,
sanior et proceres uicit sententia uulgi.
nam uere nulli licuit nescire uocantis
iudicium Christi per tot documenta probatum.
nam reliquis, quos saeua sibi sociarat inique
factio diuersum cupiens, uiolentior unus
antistes Defensor erat: quo nomine falsi
defendenda sui molimina forte putabant
consilii, renuente deo, qui iusta probabat.
nam solitum sancto coetu celebrabat honorem
plebs pia, conuentu celebri mysteria uisens,
dum mage condensae stipant altaria turbae
ac sua fautores pendent in uota frequentes,
nec praetenta potest transire obstacula lector.
sed diaconus, qui forte aderat, uix codice rapto
quem primum propere reserati pagina psalmi
obtulerat, subito festinus tempore uersum
arripit, haec prisci decantans uerba prophetae:
'ex ore infantum paruoque ex murmure laudem
lactantum teneras fecisti euoluere linguas
exosos propter, peruersum ut destruat ista

58] cf. Alc. Auit. IIII, 306. 75—78] Ps. 8, 3.

52 ne *A* pre̥·ret (t *eras.*) *P* præmeret *V*¹ 53 uestes *V*¹ 54 proderit *P* proderat *S* qui *A* 55 menbris *S* praesus *P* 56 haesserat *V* horridolus *R* uellere] puluere *A*¹ 57 cessit *om. S spat. uac. rel.* praua *scripsi:* prona *codd. c cf. u. 83 et Sulp. Sev. 9, 4* a populo sententiae sanioris illorum inrisa d e m e n t i a est 59 nam] nec *S* 60 inditium *VA* docimenta *RPV*¹ 61 sociorat *P* 63 antestis *RPV* antistis *A cod. Iureti* 64 putabat *R* 65 renuuente *P* 67 pleps *P* 69 fautores *Barth:* fautoris *RPSVA* 71 diacon *S* 72 properes *A*¹ 74 profetae *R* prophe *P* 75 hore *P* infantium *RP* murmore *PV* laude *R* 77 exosus *RVA* aduersum *S* distruat *PV*

prolata a paruis laudatio defensorem.'
tollitur in caelum clamor praesensque probatur
iudicium clamante deo: sententia Christi
obruit aduersam uerborum fulmine partem.
namque idem uersus laudantum uota probauit
atque obsistentum liuentia corda repressit.
nec minor inde labor monachi, quia gloria creuit
iure sacerdotis. factis facienda docentur:
exempli mage suadet opus quam gratia uerbi.
sic illi adtrito uilissima uestis amictu,
sic humilis sancti pretiosa modestia cordis,
sic manet adsiduae felix sententia uitae.
Primum igitur coniuncta sacris altaribus illi
cella fuit. mox, ut populos uitare frequentes
posset ab adsiduis secreta oratio turbis,
milibus egressus discessit ab urbe duobus.
nec nocuit cellae uicinia tanta remotae:
secretum hospitium monacho, uia parua magistro,
doctori uicina domus, longinqua uacanti.
hinc naturalis praecisi margine saxi
ambierat modico rupis curuata recessu,
hinc Liger inflexis paruo sinuamine ripis
sepserat inclusam praetento gurgite terram,
unus et angustus patuit rupem inter et amnem
ingressus, paulum artato qua limite distans
fluminis adlapsus tangit confinia montis.

90—155] Sulp. Sev. V. M. 10, 3—9.

78 app.aruis *P* 80 clarante *Barth* 81 flumine *VA* parte *P* 82 uoto *S*[1] uerba *v* 83 adque *R*[1]*P* libentia *R*[1] repraessit *P* 84 mochi *P* 85 facieda *P* 87 *om. S* adtritu uillissima *A* 88 praetiosa *RPV*[1] 89 adsiduet *R*[1] adsiduae te *P* adsiduete *V*[1] assiduae *SA* 92 posset *Sv:* possit *RPVA* assiduis *SA* tubis (r above u) *S* 93 egressis *A* 95 hospitio *RV*[1] mag*istro *P* 96 uaganti *Sv* 97 praeciso *SA* magine *P* 98 rupes *S* 100 inclusam *scripsi:* ingressam *RPSVA* 101 angustam *v* 102 limine *v* 103 adlabsus *R*

hic strue lignorum paruam contexere cellam
maluit, agnoscens sancti mysteria ligni,
succedens humili tecto celsissimus hospes,
ut collectorum sic docta modestia fratrum
disceret exiguo pompam contemnere sumptu,
praegressum exemplis certatim imitata magistrum.
ast aliis nec ligna placent, sed monte cauato
praebet defossos rupis uicina recessus.
octoginta illuc iusta admiratio fratres
traxerat ad tantae speculum uirtutis, ut inde
sumeret inspectos felix imitatio mores.
nil cuiquam speciale fuit, communia cunctis
omnia: de medio sumpsit dilectio censu.
nulli uendendi quicquam concessa facultas,
ne degustati famis inproba cresceret auri.
exercere artem prohibet. conceditur unum
scribendi studium, quod mentem oculosque manusque
occupet atque uno teneat simul omnia puncto,
aspectum uisu, cor sensibus, ordine dextram.
attamen his rebus minor aetas sola tenetur.
nam iam maturae satis est oratio menti,
ut, cuius sensum senior sententia firmat,
munditiis cordis studeat uigiletque remotum
interius purgare oculum, ne nube latentis
peccati obductus priuetur lumine Christi.
nulli progressus facilis: sua quemque tenebat
cellula. tum solum sociandi causa dabatur

105 malluit *RPV*^{1}*v* misteria *R* 106 hospis *RPV*^{1} 108 pampam *V*^{1} contemnes *P* contempnere *VA* sumpto *R* sumtu *P* 109 progressum *v* 110 illiịs *V* illis *A* 111 probet *R*^{1} rupes *S* 112 illic *A* ammiratio *S* 113 adtatę *V* tante *P* speculum tantae *A* ut inde] uinde *P* 115 nihịl *V* 116 censum *PV* sensum *A cod. Iureti* 117 uindendi *PV*^{1} 118 **gustati *P* improbra *A* 120 manumque *PVv* 121 adque *R*^{1}*P* 124 menti] puncto *v* 126 mundities *S* uigilitque *PV* remotu *R* 127 nubila tentis *RP* (*sed* i *in* nubila *m. 2 in ras. R*) nebula tentis *v* 129 progresus *P* 130 dabantur *V*^{1}

agminis, adscisset cunctos cum sueta precandi
hora et corde deo referens symphonia laudem:
uel cum soluentes fessis ieiunia membris
communes certo repetebant tempore mensas,
ut finem exacti, domita iam carne, diei
et succedentem uigilanda in nocte laborem
diuiderent modicae parcissima tempora cenae.
infirmis tantum laxato iure licebat
degustare merum, quo tabem corporis aegri
sustentaret odor respersi in pocula uini.
multis uestis erat saetis contexta cameli,
quae leuibus stimulis uigiles contingeret artus,
excludens tenuem conpuncta carne soporem,
mollia ne fluxum nutrirent uellera corpus
lasciua et tenui uestis fluitaret amictu,
qualia praeteritae consuerat copia uitae.
nam multos illuc prisco de sanguine claros
traxerat ad talem prudens sententia uitam.
quo mage mirandum est post serica fulchra torosque
hanc uestem et talem ingressis placuisse rigorem.
denique mirati tantorum insignia morum
confines populi uicinaque moenia sanctos
hinc sibi rectores studio certante petebant,
ut doctrina dei tali de fonte fluentes
spargeret inriguos sitientum in uiscera riuos.

131 consueta *R cod. Iurcti* praecanti *P* praecandi V^1 132 hora *S*: ora *RPVA cod. Iurcti* ore *v* deo *om. RP cod. Iureti* de deo *om. A* symfonia *R* simphonia *P* 134 communis *R* commones P^1 tempora *V* mensã *R* 135 domi atulam *P* diae *P* dei V^1 136 succendentem R^1S *cod. Iureti* noctem R^1 137 modice *P* caenae *PSV* cena *R* 139 tabem *Rv*: talem *PVA cod. Iureti* labem *S* egri *P* 141 setis *PS* camilli *P* camili V^1 142 leuibus *R* 144 flexum V^1A uellare (e a) *S* 145 lasciuia *S* amictum V^1A 146 consuetat *A* 147 clarus *P* 149 fulcra *S cod. Iurcti* toresque R^1 torusque *PV cod. Iureti* 152 s͂es (*i. e.* sanctus) V^1 153 hanc V^1A 154 fonte .... fluentes *S* fluente A^1 155 sitientem V^1A

Sed iam tempus adest tanta de mole potentum
uirtutum exiguam saltim contingere partem.
et quamquam recti titulos uirtutis adornent
discipuli et facti sit praemonstrare gerendum,
attamen e propriis tangam paucissima gestis,
ostendens breuibus praeconia maxima signis.
forte fuit iuxta tumulus, quem saepe colentum
uana superstitio falso decepta sacrarat
martyrio, celebrem dependens semper honorem.
quin et praegressi uenerandum altare dicarant
ante sacerdotes, magis ut fundata maneret
religio, adiecto cultu firmata sacrorum.
sed postquam inpositas Martinus sumpsit habenas
commissae et plebis moderamina sancta recepit,
protinus inquirit nomen titulosque colendi
martyris, et quonam tam clarae stemmata palmae
tempore uel quali sub iudice promeruisset.
uerum ubi nulla patet quae possit prodere uerum
historia atque omnis renuit hoc scire uetustas,
detrectat dubiis tam grandia credere uerbis
nec satis est fidei mendacis fabula uulgi.
ergo placet dubiis sine testis pondere rebus
a domino consulta peti, cui subdita semper
tempora transcursis adstant praesentia saeclis.

156—227] Sulp. Sev. V. M. 11.

158 ut *Barth* quanquam *R*[2] rectae *Sv* titulus *VA* uirtutes *R*[1] 159 facti sit *scripsi cf. 85:* factis id *RPSVA cod. Iureti* sat eis sit *Brandes* gerendum *S:* gerendam *PVA cod. Iureti v* regenda *R* gerenda *Brandes* 160 e] a *s. l. R* tamgam *V*[1] 161 *om. VA* 162 colendum *S* 165 dicarent *V*[1] 166 ante sacerdotes . . . . . . 632 signacula labris *desunt in VA* 168 abenas *R* 169 commisae *P* mederamina *R*[1] 170 protenus *P* inquiret *RP* 171 quoniam *P* clare *R* stemata *S* 172 tempori *R*[1] 174 adque *R*[1]*P* rennuit *P* hoc *om. R* 176 uulgi *PS:* mundi *R* (nec auctoritatem suam uulgo adcommodans *Sulp. Sev. 11,3*) 177 dubius *S*[1] si non testes *P* teste spondere *R* 179 temporẹa *P* transcursi *Sv* constat *S* seḍis *P* saecli *Sv*

ad tumulum properat paucis comitatus, ut illis
adtestata fidem faciant miracula multis.
ergo ut contigui molis contacta sepulchri est,
propter frigentes resoluta carne fauillas
ad caelum rediere preces: uestigia carnis
iunguntur tumulo, sed mens et sidera transit.
tum dominum tota fidei uirtute precatus,
proderet ut meritum ignaris nomenque sepulti:
cum subito ad laeuam sordentem respicit umbram,
nigrantem maesto speciem quae proderet ore
et punitorum tristissima fata reorum
praeferret, trepido confusa et conscia uultu.
uox quoque flebilibus maerentis reddita uerbis
talibus expressit suspiria crebra querellis:
'desinat antiquus plangendis manibus error
addere supplicium, titulum reddendo alienum,
ne, cui poenarum satis est de crimine solo,
hoc onus adiecto duplicato crescat honore.
atque utinam sancti, quibus hoc pro iure refertur
obsequium, nostras tenui respergere gutta
dignentur iuges miserorum incendia flammas.
illi perpetua gaudentes luce fruuntur,
nos chaos aeterna horrendum caligine sepsit.
longe est a meritis lucis confusio noctis.'
haec uox multorum late peruenit ad aures,
sed species soli Martino est prodita, cuius
mens leuior fragilis transibat pondera carnis,
corpoream molem transmittens lumine cordis.
protinus amoto altari depellitur omnis

180 properant *P* 181 attestata *S* 182 moles *S* sepulcheri *P* 183 frigentis *R* 184 praeces *P* 185 tumulos *R*[1] et *RP:* ad *Sv* 186 dominum *R (Barth):* domino *PSv* praecatus *P* 188 leuam *P* 189 quae *R:* quem *P* quam *S* 190 facta *PS*[1] 193 expraessit *P* quaerillis *R*[1]*P* querillis *R*[2] querelis *S* 196 satis *S:* scis (*i. e.* sanctis) *RP* 197 huic *v* honus *RP* duplicatum *Sv* (duplicato *aduerbium est*) 198 adque *R*[1] iure** (re *eras.*) *R* 199 tenues *v* gutta *S:* guttas *RPv* 206 firagilis *P: om. R*

uana superstitio ritus mentita sacrorum.
translata ad ueros migrant mysteria cultus.
quid simile his titulis tandem conferre ualebit
ars magicis infecta dolis uel tincta uenenis,
carmina conpositis texens mendacia uerbis
extaque perspectis rimans faetentia uenis,
ut per tartareae quaesita silentia noctis
mugiat insanus fallaci murmure daemon,
adsumens fictum tenui sub imagine uultum?
hic certe simplex animus et sola precantis
religio infernae dissoluit uincula legis,
et quamvis artus premerentur mole sepulchri,
attamen ad praesens tempus confessio uixit.
nec uero hic finis titulis, nec tempore saltim
intercisa breui uirtutum stemmata cessant.
nam semper sancto comes indiscreta cohaeret
gratia nec certo cohibetur fine locorum.
progressum sequitur, manet indiuulsa manenti,
si sit causa uiae, gaudens comitatur euntem.
  Nam dum distenti propere legit auia ruris,
qua diffusa patet latis fera Gallia campis,
dum sequitur miserum gentilis turba cadauer
et tremefacta leui motantur lintea uento,
porrecto in longum per plana patentia uisu
funeris obsequium cultum putat esse nefandi
daemonis, et ritus miserorum ferre sacrorum
submissa idolicis bacchantum colla figuris.
protinus adtollit sanctum et uenerabile signum,
et crucis obiectu propere uenientibus obstat,

228—250] Sulp. Sev. V. M. 12. 233] cf. Coripp. Ioh. III, 356.

209 sacrarum *P* 210 cultos *R*[1]*P* 213 compositis *S* mendatia *R* 214 prespectis *R* rimens *P* petentia *cod. Iureti* pendentia *v* 217 assumens *S* 218 praecantis *R*[1]*P* 220 praemerentur *P* 221 tempus praesens *S* 222 hec uero *R*[1] 224 sancto semper *S* comis *RP* coheret *P* 228 dum *om. cod. Iureti* cum *v* 230 tum *S* 231 lentea *P* 234 ferrae *P* 235 summissa *RS* bachantum *S* 236 attolit *ex* adtolit *P* attollit *S* attulit *cod. Iureti* ante tulit *v* 237 adiectu *R* obstans *Brandes*

gressus instabiles uexilli pondere sistit.
tum uero inposito miseros torpore teneri
cernere erat neruisque artus riguisse ligatis,
frustrata innexis conamina plurima membris,
tardata inmoto uestigia sidere gressu,
concludi septas mandato limite turbas,
nec transcendendi praetenta obstacula muri
partibus e cunctis inmensum opponere claustrum,
donec paulatim uisu propiore pateret
exequiis delatus honor. tum rursus eodem
uexillo atque ipso libertas reddita signo.
sic crucis imperio simul et uirtute fidei
ius habuit uincire uagos, dissoluere uinctos.
Haec raptim contacta legens, quia copia suadet
uirtutum breuibus laudanda attingere signis,
ne festinantes tanta ad miracula mentes
tardet prolixis uilissima pagina uerbis,
excipior rursus maiorum pondere rerum.
sacrilegum quondam deiecto culmine templum
strauerat ad terram, perfractis idola tignis
comminuens totisque premens simulacra ruinis.
huic pinus uicina loco distenta uirentes
pandebat ramos, annosa et bracchia late
nexuerant uiridem frondenti in uertice siluam,
arcebatque omnem foliorum crate calorem
arboris unius densum nemus: umbra perennis
iugem temperiem mentito uere tegebat.
hanc etiam pinum templi sociare ruinis
adgreditur, parili cupiens conuoluere busto,

251—334] Sulp. Sev. V. M. 13.

238 instabilis *P*[1] uixilli *R*[1]*P cod. Iurcti* 240 legatis *RP* 241 innixis *S* 243 mandati *R* 245 cuntis *P* 247 exequus *S*[1] 218 uixillo *R*[1]*P cod. Iurcti* adque *R*[1]*P* 250 uinci *P cod. Iurcti* 252 laudando *S* 253 ne. *P* 255 excepior rursum *R* serum *P* 257 perfectis *S* tegnis *RP cod. Iurcti* gestis *S* 258 comminuens *RS* praemens *P* 259 uirentis *R* 260 brachi.a (i *eras.*) *P* brachia *S* 262 filiorum *S* create *P* 264 lugem *P* 266 aggreditur *S* pari.li *S*

quidquid in errorem miserorum corda trahebat.
tum uero accensi uecors insania uulgi
certat dilecto raptim succurrere ligno
et prohibere pium toto molimine uotum.
nil ratio insanis, nil prosunt sancta profanis
uerba animis, non uox surdis, non lumina caecis.
clamatur non quire homini conferre salutem,
quae sibi non ualeant, lignis non posse iuuari
lignorum dominos: seruire haec nutibus eius,
qui seruire uelit, subiectis subditus, idem
de siluis urenda legens, ueneranda relinquens.
haec contra exclamant longe diuersa uolentes,
idolico et multum perfusi corda ueneno:
'desine prolixis renuentes cogere uerbis.
si rebus suadenda probas, haec iure placebit
condicio adlatura fidem: nos protinus ipsi
adgredimur nostram propere succidere pinum.
tu si uera adhibes fidei documenta, cadentem
excipe et optatae gaudens occurre ruinae,
nil graue confisus domino.' tam dura probatur
causa nec iniusto renuit iustissimus ori,
confidens uirtute dei, cui prona facultas
quamquam praesentem uerbo prohibere ruinam.
nec mora et adstrictis nectuntur uincula membris
atque elidendus iam parte locatur in illa,
qua pronus toto pendebat stipite truncus,
iamque inclinatis nutanti pondere ramis

283] cf. Fortunat. V. M. I, 250. 292] cf. Alc. Auit. III, 24.

267 quicquid *R*²*S* 268 uecors (h *suprascr.*) *R* inania *P cod. Iureti* 269 *solus seruauit R* 270 et] it *S* pium *R:* piò *PSv* toto *Barth:* totum *RPSv* 272 animus *S* 275 dominos *Iuretus:* domino *RPS cod. Iureti* 276 subditis *PS*¹ *cod. Iureti* 277 generanda *S* 278 haec] e *S* 282 conditio *PS* allatura *S* 283 aggredimur *S* 284 docimenta *RP* 285 obtate *P* occurrere *R*¹*P* 286 nihil granae *P* confisis *Barth* 287 rẽnuit *R*¹ 288 dei *om. R* 289 quanquam *R*² 291 adque *R*¹*P* 292 pronustṛo (*i. e.* pronus trumo) *R* toto] secto *Barth*

subiecta haut dubiae terrebat mole ruinae.
insistunt totis certantia gaudia uotis.
ictibus adsiduis crebrisque bipennibus instant.
spes uicina animos fessis uiresque ministrat.
uindicta affectum excludit, fugat ira dolorem.
exanimes pallent monachi maiusque periclum est
confusae nimium tanto terrore fidei,
uulneribus donec paulatim euicta fragorem
prona dedit totoque in sanctum concita saltu
praecessit celeres properantia uota furores,
iam prope contiguo perfractis turbine membris.
ille, metum prohibente fide, formidine pulsa
uicinam opperiens constanti corde ruinam,
ne cito conuersam cernens perfidia pinum
ad casum reuocaret opus meritumque negaret,
dum putat euentum: sed iam propiore periclo
erigit armatam signi munimine dextram
opponitque crucem. qua protinus impetus omnis
frangitur et celeri propere reuocata rotatu
diuersam in partem pernici turbine pinus
fertur in auctores sceleris. iam propter ouantes
in se conuersam trepidi timuere ruinam:
qui tutum semet tanta ad spectacula caute
credebant legisse locum, uix mente recepta
perfractis cernunt confossa sedilia ramis.
tollitur in caelum clamor partesque resultant
attonitae et uoces coetu referuntur ab omni:

296] cf. Fortunat. V. M. I, 258.

294 subiectae *R* haud *S* ruinė *P* 296 assiduis *S* insistant *R* 297 *om. v* animus fessus *RP* uirisque *R* 299 periculum *R* 300 minimum *P* terrorae *P* 302 totique *P* scam͡ *P* saltũ *R* 303 caeleres *P* furoris *R* celeris (*scil.* pinus) . . . furoris *Brandes* celeris *iunctum cum* furoris *Wopkens* properans in uota *Barth* 304 propere *R*[1] perfructis *R*[1] 306 op-periens *P* 307 conuersa *R* 309 periculo *R* 310 signi] christi *S* 312 uocata *P cod. Iureti* motata *v* 314 scaeleris *P* iam *scripsi:* nam *RPS* tum *Wopkens* 316 tantas *R*[1] 318 sedilḷia *P* 320 attonitu *S*

gaudia testantur monachi, miracula uicti.
Christum lingua sonat, Christum simul ore benigno
ignari gnarique canunt: pars ista fauorem
agnoscit, petit illa fidem. sic consona raptim
inter discordes Christo sociante uoluntas
cum fidei donum meruit, tum credere suasit.
nam certe nullus penitus fuit agmine in illo,
qui non rettulerit speratae dona salutis
adiectus gregibus domini munimine signi,
et loca, quae taetris faetebant obsita fanis,
obtexit ueris mox mater eclesia templis.
sic uincis, Martine, tuos sic obruis hostes,
sic grauis oppressos sententia proterit: illos
inmites fecit clemens uictoria fratres.
  Ergo acuit mentem euentus studiumque rebelles
uincendi adsidue felix uictoria nutrit.
nam uix conlapsis fumabant idola flammis,
uicino et tenues uolitabant igne fauillae,
cum renouat similis repetita incendia templi
exultans crebris iustissima dextera flammis.
sed dum flagrantes longe lateque uapores
turbo serit, crebrisque ferox exaestuat undis
eructans rapidam flammarum insania nubem,
augens collectum uicina strage furorem,
haut procul amotum toto petit agmine tectum,
uicina adlambens funestis culmina flammis.

335—360] Sulp. Sev. V. M. 14,1—2.

323 gnari ignarique *R* ignari ignarique *P* 326 sau∻ sit *P* sansit *cod. Iureti* sancit *v* 327 paenitus *R*¹*P* 328 retulerit *RS* 329 regibus (e *suprascr.*) *R* 330 tetris *S* fetebant *R*²*P* famis *S*¹ 331 mater] inops *v* ∗eclesia *R:* aecclesia *P* ecclesia *Sv* 332 uinces *P* martinae *P* hostis *R* 333 graues *R* greues *P* oppraesos *P* sentia *P cod. Iureti* propter *R* protegit illos, inmites facit hos *Brandes* 336 assiduae *P* assidue *S* nutriuit *P* 339 similis *Sv:* similes *RP cod. Iureti* 341 flagrantis *RPv* 342 serit *Barth:* ferit *RPS* crebrisquae *P* 343 flam∗marum (a *eras.*) *P* 344 anguens *R* uicinas traige *P* 345 aut *R* haud *S*

quod postquam sanctus trepidans instare periclum
uidit et adflatis iam mixta incendia tignis
sepsisse inplicitum flammarum gurgite tectum,
pernici properans conscendit culmina saltu,
qua globus igne domum nimio densissimus urguet,
artusque oppositos flammis uenientibus offert.
tum uero aduerso sinuata incendia flatu
ad uentum redeunt, et quamquam urguente procella
praecepti uis maior agit cogitque reuersis
ignibus insanum confestim cedere uentum.
sic paret meritis natura obpressa iubentis.
non flammae urguentur flabris, sed flamina flammis,
atque ignis praecepta sequens sic gessit utrumque,
adripiens decreta sibi, defensa relinquens.
  Sic debellato per iusta incendia templo
itur in excidium alterius, quod forte Leprosus
quondam opulens uicus peruersa mente colebat.
sed postquam crebri demens insania uulgi
temptatum reuocauit opus totumque furorem
opposuit coeptis uiolenti turbo tumultus,
avia solorum repetit secreta locorum,
atque ibidem sanctis precibus uiolentius instat
trinas continuans orandi intentio luces
et totidem iungens uigilatis noctibus horas.

351] cf.] Fortunat. V. M. I, 283.   358] cf. Fortunat. V. M. I, 292.
361—429] Sulp. Sev. V. M. 14,3—7.

348 uidit inafflatis *Sv*   tegnis *RP*   351 urget *RPS*   352 artosque *P*   354 uentum] templum *Barth*   fanum *uel* uotum *Wopkens*   quanquam R^2 urgente *S*   355 praecipiti *v*   357 obpraessa *P:* oppressa *RS*   358 non] nam *P*   urgentur *S*   359 adque R^1P utrumquae *P*   360 arripiens *S*   361 iussa *Wopkens*   362 in excidium] cendium *S*   leprosus *P:* lebrosus *R*   librosus *S*   366 ceptis *S: om. cod. Iurcti, unde* sancto *suppleuit P. Pithoeus*   tumultu *S*   turba *Brandes* (*quod si recipias, necesse est cum S scribas* tumultu *cf. u.* 388)   368 adque R^1P sanctis *scripsi:* sanctus *RPSv*   praecibus *P*   369 trinos *S*   lucis *R*   soles *S*   370 oras *R*

quin et contexto saetis coopertus amictu
exesa adsiduo conpunxit acumine membra,
ut tereret tenuem uestis nimis aspera pellem
et cutis extantes stimulos adtacta paueret,
saxea conlidens mage duris ossibus arua,
producens tardos sera in ieiunia soles,
perfundens totum lacrimarum flumine uultum,
ut domini iugis semper clementia Christi
insontis famuli nimium miserata laborem
traderet effectum uoto et temptata patraret,
aduersae penitus remouens molimina partis.
interea armatos propter consistere cernit
angelico fulgore uiros, nec tarda patescit
agnitio: adsueti prompta est fiducia uultus,
insuper et uerbis ueniendi causa docetur,
ne trepidet, ne uim timeat neue arma pauescat,
praesentem agnoscens per talia signa fauorem:
quaelibet opposito consurgat turba tumultu,
auxilium satis esse dei, qui protinus omnes
debellare queat uerbi uirtute cateruas:
392 se simul auxilium ferre et mandata referre.
393 acrior ergo animus penitus uirtute recepta,
391 sufficere ad bellum credens haec arma duorum,
ad coeptum reualescit opus, mediasque cateruas
inrupit trepido constantia reddita cordi.
funditus euersis sternuntur templa ruinis:
excipiunt totas simulacra iacentia moles
fractaque deiectis succumbunt idola tectis.
inuoluit mixtus pariter simul omnia puluis,

377] cf. Fortunat. C. VI, 5, 123. 388] cf. Alc. Auit. V, 555.

371 contextus aetis *R* contex[tu] s.etis (a eras.) *P* setis *S* 372 assiduo *PS* menbra *S* 373 terreret *R*[1]*P* 374 extantes *scripsi:* extantis *RP cod. Iureti* ex tantis stimulis *S* extentis stimulis *r* 376 perducens *S* 381 paenitus *RP* 384 adsuetis prumpta *P* 386 nec ... nec *R* 388 tumultum *P* 391 hoc *Barth* *uersuum ordinem ita mutauit Wopkens* 390. 392. 393. 391. 394: *cui adstipulandum putaui* 393 paenitus *P* 394 ceptum *PS* 395 inrumpit *Brandes* 398 deictis *P*

tigna, aras, statuas, caementum, saxa, metallum.
nec sane tanto progressus ab agmine quisquam
obuius ire parat. manet inperterritus ille,
debellata uidens trepidantum corda uirorum.
inmoti expectant populi. riguere minantum
pectora et adtonitis stupuerunt uiscera fibris.
non membra expediunt motum, non uerba tumultum:
diriguere artus miseris, uox faucibus haesit,
temptantum cecidere manus et clamor hiantum.
ut mare, quod fundo conuulsum mouerit imo
fluctibus insistens uehementis turbo procellae,
inlidit totas spumanti aspergine cautes
et rauco oppositas transcendit murmure ripas,
pulsant perfractae dum concaua litora moles
et uada permiscent totum uicina profundum:
mox, ubi deposito siluerunt flamina motu,
sternitur inmensus placidarum campus aquarum,
leuia deposito considunt marmora uento,
et iacet inmoti species mutata elementi,
sollicitans tenues constrato gurgite cumbas:
haut aliter siluit furiosi insania uulgi
et tempestatem posuit flatusque remisit,
hoc tantum et ueris clamauit subdita uerbis,
Martini dominum toto simul orbe colendum,
hunc solum se nosse deum. nam surda salutem
idola si possent umquam conferre petenti,
adlatura sibi, nec quemquam tradere donum,
quo careat: magis esse inopem qui poscat egentem.

416] cf. V, 781.

400 tegna *RP* cementum *R* 402 irae *P* 404 exspectant *P* 405 attonitis *PS* stipuerunt *R* fimbris R^1 406 tumulto R^1 408 hianto (n *partim eras.*) *R* 409 mouerit (it *in ras.*) *R* 410 procellae *Sv:* procella *R* procellam *P* procellum *cod. Iureti* 411 inlidet *PS* spumantia spergi *P* 412 transcendet *R* 418 elimenti *P* 419 cymbas *S* 420 aut R^1 haud R^2S 421 fluctusque *S* 425 si] quae *v* possent *S:* possint *RP cod. Iureti v* nunquam *v* petent R^1 426 allatura *S cod. Iureti* haud latura *v* 427 agentem *P*

sic uerae penitus lucis fulgore recepto
haec quoque turba piis adcreuit dedita castris.
Talibus adsidue uegetato corde triumphis
rursum bella cupit: remouet fides aucta pauorem,
spes animat meriti, cedit formido pericli.
nam similem mouit similis mox causa tumultum,
dum subuertendo properat succurrere templo
rusticitas uesana nimis solitumque rigorem
augens praecipitis inmensa mole furoris.
denique sic totum obruerat dementia sensum,
ut stricto quidam minitans accurreret ense,
ausus sacrilegum uibrare in uulnera ferrum.
et cum reiecto nudatam tegmine gaudens
ceruicem offerret sanctus, nihil ille retractans
alte sublatum surgit furiosus in ensem.
celsius insanam dextram suspendit in altum,
attollens totum celeri conamine corpus,
concita praecipiti tendens uestigia nisu,
altius ut ueniens caderet uehementior ictus:
cum subito adstrictis riguerunt uiscera neruis,
atque haesit tenui consumptus in aëre motus,
porrecta et cassum suspendit dextera ferrum,
et periit totus membris torpentibus ictus,
ac manus inriso conamine fixa remansit.
sic artus tota conlapsi mole retrorsum
praecipiti ad terram proni cecidere ruina,

430—467] Sulp. Sev. V. M. 15,1—2.

428 uere *RPS* paenitus R^1P 430 assidue *S* 432 spes] seps *P* meritum *Brandes*, spes *accipiens pro accus. plur.* meritis *Wopkens* 435 minis S^1 436 praecipitis *R:* praecipites *PS* praecipitat *v (cf. adnot. ad u. 20)* inmense amole *P* furoris *R:* furores *PSv* 438 accurret S^1 accurre tense *P* 440 nudam *P* 441 nihil ille] nil uoce *S* 443 insanam *S:* insanum *RP* insanus *v* 444 cleri P^1 coppus R^1 445 concita (nc *in ras.*) *R* nisu] in altum *v* 447 neruis] fibris *S* 448 adque R^1 tenuis *v* aera *v* in hęremo motus *P* 449 cassum *Brandes:* iussum *RPSv cf. 472. III, 153. 371* 450 perii *P* 451 ac] et *v* irrito *(sic) v* 452 conlabsi *R* conlapsi* *S*

ossaque conlisis sonuerunt obruta membris,
prona et saxosae iacuerunt aggere terrae.
tum demum extorti gemitus lacrimaeque coactae,
depositisque minis nimium miseranda precantis
ambitio ad ueniam rediit conuersa salubrem.
quidnam, quaeso, auidam reuocasti a sanguine dextram?
cur parcis, quem nemo rogat? quid detinet ictum,
si manet ira, tuum? tu certe ignoscere non uis:
cur ferrum retines? patet ecce innoxia ceruix
uulneribus nudata tuis: quid uota moraris,
qui mentem ferientis habes? cur crimine saluo
ultio differtur? facis, etsi dextera cesset,
quod fecisse cupis. si non mutata uoluntas,
culpa manet: satis est meritis sententia cordis.
  Nec sane hinc solum seruatae dona salutis
uidere attonitae trepidantia pectora plebis.
nam mox cum similem similis uesania mortem
destricto inferret telo, discussa repente
ferri acies casso ferientem deserit ictu,
extortum et demens quaesiuit dextera telum,
totaque collecti uanescere uota furoris
decepta amisso uiderunt lumina ferro.
attamen interdum alloquio suadere salubri
sueuerat et uerbis mentes mutare feroces
et corda adfatu mollire rigentia sancto,
inlustrans ueterem doctrinae lumine noctem.

456] cf. 21. 468—479] Sulp. Sev. V. M. 15,3—4.

454 menbris *S* 455 prona& *P* 456 lacrimeque *P* 457 minis] *om. cod. Iureti:* armis *suppleuit Iuretus* praecantis *RP* 460 pacis *P* quis *S* 461 non·uis (o *eras.*) *S* 465 difertur *P* etsi] et *R* dextra *P* cesset] saluet *r* 467 sentia *P cod. Iureti* 469 uideret atonitae *P* 471 destricto *scripsi cf. IIII, 622:* districto *RSr* distrecto *P* 472 feri *P* cassa *P* ferentem *P*[1] ictum *P*[1] 474 uaniscere *P* euanescere *r* 475 deceptam *R* 476 attamen *scripsi* (plerumque autem *Sulp. Sev. 15,4*): et tamen *RPSr* suaderæ *P* suasere *in ras. S* salubriş *P* 477 suşuerat (*corr. m. 2*) *P* mutar *P* 478 afflatu *S* molire *P* 479 *om. S*

Praeterea procliue fuit redhibere salutem
infirmis, gressum claudis et lumina caecis.
nam certe nullum tanti uiolentia morbi
obruerat, quin uotiuae fomenta salutis
rettulerit, uiso gaudens reualescere sancto.
quod uel praesenti poterit clarescere facto.
quondam Treuericis in moenibus innuba uirgo
tabuerat consumpta graui paralytica morbo,
atque omni motu torpentia membra carebant
officiis priuata suis. iam carne relicta
spirabat tenuis frigenti in pectore flatus.
pallebant pauidi uicina morte propinqui
arentesque artus lacrimarum fonte rigabant,
tristis et obsequii maestum contraxerat agmen
exequiis praebendus honor: cum murmura flentum
concitus inrumpit reserato nuntius ore,
Martinum uenisse ferens, cui prona facultas
optatam sanctis precibus praestare medellam.
quae uox ut maestas uenit genitoris ad aures,
aduolat exanimis genibusque aduoluitur, orans
auxilium, et largo spargit uestigia fletu,
ac singultantes rumpunt suspiria uoces,
et plus de precibus lacrimae quam uerba loquuntur.
at contra sanctus pollens pietate modesta
adfectum sociat, meritum negat. abnuit esse
uirtutem qua praestet opem, sed corde dolorem

480—538] Sulp. Sev. V. M. 16. 486 = Fortunat. V. M. I, 366. 496] cf. 288. 501] cf. 29.

480 redibere *R* adhibere *v* 482 uolentia *ex* uoluntia *P* 484 retulerit *S* uiso *S*: uisu *RPv* reualiscere *P* 485 clariscere *RP* 486 Treuiricis *v* monibus *P* 487 paralitica *RP* 488 adque *R*[1] omni motu *R: omnium ut P cod. Iureti* omni uita *S* menbra *S* 491 trepidi *R* 492 arentisque *RP cod. Iureti* 493 obsequi *P* moestum *S* 494 exsequiis *P* mura *P* 496 profana *P* 497 optatum *S* praestare medellam . . . . . . 499 genibus *solus seruauit R* pre- (prae- *P*) cibusque aduoluitur orans *PSv* 501 singultantis *R* singulantes *S* rumpit *P* 502 praecibus *P* 503 ad *R*[1] scos *P* petate *P*[1] 504 affectum *R* affatum *S*

participat. refugit pompam, sed deflet erumnam,
et meritum uitando probat. sic celsior extat
corde humili. confert laudi, quod demit honori.
haec cernens genitor tanto uehementior instat,
donec permota adsiduo iustoque rogatu
sancta sacerdotum precibus coniuncta paternis
ambitio blando renuentem iure coegit
uisere lugentis penetralia maesta parentis.
adstant pro foribus populi: miracula Christi
attonitae expectant pendentia pectora plebis.
ille ubi seminecis miseratus tabida uidit
membra et consumptis languentia lumina malis,
ossibus haerentem siccato corpore pellem
et cutis infuso uitiatum felle colorem,
subtracto et penitus constrictae murmure linguae
spirare exiguum glaciali a pectore flatum,
filaque uenarum rupto pereuntia pulsu
ordine praeciso quaerentem linquere dextram:
ad terram toto confestim corpore pronus
sternitur, a domino uerbi medicamina poscens,
cui iussisse sat est atque artem uincere nutu.
sensit adesse deum. promi deposcit oliuum.
oblato accedit benedictio sancta liquori.
exim mutati congaudens unguine suci
singula contingit medicato chrismate membra.
admota expellit ueterem pia dextra dolorem,
atque impetratae felicia dona salutis

514] cf. Fortunat. V. M. I, 420. 515] cf. 469. 521] cf. 490. I, 340.

506 ẹrumnam R^1 507 extat (s *add. m. 2*) *R* 508 demet *RP* 509 gemitor *P* 510 assiduo *S* iustosque *P* 511 praecibus *P* 513 moesta *S* 516 semineci *R* 518 plẹbem (*sic*) *P* 520 paenitus R^1P 521 suspirare *P* suspiria *v* glocialia *ex* glacialia *P* in pectore *Wopkens* flatum (atum *superscr.*) *P* (*corrector maluit* fatum) 522 ruptu R^1P 525 uerbis *v* possens *P* 526 cuius sisse *P* adque R^1P 529 exin *S* ungine S^1 530 contigit *R* crismate *S* 532 adque R^1P imperatae R^1P

ad tactum medici paulatim infusa recurrunt.
sic morbis cuncta membrorum a parte fugatis
reddita succedit uegetato corpore uirtus.
mox ualida exsurgit populo mirante puella,
et stabiles gressus diuino munere sistens
dat laudem domino per sancta altaria Christo.
  Quod postquam uirtutis opus celeberrima coetu
moenia conpleuit, certatim accurrere cuncti,
quorum uel mentes daemon uel corpora morbus
obruerat, cordi orantes membrisque medellam.
hi gressu stabiles, hi sensu abiere ualentes.
praecipue tamen e cunctis, quae gratia Christi
per famulum dignata suum miracula fecit,
unius eminuit praesens curatio serui,
quem daemon toto captiuum iure tenebat.
denique cum sanctus, grandi ambitione rogantum
permotus, miserum deduci ad sancta iuberet
limina, non potuit quisquam uincire furentem.
sic cunctos rabido debacchans ore fugabat
dentibus infrendens: lacerum crŭor undique corpus
texerat et nudis horrebant uulnera membris.
tum dominus, claro nimium sublimis honore,
fascibus ornatus proconsulis, inmemor huius
ambitionis adest genibusque aduoluitur almis,
ac pronus pedibus blandas circumligat ulnas
orans ut, quoniam nec uis nec uincla ualerent
adtrahere insano bacchantem corde ministrum,
ipse adeat tectum, sub quo iam tempore multo

539—574] Sulp. Sev. V. M. 17,1—4. 556] cf. 499.

534 cunc[ta] *P* 536 exurgit *R* 539. 540. 538. 541 *sic P* 539 uirtutes *P* cetu *P* metã *ex* metũ *R* 540 compleuit *S* accurre *P* 542 corde *v* memorique *v* medellam R^2: medillam R^1P medelam *S* 543 gressus *P* uelentes *P* 544 e *om. R* cuntis *P* praecipueque tamen cunctis *v* 546 serui* *S* 547 demon *R* 550 uincere *P cod. Iureti* 551 sic] sed *Wopkens* debachans *S* fagabat P^1 557 circumlegat *RP* 559 attrahere *P* bachantem *S*

seruabat clausum iugis custodia seruum.
sed renuit sanctus limen calcare profani
nec uult idolicis iustus succedere tignis,
discernens templi faetorem chrismate Christi.
ille autem sanctis genibus uiolenter inhaerens
spondet sanato se credere uelle ministro,
quidquid tradiderit tanti doctrina magistri.
tum demum motus tam iusta uoce rogantis
intulit optatos saluanda ad limina gressus,
atque eadem domino auxilium tam iusta precanti,
quae seruo, medicina tulit. gratantur uterque,
ille fide accepta gaudens, hic mente recepta.
confestimque nouum post haec miracula factum
attonitam erexit tanta ad praeconia plebem.
  Nam forte ingrediens uicini limina tecti
exclamat tetram foribus se cernere in ipsis
horribilem et uisu furiosi daemonis umbram.
nec mora continuo coepit iam proditus hostis
arrepto saeuire coco, miscere tumultu
interiora domus penetralia, frendere malis,
captiuique oris dentes nudare minaces,
ingenitam exercens alienis morsibus iram,
dum quatit obsessum permixta insania corpus
daemonis, ut rabies humano saeuiat ore
armata ad proprios alieno dente furores.
diffugiunt trepidi nec quisquam obsistere contra

575—601] Sulp. Sev. V. M. 17,5—7. 575] cf. Fortunat. V. M. I, 451. 586] cf. Fortunat. V. M. I, 455.

563 succederet ignis *R* 564 faetorem *Iuretus:* factorem *RPS cod. Ureti* crismate *S* a chrismate *Iuretus* 565 s͠cs (*i. e.* sanctus) *P* 566 sanato] tam sancto *v* 567 quicquid R^2S 569 optatus *R* 570 adque R^1P praecanti *P* petenti *v* 571 gratanter *S* 576 *om. v* cernere in] cernerem *P* 577 et uisu] exclamat *v* umbre R^1 578 moram R^1 iam *S:* tam *RPv* 579 arrapto *P* 580 fendere *P* 581 horis *P* 582 exercens (uel et arc̄) *S* 583 quatet *RP* obsesum *R* permissa *Barth* 584 daemones R^1P 586 ne *R*

audet et extremos acuunt exempla timores.
sed fidens domino sanctus palantia ridet
agmina et occursu rapido sese obuius offert.
quin et cum quateret tremulos dementia rictus,
conlidens miseros ferali murmure dentes
et repetens crebros nutanti uertice morsus,
constanter digitis fauces penetrauit hiantis,
sistens aduersi saeuissima iura latronis.
haeserunt auidae dilato uulnere malae,
suspensus riguit patuli furor inprobus oris,
subdita contactu gauisa est lingua salubri
molliaque insertam presserunt oscula dextram.
tum, quia praestructo fuga nulla pateret ab ore,
egestus fluxu uentris uacuata reliquit
uiscera, faetorem solum de corpore traxit.
  Interea subito turbantur cuncta tumultu
moenia. barbaricos adfert fama inproba motus,
spargens innumeros per credula corda pauores.
nec tamen extabat rumoris nuntius huius,
ut prolata fides manifesto auctore pateret.
ergo ubi tam dubiis motari incendia rebus
uidit et incerto populos terrore teneri,
imperat ut clausus captiuo in corpore daemon
proderet, unde nouam sparsisset fabula famam.
protinus inpulsus uerbo tortore fateri

589] cf. Fortunat. V. M. I, 453. 602—616] Sulp. Sev. V. M. 18,1—2.

587 exemplẹa *P* 588 palantia *R:* palatia *P cod. Iureti* pauitantia *S* fallacia *Iuretus* (palantia agmina *i. e.* daemones) 590 qui nec *P* qui ne *v* tremulus *RP* 591 collidens *S* 592 morsos *RP* mursus *S*[1] 593 digito *S* penitrauit *R* hiantes *Wopkens cf. 408. IIII, 518—519* 597 contactum *R* 598 praesserunt *P* 599 praestructo *Barth:* perstructo *RP*[2] perstructos *P*[1] perstricto *S* 600 reliquid *P* 602 tumul~~lu~~ (tu *suprascr.*) *P* 603 barbaricus *R* inpromotos *P cod. Iureti* 604 innũmeros *R* incredulos *v* pauores *Sv:* pauoris *R* paueret *P* 607 motari *scripsi:* mutare *RP* mutari *S* incendia *scripsi:* ingentia *RPS* nutare ingentia *Barth* rubus *P* 609 in *om. P* 610 sparsisse *R*

se causam clamat crimenque caputque malorum:
semet cum sociis istaec mendacia laruis
seuisse, ut trepidam premerent formidine plebem.
ergo haec fallacis confessio uera latronis
absoluit maestas cruciato daemone mentes.
  Iam uero ut tantae pietatis gesta retexam,
nec mens sufficiet sterilis nec pagina uilis.
o uere confine bonum miseratio prompta,
mens humilis! nullum spernit qui diligit omnes.
nam quendam horrendo lepra texerat inproba morbo,
inficiens cunctam macularum tegmine carnem
et spargens densas uitiato in corpore guttas.
quem cum sanorum fastidia crebra notarent,
ignara et proprii mens iniustissima casus
despiceret tristes alieno in corpore morbos,
ingrediens portam sanctus praeeunte caterua,
qualis in obsequium tanti collecta patroni
stipabat densis murorum limina turbis,
oscula dat misero, uultu conexus et ore,
nec metuens tali faciem sordescere tactu
inpressit iunctis pacis signacula labris.
obstipuere aliis animi. gauisus at ille
sensit in adtactu diuini munera doni,
et remeare citam raptim per membra salutem,
dispergi et celerem renouata in carne nitorem.
o uere pretiosa tuae dignatio pacis

612] cf. Dracont. de deo I, 460. 617—649] Sulp. Sev. V. M. 18, 3—5. 637] cf. I, 107.

613 ista haec *RPS* isthaec *v* larbis *S* 615 fallaciis *R*¹ fallascis *P* 616 maestã *R* moestas *S* mente *R* 617 pitatis *P* 618 sufficit et sterelis *P* 619 prumpta *P* 620 qui] quae *S* 621 traxerat *v* improba *P* 626 dispiceret *RP* tristis *R* 627 praetereunte *R*¹*P* *cod. Iureti* 630 connexus *P* 631 sordiscere *P* sordesceret actu *R* 632 inpraessit *P* impressit *S* singula *PS* 633] *hinc pergunt VA* obstupuere *S* alliis *V*¹ alius *S*¹ animis alii *v* ad *R*¹*P* 634 attactu *S* 636 dispercipi et *P* 637 praetiosa *RPV*¹

et medicina, pio quae semper manat ab ore.
seu membra adtingas labiis seu corda loquellis,
oscula sanabunt aegros et uerba docendos.
atque utinam nostros similis clementia morbos
tangeret, et miseri maculas depellere cordis
orans tam sancto Martinus uellet ab ore.
tum credo ad uerae reuocarer gaudia pacis,
sanatum adtollens sancta ad mysteria uultum,
et post euersum, dederat quem portio, censum
spes mea clementis domini penderet ab ore,
porcorumque escas linquens uel gaudia carnis
acciperem uerae signacula certa fidei.
  Quin et contactus tantum uel fimbria uestis
raptaque certatim disrupto uellere fila
omnibus in causis celeres habuere medellas.
namque ut praeteream quae non obscurius acta
erga humiles latuere homines, num, quaeso, latebit
Arborius, mundi eximio perfunctus honore,
clarus praecelsae qui culmine praefecturae
Romana indultis moderamina rexit habenis,
nec minus excellens morum probitate piorum?
huius consumptis penitus iam tabida membris
unica languidulos stratis reiecerat artus
filia, quam febris, iugi cum lege recursus

648] cf. Luc. 15, 15—16. 650—689] Sulp. Sev. V. M. 19, 1—2. 660] cf. I, 101.

638 medica R^1 quae *om.* V^2A manabat *PV* manebat *A* quae permanabat *v* 639 menbra R^1 mbra *S in ras.* attingas *S* loquillis RPV^1 loquelis SV^2A 640 sanabant *A*, *quod Hartel praefert* 641 adque R^1 643 uellet *SA*: uellit RPV^1 uelit V^2 amore *Brandes* 644 uere *P* 645 attollens *PS* misteria *P* 646 dederet V^1 647 pen•deret *P* 649 uere *PV* 650 contactae *Wopkens* 651 uelle V^1 652 celeris *P* medellas PS^1: medillas *R* medelas S^2A medalas *V* 653 que *P* quae nunc *Barth* 654 num] non *P*: *om.* *A* qu•e sola tenebit (a *eras.*) *V* quę sola tenebat *A* 655 arboreus V^2 657 abenis *R* 658 priorum *A* 659 paenitus *RPV* poenis *S* 660 languidolos $RPVA^2$ statis *S* iecerat V^1 artis *P* 661 fibris *VA* legere cursus *RV*

ad quartum reditura diem, sic carnis amictu
exuerat crebras semper repetendo ruinas,
ut nihil adflictum corpus sentire medellae
posset uel mediis uicina febre diebus,
dum transcursa sibi iactatio uindicat unum,
alter uenturam patitur trepidando ruinam.
talem igitur tristi genitor pietate puellam
dum fouet, et flatu glacialia membra tepenti
percurrit patrii dum creber anhelitus oris,
oblata ad trepidam peruenit epistula dextram,
quam pius antistes maesto mittebat amico.
ille ubi perlectae gauisus munere chartae
pressit in absentem congaudens oscula dextram,
conclusit celeri ueneranda uolumina motu
et stomacho raptim properans admouit anhelo.
o uere pretiosa fides! depulsa fugatur
febris et igniti remouetur flamma caloris.
arentes penetrat praesens benedictio uenas
et rigat exhaustas uerborum rore medullas,
restituens celerem domini pietate salutem:
ad cuius laudem recte referemus ouantes,
quae nunc miramur seruos potuisse fideles.
nec solam haec membris tribuit medicina medellam,
sed cordi adiecit ueram fides aucta salutem.
confestim nam uota deo sacra uirgo per illum
offertur domino, per quem ualet eruta morbo.

677] cf. 637.

663 repentendo *V*[1] 664 nihil] nih *R*[1] afflictum *SA* medęllę *P* medelae *SV*[2]*A* 665 posset *S:* possit *RPVA* 666 luctatio *S* 667 trepitando ruianam *P* 668 pietatae *P* 669 glaciala *P* gracilia *(sic) v* 670 cereber *R* cire per *P* anhelitus *SA:* anelitus *R* anellitus *P* anhelitus anellitus *V* (*sed* anellitus *deletum*) 671 epistola *SV* 672 antestis *RPV* moesto *V* mesto *A* 673 cartae *SA* 674 praessit *P* 676 raptim stomacho *A* amouit *R* anillo *R*[1] 677 praetiosa *R*[1]*V*[1] pretiosa *P* 678 mouetur *VA* 679 pęnetrat *R* 682 referimus *RPV* referamus *A* 684 solum *R'v* medellam *V*[1]*:* mędillam *R* medullam *P* medelam *SV*[2]*A* 686 nam uota] deuota *Sv* (nam *om. cod. Iureti*) sacro *P* 687 a morbo *V*

sic tribus indulta est simul huius gratia doni:
consecrat antistes, pater offert, uirgo sacratur.
  Quin et Paulino similis medicina salutem
reddidit, insignis fidei quem gloria late
extulit. obducta cuius tum nube latebat
uisus, et infusis caligo extenta tenebris
arcebat cunctam macularum tegmine lucem.
quam leuis et tenui tactu suspensa fugauit
spongia, uicino benedictae munere dextrae
uix admota oculo. didicit iam reddita lucem
ferre acies lumenque nouum mirata recepit.
atque utinam nostri tenebras contingere cordis
tali luce uelit sancti medicina patroni,
reddat ut antiqui rursum mysteria facti
nomen idem medicusque idem, par causa medellae.
  Miramur certe tam multa et magna uidentes
archiatri fomenta pii. miremur et illam
quam meruit medicus Christo medicante medellam,
per quem munificus simul et de munere gratus
expensis gaudet donis bonus atque retentis.
namque ad sublimem nitens conscendere partem,
qua domus excelsis pendebat fulta columnis,
lubrica dum scalis figit uestigia, pronus
conruit et crebram gradibus renouando ruinam

690—702] Sulp. Sev. V. M. 19,3. 694] cf. 622. 703—726] Sulp. Sev. V. M. 19,4—5.

689 consecrant *R*[1] antestis *RPV cod. Iureti* 690 paulinu *P*[1] 695 *post* et *eras. in R* quam fugabat *A* 696 spongea *RPVA*[1] 699. 697. 698 *(sic) A*[1] 697 uix *R:* uox *PV cod. Iureti* mox *SA* dedicit *ex* deducit *P* redita *PV*[1] 698 recipit *R* 699 adque *R*[1] 700 uellit *PV*[1] 701 rursum ut *PV* misteria *PA* 702 medicus quae *PV* per *VA* medillae *RV*[1] medullae *P* medelae *SV*[2]*A* 703 certe *R:* cito *PSVAr* et *R*[2]*:* et ita *R*[1] et tam *PSV* multę et iam *A* 704 archeatri *RPSVA* 705 mendicus *R*[1] medillam *V*[1] medelam *SV*[2]*A* 707 donis] finis *V* adque *R*[1]*P* recentis *R* retentus *VA* 708 sublimen *P* 710 figit (*prius* i *in ras.*) *R:* fixit *PSVAr* 711 corruit *SA* crebam *A*

conliso terram conlapsus corpore pressit.
ecce autem praefracta trucem dum membra dolorem
fessa gemunt, subita adflicto solacia portans
angelus adsistit sancto uenerabilis ore,
abluere infusis festinans uulnera lymphis,
paulatim ignoti contingens unguine suci,
perducens tenuem tactu leuiore liquorem.
unde rigata citam propere sensere medellam
membra, simul madidis mollito corpore uenis,
confestimque artus stabiles uiguere, fugati
undique mandato domini cessere dolores.
pernices gressus, mens uiuida, cordis et oris
gaudia, gratifico concors cum pectore uultus.
dum dominum laudat, sibimet nil adrogat inde,
prodidit et meritum, quia se meruisse negauit.

LIBER TERTIUS.

Quo rursus sterilis calamus et sibila ruptis
uox stipulis emissa uocas? haec gloria certe

717] cf. 529. 723] cf. Dracont. de deo II, 65.

712 conlabsus *R* conlab^{so} (so *add. m. 2*) *V* conlapso *A* pondere *v* praesit *V*^{1} 713 prope fracta *Barth* perfracta *Hartel* 714 afflicto *S* solatia *SA* 715 assistit *A* orę *P* 717 ignoti] oblati *v* 719 rigata citam *S:* rigatta citam *P* rigat tacitam *RVAv* promere *R*^{1}*PV* *cod. Iureti* medillam *V*^{1} medelam *SV*^{2}*A* 723 pernicies *R* gressos *PV*^{1} 724 gratifi^{co} *V* 725 nih^{l} *P* nihil *VAv* arrogat *S* 726 se] me *R* negauit. Finit in xpo (in xpo *om. S*) liber ·II· (secundus *PV*) habens versus (hab̄ ver̄ *S*) DCCXXVII· (DCCXXII· *PSV*) *RPSV* feliciter amen *P: om. RSV* Incipit liber ·III· (tertius *P*) *PS* Incipit lib̄. ·III· in dno *R* Incipit liber tertius paulini *V* Explicit liber secundus ·V·CC·XL·VII· Incipit L·3 (3 *in ras.*) *A*

1 steriles calamos *Sv* 2 uix *V cod. Iureti* stibulis *V*^{1}

maiorum uoces digna est augere tubarum,
nec poterit paruis uox tanta erumpere culmis,
quanta et sublimes lituos inplere ualeret.
sed si uel tenui flatu tam`angusta iuuetur
tibia, quem sancti benedictio miserit oris,
grandia si nequit effari, uel suauia dicet.
Primam igitur libri partem deuicta tenebit
ambitio. haec reliquas reserabit ianua laudes,
qua post degeneres per saecula multa pauores
corrupto emicuit libertas perdita mundo.
elatus quondam bellis feliciter actis
Maximus, et domini unius iam morte superbus,
exilio alterius, crimen male moribus haerens
auxerat euentu, naturae et uulnera prauae
resciderat saepe infelix mage corde superbo
prosperitas, rebus grauius ruitura secundis.
hunc igitur regem diuersa ex parte frequentes
pastores adiere dei, quis cura perennis
uel seruare piam domini uel pascere plebem,
certantes laxare reos, dissoluere uinctos,
reddere defessis requiem, solacia maestis,
orare exulibus patriam ueniamque precari,
proscriptis censum miseris uitamque mereri.
dumque haec nituntur studio celerare benigno,
paulatim adsensu trepido subiecta tumenti

9—64] Sulp. Sev. V. M. 20,1—3.

3 dignata *RP cod. Iureti* turbarum *P* 4 tante rumpere *P* 5 sublimis *R*[1]*PVA* letuos *R*[1] laudes *v* implere *PSA* 6 si *om. P* augusta *A* 7 quem *Wopkens:* quam *RPSVA* sancti *S:* s̃cs *RPVA* meserit *P* miserat *S* 8 ne quid *P* uel] + *P s. l.* dicet *S:* dicit *RPVA* 9 primum *VA* liberi *P* 11 secula *PA* 12 liber *V*[1] 13 elatis *A* qu∗ondam *P* condam *V* 14 iam *s. l. m. 1 R:* de *v ex cod. Iureti* 16 Aauxerat *P* uulnere *A*[1] paruae *A* praue *PV* 17 reciderat∗∗ (in *eras.*) *S* 18 ruiture *in R deletum et in margine adscriptum* ruitura 19 diuersa] ał diuisa *R in marg. m. 2* 23 solatia *SVA* mestis *PA* moestis *S* 24 ueniamque] que *R in contextu, sed in marg. add.* reditũ praecari *R*[1]*PV*[1] 25 proscribtis *R* 26 celebrare *RA* caelerare *P* 27 assensu *S* trepida *P*

sancta patrum grauitas nimium uilescere coepit,
dedita blanditiis, non quas dependere suerat
prisca sacerdotum grauitas, sed foeda clientum
ambitio, ad nutum tumidi deiecta patroni.
inter quos solus constanti corde uel ore
Martinus nullo infecit pia uiscera fuco,
nec trepida obpressit deformi ignauia naeuo
mentem Christo humilem, celsam ad fastigia mundi.
quin et constanter precibus conisus in ipsis,
si qua fuit regem tumidum tum causa rogandi,
optantis uotum expediit quasi iure iubentis.
saepe etiam sanctum crebro mouere precatu
ambitio est adgressa uirum, ut uel sero ueniret
oratus totiens spreta ad conuiuia regis.
ille etenim fastus temnens et facta reuoluens
eius se penitus renuebat iungere mensae,
cuius criminibus sanctam conectere mentem
adsensu saltim tenui nefas esse putabat,
obiectans caedem dominorum et sanguine partum
imperium, mortem regis regnumque tyranni.
sed cum continuis precibus pia corda fatigans
dilueret culpas, obiecta et crimina purgans
diceret inpositum sibimet terrore iubentum
imperii regimen, nefas esse ut mole prematur
inuidiae ferro atque armis extorta potestas,

28 uilescere, ui *in ras.* *R* uiliscer *P* uiliscere *V*¹ coepit] suerat *S*, *qui uers. 29 omisit* 29 dedita (a *in ras.*) *R* debita *A* blandiciis *PV*¹ **suerat *R* 30 foeda *R:* foeta *PS cod. Iureti* fata *VA* 32 inter] in *V*¹ 33 foco *S*¹ 34 trapida *V*¹ oppressit *RSVA* neuo *P* 35 humilem xpo *V*² celsam *Rv:* celsa *PSVA cod. Iureti* fastigia *Sv:* fastidia *RPVA cod. Iureti* 36 conster (an *add. m. 2*) *V* praecibus *R*¹*V*¹ 38 obtantis *RP* 39 mollire *Wopkens* praecatu *PV*¹ 40 aggressa *S* sera *A* 41 iratus *A* 42 faustus *PVA cod. Iureti* temens *P* timens *V* trepidans *A* 43 saepe nitus *V* penitus *R*¹ rennuebat *PV*¹ 44 crimenibus *P*¹ 45 adcensu *R*¹ assensu *A* saltim] latum *S* 48 precibus *P* 50 impositum *SA* iuuentum *VA* 51 praematur *P* 52 adque *R*¹ exorta *R* exerta *S*

ambitione uacans: nec sane parua fauoris
signa sui tanto dominum misisse triumpho,
nec quemquam quamuis tepidae paruaeque fidei
ignorare hominem belli momenta gerendi
in nutu pendere dei: manifestius autem,
si mage confisum numero, uirtute uirisque
inferior uincat, uicisse hunc iudice Christo:
nec sane quicquam se uel post bella cruentum
inmiti gessisse animo, ferrique furorem
post aciem ualuisse nihil, post arma tubasque
insontes gladios cessasse a crimine caedis
et nullo penitus respersam sanguine pacem.
 Talia saepe iterans precibusque instantius orans
molliuit sanctum crebra ratione rigorem,
ut culpae ignoscens studioque euictus adiret
fastidita prius regalis fercula mensae.
exultat spes iam propior de munere tanto.
festa dies laeto gaudet clarescere coetu.
adduntur lecti proceres, quos regia iuxta
culmina uicini splendor conectit honoris,
insignes trabeis, legum armorumque tenentes
arbitrium uel iura fori uel classica belli.
hos inter medius, qua simma flectitur orbe,
presbyter accubuit. dextra laeuaque potentum
ordo ducum membris super aurea fulchra locatis

65—134] Sulp. Sev. V. M. 20,3—7.

53 fauoris *Iuretus ex codice:* pauoris *RPSVA* 54 signas uitando *P* signa sui tardo *cod. Iureti* 55 nec] nem *A* quains taepidae *P* 56 ignorarae *P* 59 uicesse *P* 60 quạicquam *P* semet *Wopkens* bella] uelle *S* 62 nil (hi *above*) *R* tubasquẹ *P* 63 glodios *R*[1] 64 respaersam *P* 65 sepaepe *P* precibus *A* 67 ignoscans *V* studieoque *P* 68 fastidiata *R*[1] fastadita *P* 69 spes *P* propior *SA*[1]*:* proprior *RPVA*[2] 70 faesta *P* loeto *V* clariscere *PV* caetu *R*[1] 71 rigia *P* 72 uicini *SA:* uicinis *RPV* 73 insignis *PVA* insigni strabeis *R* traba eis *P* 74 belle *P* 75 medius *v:* medios *RPSVA* qua simma *R:* quasima *P cod. Iureti* quas ima *V* quasi magno *SA* qua simae *v* inflectitur *Hartel* orbis *v* 76 prẹsbyter *V* presbiter *RPA* 77 fulcra *S*

pressit subiectum pretiosi uelleris ostrum.
ad dextram regis sancto uenerabilis ore
consedit senior, qualis pia iura reportans
descendit săcro montis de uertice Moyses,
mutati uultus nimio fulgore coruscans,
cum faciem cordis splendor depromeret oris
nec cohibere nouam possent uelamina lucem.
mirantur taciti congaudens turba ministri
atque aula obsequiis certat deuota modestis
tam sancto seruire uiro. cura omnibus una est
optati officii, minor est reuerentia regis.
ipse etiam praesens Martinum excellere mauult.
stipant subiectas regalia fercula mensas,
diues in excelsis splendescit purpura fulchris,
mollia puniceo motantur serica fuco,
et rutilat docte ductis sine uellere pensis
misceturque ostro mollitum in fila metallum.
liminibus distenta tremunt aulaea superbis,
nutat et in foribus uelorum mobile claustrum.
cuncta nitent uario cultu sursum atque deorsum,
edita pigmentis, sola marmore, tecta metallis.
sustentant uitreas crystalla capacia lymphas,
cumque ipsa et conchae species uideatur et undae
nec cohibere putes susceptum claustra liquorem.
pocula funduntur gemmis gemmisque bibuntur,
electri molis fuluum discriminat aurum.

78 praessit *V* subietum *P* 79 uenerabis *P* 82 nimium *S* corruscans *PV* 83 fulgor *A* 84 ne *P* choibere R^1 nouuam *P* possent *S*: possint *RPVA* laudem *A* 85 congaudentes PV^1 *cod. Iureti* gaudentes V^2Av turbam *P* 86 adque R^1 88 obtati *R* et *v* 89 excollere R^1 91 spelndiscit *P* splendiscit V^1 fulcris *S* 92 puneceo R^1 punicaco *P* mutantur R^1PS 94 *hunc uersum post 74 habet v* misciturque R^1 95 distaenta *P* aulea *RPSVA* 97 adque R^1P 98 edit *S* marmora *SA* taecta *P* 99 cristalla *RPVA* lymfas *R* lymplas *P* 100 conche *P* concae *SA* unde *PVA* 102 geminisque *S* 103 plectri *A* molis RPV^1 (*sed in R* i *in ras.*): mollis V^2A moles *Sv*

ars erat in pretio, pretium pretiosius arte est.
haec radiant gemmis, haec extant uascula signis,
aspera sunt quaedam uisu, sed leuia tactu,
lancibus et rutilis discisque patentibus adsunt
aëris et nemoris fructus terraeque marisque.
postquam exempta famis epulis, tum sola uoluntas
arentem releuare sitem. rapuere ministri
inclusas auro glacies lymphasque niuales:
rorantes alii pateras offerre. petentum
anticipat uotum famulorum cura uigorque.
tum rex Martino dubitantem offerre ministrum
imperat officio cedens, simul ordine uerso
tam sanctae ardenter cupiens succedere dextrae,
ut patera adtactu tanti pretiosior oris
infusum inficeret caelesti rore liquorem.
uerum ubi respersit tenuissima gutta Lyaei,
uix umectati tactu defecit in oris.
cum rex protenta captaret pocula dextra,
tradidit ille suo, fidei metitus honorem,
presbytero. meritum cordis, non purpura regis
uicit. praelatae cessit diadema fidei.
attonitis stupuere animis defixa uidentum

105] cf. Fortunat. V. M. II, 90.

104 in *R²A: om. R¹PSV cod. Iureti* pretio *om. S* pretiosius *A:* pretiosior *RPSV cod. Iureti* pretio pretiosior ars est *Barth* 107 discisquae *PV¹* assunt *A* 109 exemta *V* extenta *A* famis *RPV:* fames *SAv* aepulis *R¹V* uoluntas *VA:* uoluptas *RPS* 110 reuelare *SA* sitim *R²SV²A* rapuaerae *P* raptare *Brandes* 111 lymfasque *R* 112 ro^rantes *R* offere petentem *P* 113 anticipant *A¹* uigorquę *P* 114 tunc *P* offerrae *P* offere *S¹* 115 cedem *RPVA* uersu *RPVA* 116 sancti *A* ardente *PV* ardenti *A* cubiens *V¹* 117 attactu *S* prętiosior *P* 118 infeceret *PV* 119 tenuiss(im)a gutta lyei *R:* tenuis sagutta lyx *P cod. Iureti* tenuissa guta lyx *V* tenuis sacra guttura calix *S* tenuis liquor ora bibentum *A* tenuis se gutta Lyaei *coni. Iuretus* tenui sua guttura lympha *v* 120 humectati *S* *post* defecit *ras. 6 litt. in V* 122 fidei] meriti *S* 123 praesbitero *P* presbitero *RSA* 124 deadema *PV¹* 125 animus *P*

corda uirum, spretoque etiam constantia regi
plus placuit quam mira fuit, nec liuor adussit
inuidiae tanti trutinantem pondera facti.
quisnam uel magnus quamuis sub iudice paruo
auderet tantum pro sancto iure sacerdos?
non terror uicit firmum, non gratia iustum,
non conuiuantis studium, non ira potentis.
o uirtus uicina deo, sic corde remoto,
sis uelut ipse procul, praesentem uincere mundum.
Nec timuit, quaecumque illi patefecerat almus
spiritus, infuso conplens pia uiscera dono,
haut dubitanda ipsi constanter prodere regi:
euentus belli uarios, felicia primum
proelia, mox alio tristem in certamine cladem.
quae cuncta ut puro uidit mens ignea sensu,
sic dicta euentu celeri quasi uisa probauit.
nam primo oppressum regem certamine fudit,
mox captiua duci submisit colla reuerso.
Nec mirum est tantum mentem uidisse sagacem,
linquentem cunctas sublimi pectore curas
et sensu aetherio penitus super astra uolantem.
nam saepe angelicis miscentem uerba loquellis
pro foribus stantes monachi stupuere fideles.
sic nil corporeum corpus uel membra caducum
sensere atque animo iam libertate fruenti

133] cf. I, 117. 135—143] Sulp. Sev. V. M. 20,8—9. 144—151] Sulp. Sev. V. M. 21,1. 146] cf. Dracont. Satisf. 116.

126 spreto *A* constanti *PV*¹ regis *A* 127 adiussit *A* 128 trotinantem *PV*¹ pondere *PVA* 130 sacerdus *R* 132 cum uiuantis *PV* 133 si corde *PVA* sic orde *S* 134 uelud *P* uincerae *P* 135 quemcumque *A* almi *A* 136 spiritus] s͠cs *R* complens *SA* 137 aut *RPVA* haud *S* constanti *S* 138 euentos *R* et uentus *P* uarius *A* 139 proeliua *P* clandem *R*¹ 140 pure *PV*²*A* purae *V*¹ 141 dicta euentu *S*: ductae uentu *RPVA* 142 oppraessum *P* 143 colla] callare *P* 144 etstantum *P* 145 cuncta *V* 147 loquillis *RPV*¹ loquelis *SV*²*A* 149 nihil *A*¹ menbra *S* 150 senserat *r* adque *R*¹ libertati *R*¹

nequaquam edomitae nocuerunt pondera carnis.
Ipse etiam, quouis temptasset fallere uultu,
perspicuus casso patuit molimine daemon
nec permutatis permissus ludere formis.
denique cum trepido penitus fuga nulla pateret,
efflabat saeuum per uerba furentia uirus,
inlaesum insidiis cupiens accendere dictis,
dentibus elapsum linguae lacerare ueneno,
effundens cassas iam fractis motibus iras.
quin et rorantem miserando sanguine dextram
concutiens cornuque ostentans crimina caedis
sanguineo laetusque malis et tristia ridens
inrupit sanctam funesto murmure cellam,
tartaream effundens per uerba procacia uocem:
'cerne' ait 'inpleti tandem documenta furoris.
haec fors arma dedit, telum hoc uiolentus adegi
obsequio pecudis uincens, sed crimine nostro.
quo maior fructus sceleris, tuus ille tuique
agminis in nostrae solacia concidit irae,
effetas renouans optato sanguine uires'.
protinus accitos proceres iubet ocius omnes
affectu celeri monachorum uisere cellas,
ne fors fallacis mendacia uerba latronis

152—203] Sulp. Sev. V. M. 21. 155] cf. II, 599. 171 = Fortunat. V. M. II, 149.

151 aedomutae P^1 pondere *R* 152 temptassed *P* 155 penitus penitus fugeretur *A* 157 accedere *VA* 158 elabsum *R* 159 effundens ergo cassas *R* cass$\overset{a}{\cdot}$ iam *V* (a *add. m. 2*) montibus *P cod. Iureti* 160 rotantem R^1 d$\overset{x}{\&}$ram *R* 161 crimine *Sc* 162 sanguineum *v* 163 irrumpit *c* $\widetilde{\text{scm}}$ *P* 164 procia *P* procatia *VA* 165 cernat ut *r* impleti *SA* 166 fors] bos *Barth* uolentis *v* adegi *S*: adegit *RPVAv* 167 obsequium *PVAv* pecodis *PV* 168 scaeleris *P* 169 solatia *SA* conditur *S* condidit *A* 170 effectas *PVA cod. Iureti* affectas *r* obtato R^1P 171 accitus *RPVA* proceres] fratres *Wopkens* 172 effectu *VA* caeleri *P* 173 fallaciis R^1 falacis V^1 mendatia V^1A

de proprio saltim dixissent crimine uerum:
qualis maestorum soleat uox esse reorum,
cum plectenda truci iam sub tortore fatentur.
tum referunt nullum penitus de fratribus illo
signari indicio. coram se protinus omnem
sanctorum numerasse gregem, qui clausus ouili
temnebat rabiem frendentum ad claustra luporum,
quem uigil aeterno regi Martinus alebat.
attamen accepta quendam mercede profectum,
ut plaustro aduectis prohiberet frigora lignis.
huic propere occurri Martinus praecipit, illum
tum socium monachis uel per conmercia factum
confessi insidiis credens patuisse latronis.
nec mora quin praesens iam coniectura probetur.
seminecem egressi non longe a limine cernunt
extrema efflantem miserum spiramina uitae.
ille tamen leto languentia lumina soluens
uix singultantis praeciso murmure linguae
adtraxit tenuem glaciali a pectore uocem,
uulneris exponens causas. nam forte iuuencus,
dum resoluta artis stringuntur uincula loris,
liberior ceruice uaga dominoque rebellis
mollia tartareo transfoderat inguina cornu.
quae postquam exposuit pressoque ommutuit ore,

190] cf. II, 517. 191] cf. II, 29. 192] cf. I, 340 196] cf. Fortunat. V. M. II, 159.

174 dixissent *v:* dixisset *RP²SVA* duxisset *P¹* uerbum *P* 175 męsturum *R¹* mestorum *A* re+orum *R* 176 plectanda *S* con- (com- *A*) plectenda *PVA* clam *v* 177 paenitus *R¹P* 179 nomerasse *P* numeresse *V* 180 tem^p^nebat *R* rabidam *v* loporum *PV¹* 182 quedam *A* 184 occurri *R:* accurri *PSVA* accurrit *v* praecepit *V¹* iusserat *A* 185 tunc *P* monachi *S* monachis socium *A* commercia *RS* commertia *PA* conmartia *V* 186 confessio *P* 187 qui *PVA cod. Iureti* 189 extrema *S:* extremae *RPVv* extreme *A* miserę *S* spiramine *R¹VA* 190 loeto *SA* laeto *V* laguentia *V* 191 singultafitis praetioso *P* 192 attraxit *P* a *om. A* glacialia pectora *V* 193 iam *R* iuuencum *PVAv* 195 rebelles *RPVA* 196 transfuderat *V¹* 197 praessoque *P* obmutuit *R²*

tum fessum leto posuit caput, oraque et artus
perfudit croceus glaciali corpore pallor.
hoc fine interiit. nobis tamen hic quoque finis
Martini ostendit meritum, cui nosse futura
sic licuit, nihil ut penitus uelamina carnis
tardarent celerem terreno pondere mentem.
  Nequicquam nimium mendax et callidus hostis
uel tegere insidiis fraudes uel fallere formis
temptaret, frustra haec totiens molimina perdens,
ausus fictorum formas simulare deorum,
fingere et effigiem, quorum fingebat honorem,
nunc Iouis incestam faciem Martisque furorem,
Mercurium falsis nexum uestigia pinnis,
forcipe Uulcanum, cordis uel pectine Foebum
effigians, clypeo insanam cristisque Mineruam,
lasciuam Uenerem, quatientem lustra Dianam,
incestam inlicita thalamorum lege sororem,
germanae et nomen perdentem crimine fratris.
talibus ostentans formis se digna suorum
facta et mentito uultu sua crimina prodens
nequaquam elabi potuit, sed fraude retecta
perdidit inrisus molimina callida daemon,

202] cf. Coripp. Iust. II, 59. 204—259] Sulp. Sev. V. M. 22. 209] cf. Fortunat. V. M. II, 164.

198 festum S^1 loeto SV^2A 199 croceos *R* cruceos *PV cod. Iureti* glacialia pectora *S* 201 futtura *P* 202 paenitus R^1 203 podere *P* 204 nequicquam *scripsi:* nec quemquam *RVA cod. Iureti* ne quemquam *P* nequaquam *S Wopkens* et quamquam *Iuretus* nimium *R cod. Iureti:* minimum *PSVA* hostis *om. P* 205 fraudis *PV* 206 molmina *P* 207 fatorum *A* 208 fingere et *A:* fingeret *RPSV* 209 incertam *P: om. S* facies *PSVA* 210 nixum *S* pennis SV^2A 211 phoebum *SA* 212 effigans *P cod. Iureti* et fingens *S* effigiens *A* clypeo *A cod. Iureti:* clepeo RPV^1 clipeo *S* clippeo V^2 cristique *P* christisque *V* meneruam PV^1 213 Dianam] chanam *P* 214 incertam *P* inlicitam A^1 soporem *VA* 216 ostentas *P* obstentans *VA* sae V^1 digne asuorum *P* 217 uultus *V, om.* sua: *in marg. adpositum* dis *m. 2, unde* uultu discrimina *A* 218 labi *VA* sed fraude] de sede *S*

efflans extremum per uerba procacia uirus
inlaesumque uirum uitiis uel uoce lacessens.
quae cuncta inmoto tolerans patientia uultu,
blanditias temnens, probra et conuicia ridens
atque hostem agnoscens figmento in utroque dolosum
crimine nec laedi potuit nec laude moueri,
uerborum iaculis opponens signa salutis
et crucis obiectu confringens tela latronis.
qui saepe adgressus duris pia corda querellis
impius obiectare pio pietatis amorem,
pro dolor, audebat, coram sic uoce resultans,
testibus ut multis feralia dicta paterent.
'quare' ait 'exosos domino, si crimina damnas,
suscipis, et uitium culpans consortia quaeris
peccantum? forsan lateant te facta tuorum,
hortatu tum gesta meo, quae plurima suasi
et quorum pars magna fui. quis, quaeso, probabit
infensum factis hominem, facientibus aequum?'
ille ait: 'antiquo serpens distente ueneno,
non haec de miseris domini sententia Christi est,
qui, si finiri culpam uidet, abicit iram,
tempora non statuens poenae nisi tempore noxae,
ne maneant peccata monens, finita remittens,
mitis praeteritis, si sit correctio praesens,
errantes reuocans, reuocatis crimina donans,
peruersis patiens, clemens placidusque reuersis:

220] cf. 164. 227] cf. II, 237. 229] cf. Dracont. de deo III, 339.

221 $\overset{u}{}$oce *R* lacescens *R* lacessen *P* 222 immoto *V* inmotato lerans *P* 223 planditias *A* tem$\overset{p}{n}$ens *R* proba *A* conuitia *R*²*VA* 224 adque *R*¹ 225 nec . . moueri] sed fraude retecta *A* 226 signa] uerba *S* 227 trucis *A* et crucis obiectu . . . . . . 388 praeludere telis *desunt in V* 228 aggressus *S* querellis *R*²: quẹrillis *R*¹*P* querelis *SA* 232 quaere *PA cod. Iureti* 233 uicium *P* 234 forsitan *R* 235 facta *v* 236 fuit *R* queso *R* probauit *P* 237 pactis *R*¹ 238 ille ait *om. A* ille aptantiquo *P* aptanti serpens ille *A* distento *P* 239 dimiseris *PA cod. Iureti* 241 tempore non *S* poenae] culpae *v* tempora noxae *Av* 243 correptio *Av*

uita hominum, mors culparum, miserator utroque
exitium sceleris causam iubet esse salutis.
nec desperarem fidens bonitate probata,
quod quamuis uincant cunctas tua crimina noxas,
quo sine nil sceleris quisquam facit, omnibus et qui
per . . . . mixtus culpis. merito. admiscere. poenis.
. . . .
si commissa diu saltim uel sero doleres,
quod te de mediis raperet clementia flammis.'
o felix pietas, tantum confidere quemquam
de domini bonitate dei, ut spondere benigne
audeat illa etiam, quae non promissa fatetur,
dum reuocare ipsum consueto a crimine temptat
criminis auctorem, peccatum a fomite tollens
et stirpem exosam prima ab radice recidens.
Sed quoniam crebros cantare enisa triumphos
murmura tartareum tetigerunt nostra tyrannum,
atque inter laudis titulos replicare uolentes
bellorum seriem nomen resonauimus hostis,
hoc quoque quem dederit Christus sermone loquemur,
tempore quod gestum ualde miramur in illo.
sanctorum quondam sociis Christique ministris
adiectus iuuenis factoque et nomine Clarus
haut procul a sancto cellam doctore locarat,

260—362] Sulp. Sev. V. M. 23.

247 scaeleris *P* causas *Sv* 248 nec *om. A* desperarem *Sv*: disparem *RP cod. Iureti* dispare confidens homine bonitate *A* 249 quam quis *P* crina *P* 250. 251 *solus seruauit R*: *cf. Sulp. Sev. V. M.* 22, 5 si tu . . . . ab hominum insectatione desisteres 250 omnibus et qui *add. m. 2* 251 per] *post hanc uocem lacuna 8—9 litt. fortasse scribendum* permixtus culpis meritis addicere poenis, *ut cum sequenti uersu* niteris errantes *uel simile quid interiisse statuendum sit* 252 sera *A* doleris R^1 dolores PS^1A *cod. Iureti* 253 reparet *A* claementia *S* 256 promisa *P* fatentur *S* 258 pecca^{n}tum *R* fomitae *P* 259 ab] ad *S* recedens R^1: *cum hoc uersu desinit A* 260 enisa] in ista *P* 261 murmurat astareum *P* 262 adque R^1 264 quem] que *P* 266 socii *P* socius *Wopkens* 268 aut *P cod. Iureti* haud *S*

adsciscens plures iusta ad consortia fratres,
ut modulata piis symfonia psalleret hymnis,
concors conexis resonaret gloria linguis.
subdolus hunc quidam iuuenis simulataque gestans
conpositis figmenta dolis, mentitus et omnem
insontis speciem, monachi sub nomine fallens
expetiit sub ueste ouium, sed mente luporum,
spirans antiquum uitiato pectore uirus.
ac primum sanctis uel solo corpore mixtus
communis uitae speciem simulator agebat.
post sese angelicis solitus iactare loquellis
fallacem extulerat uana ad fastigia mentem,
celsius elati casurus culmine cordis.
quin et prodigiis suadens incauta coegit
corda, uelut meritis iam per documenta probatis,
pro leuibus signis tumidis plus credere uerbis.
ipsius interdum sese iactare solebat
alloquio domini, tamquam quod creber ad illum
nuntius adsidue caelesti a sede referret,
ostendens magnum socio sermone fauorem.
nec timuit sanctis semet conferre prophetis,
spirans fallacis mendacia uerba latronis.
iamque adeo plures confictis credere uerbis
inpulerat. solus constanti pectore Clarus
reppulit a sancto fallacia murmura sensu,
et quamuis domini furiosus fingeret iram,
nec terrere grauem potuit nec fallere cautum,

269] cf. Fortunat. V. M. II, 226. 279 = Fortunat. V. M. II, 230. 283] cf. I, 181. 287] cf. Fortunat. V. M. III, 52. 290] cf. 173.

269 adsciens (se *superscr.*) *R* ista *v* 270 symphonia *S* ymnis *S* 271 consors *PS* 272 quondam *v* simulataquae *P* 273 compositis *S* 274 monachis *R*[1] 275 expetit *P* loporum *P* 277 hac *RP cod. Iureti* 278 speciae *R* simulatus *S* 279 loquillis *RP* loquelis *S* 280 fastidia *P cod. Iureti* 283 docimenta *RP* 286 quod] si *v* 287 adsiduę *P* assidue *S* caelestia *R* caelesta *P*, *om.* a caelesti e *S* 289 confere profetis *P* 292 impulerat *S* 295 terreret *P* terrore *S* potuit *om.* *S*

spondens uirtutem per plurima signa probandam.
namque ut deceptas caperent miracula mentes,
talibus attonitos uoluit confundere dictis:
'hac, inquam, me nocte deus, ne uana putetur
gratia, quam meritis uoluit decernere nostris,
indutum niueae donabit uellere uestis.
haec uestris cum dona oculis manifesta patebunt,
saltim, si dictis dubitatis credere, uisis
credite et aspectum faciles laudate fauorem'.
tum uero ad tantum uigil expectatio monstrum,
quorsum praedictae nouitatis pergeret ordo.
ecce autem mediae iam ferme tempore noctis,
quo diuisa diem non longe aspectat utrumque,
proxima uenturo nec multum amota relicto,
concussa intremuit tellus, fragor undique uastus
horrendum intonuit, tenebris et tetrior ignis
lampade terribili mentita et luce micauit.
terrentur uisu subito trepidantia corda.
protinus ergo alacer successuque acrior ipso,
quo sic praedictae fraudis processerat ordo,
tangendum cuidam uellus dedit atque uidendum.
qui citus acciuit reliquos, ne falleret unum
conpositi noua forma doli. stupuere uocati
comminus insignem candore et murice uestem
textaque sollicitis blande cedentia dextris,
mollia dum tenuis percurrunt stamina telae.

319] cf. Fortunat. V. M. II, 258. 321 sq.] cf. Fortunat. V. M. II, 259 sq.

297 deceptans *P* 298 attonitus *R* 299 hac *R*²*S*: at *R*¹ ac *P* dns *P* 300 nostri *R* 302 uestis *S* 303 dubitantis *P* uisis] uerbis *S* 304 facilis *R*¹ facili . . . fauore *v* 305 cum *S* 306 quorsum *Withof teste Wopkensio:* cursum *RPv* cursu *S cf. 315* 308 spectat *S* 312 lampade, e *in ras. R* in luce *Barth* lucem iacuit *P* 313 terrenter *P* uisus *R*¹ uisi *S* 314 succensuque *R* 315 sic *R*: si *P cod. Iureti* se *S* fradis *P* praecesserat *S* 316 adque *R*¹*P* 318 compositi *S* 319 ignem (ins) *R* cantore murice *P* candorem murice *S* 320 caedentia *P* 321 taelae *P*

nec tamen agnosci poterat, quo uellere ductus
quamuis admotus propter fulgeret amictus,
sed uestis uisa aspectu uel credita tactu
susceptam tenuit mendax in utroque figuram.
tum Clarus cunctos hortatu urguere salubri,
ut tam confusis per monstra ingentia rebus
ad dominum precibus redeant, quia prodere solus
obtectos queat ille dolos fraudemque latronis
e tenebris proferre suis. uigil ocius omnis
turba ad consuetos modulamina dulcia psalmos
aduolat et sanctis solacia quaerit in hymnis,
quo pellant segnes uegetato corpore somnos,
cantibus et sacris nocturna silentia uincant.
succedunt psalmis lacrimae, suspiria uoci:
cor clamat, si lingua tacet: conectitur omne
in laudem domini tempus uice mentis et oris.
interea ut primum tenebras rarescere noctis
uicina iam luce uident, cum praeuia solem
nuntiat acceptum spargens aurora ruborem
et croceo obnubens palantia sidera fuco,
conprensum ad sancti certant perducere cellam
Martini, ut tandem disiecta nube fugatus
perderet ingenii daemon figmenta dolosi,
prodens detectam tanto sub iudice fraudem.
ast ille obnitens iamiam propiore periclo
abnuere et sanctas prensantum euadere dextras

328] cf. II, 184. 331] cf. Alc. Auit. VI, 6. 340] cf. Fortunat. V. M. II, 264. Dracont. de deo I, 671. 346] cf. II, 309.

322 tamen] tamenta *P* 325 susceptum *R* figura *R* 326 tum *P*: tam *R* tunc *S* ortatu *P* urgere *RS* salubri *om. cod. Iureti*: sodales *suppl. Iuretus* 328 praecibus *R*[1]*P* qua *S* 329 obtectus queat *R* obtectosque *P* dolus *RP* latranis *P* 330 omnis *S*: omnes *RP* 332 atuolat *P* solatia *S* ymnis *S*[2] 333 quo *scripsi*: quae *RPS* qui *Withof* signes *R*[1]*P* somnus *RP* 337 domini laudem *S* uice] prece? 340 roborem *P* 341 cruceo obnuens *P* palantia *R*: palentia *P* pallentia *Sv* 343 fagatus *P* 344 ingenui *P* pigmenta *R* 347 abnuere et] abnueret *P* praesantem *P* praesentum *v*

certabat, gressu sistens et uoce resistens,
clamans ad sancti uetitum se accedere cellam
Martini atque illam proferre a limine uestem.
tum uero insistunt: prodit trepidatio fraudem
conpositosque dolos pallens ignauia pandit.
nanuit in manibus prensantum uestis imago
adtentosque oculos species dilapsa reliquit:
qualiter aëriis nebularum uellera filis
quae texere cauas mentito gurgite ualles,
cum purum nitidus sol altius erigit orbem,
aequora dispersis produnt nudata tenebris.
hoc quoque sancte cruci Martine adfige tropaeum,
quo spolias saeuum simulata ueste tyrannum,
scindens aëriae mendacia tegmina telae
dissiciensque cauae fluitantia uellera nubis.
O numquam cessure furor, rursumne resurgis
elisus totiens? totiens conamina perdens
inruis atque ruis, nec finem audacia ponit
nec uotum successus agit? tune, impie, uultum
mentiris domini, tenebris et fallere lucem
conaris, tali ut specie deludere sanctum
conpositis possit uecors insania formis,
spirans extremum quamquam sine uulnere uirus,
effetam et rabiem cassis iam rictibus efflans?
non penetras purum tetra caligine sensum
nec claudunt uerum nebularum umbracula solem,

363—410] Sulp. Sev. V. M. 24, 4—8. 364] cf. Fortunat. V. M. II, 279. 369] cf. II, 268.

348 gresso *P* 350 adque *R*¹*P* illo *S* 351 dum *Wopkens* 352 compositosque *S* con- (com- *R*) positusque dolus *RP* ignaua *R*¹ 353 praensantum *P* 354 attentosque *PS* dilabsa *R* reliquid *P* 355 aeris *S* aerisginubularum *P* 357 purus *R*¹ 359 tropeum *RP* tropheum *S* 360 tyrrannum *P* 361 a∗ereae (g *eras.*) *R* 365 adque *R*¹*P* ruens *v* 366 succesus *P* 367 mentiri *v* 369 compositis *S* uaecors *P* 370 quanquam *R*² 371 effectam *PS* 372 penetrans *Pv* terra *S*¹ caligines *R*¹ culigine *P* 373 ne claudant *v*

et quamuis ostro radians gemmisque coruscans
subdideris rutilum plantis mendacibus aurum,
insimulans uerum falso diademate regem,
pro dolor, aeternum clamans te, perfide, Christum,
ut uelata pio sub nomine forte lateret
impietas mentita deum, suasura beatum
credere mendaci specie sub numinis hosti
et curuare pios in honorem daemonis artus,
sacrilegum ut faceret, nefas heu, male credita sanctum
religio ac fidei meritis credendo careret,
et male tradendi fallacia pocla ueneni
occulerent dirum mellis dulcidine sucum.
ignaris haec tende animis, tironibus istas
insidias molire uiris, qui classica nondum
bellica inexpertis temptant praeludere telis.
at qui non rudibus suetus sudare sub armis
signaque praetento felicia claudere uallo
emeritos celat ueneranda casside canos,
omnia qui multo doctus praecauerit usu,
sollicite explorans, quae sint loca fida parandis
insidiis uel quae rursum suspecta cauendis,
quo clypeum regat ingenio, quo turbine telum,
qui regem capiant tituli, quae crimina laedant:
ille ita constanti cunctis grauitate resistet

374] cf. Fortunat. V. M. II, 290. 376] cf. Fortunat. V. M. II, 289.

377 clamas *S*[1] 378 ferte *S* 380 credere *S:* cedere *RP cod. Ill-reti* species *R*[1] numinis *scripsi:* nominis *RPS* nomine *cod. Iureti v* hosti *R:* hostis *PS cod. Iureti* Christi *Iuretus* 382 nefas] nefani *S* male *om. v* sancto *Barth* 383 ridei *R*[1] 384 credenti *Wopkens* mendacia *S* 385 occulere ut in dolium *v* dulcedine *S* 386 tyronibus *R*[2] 387 qui] q; (*i. e.* que *uel* quae) *P* 388 temptat *P*[1] 389 at qui non] *hinc pergit V* ad *R*[1] suadere *R* 390 uello *S* 391 emeritos *S:* emeritus *RPV* caelat *P* uenerande *V*[1] cassede *P* casse decanos *V cod. Iureti* 392 qui *S:* quae *RPVv* 393 explorans *scripsi:* explorant *R* explorat *PSVv* fidea *P* parandi *S, qui u. 394 omittit* 395 clipeum *S* turbene *P* turbe netelum *V* 396 capient *R* 397 cuncta *v* resistet *Sv:* resistit *RPV*

insidiis tantaque dolos ratione cauebit,
ne fraude efficiat fractus conflictibus hostis,
quod uirtute nequit. tali tum robore florens
Martinus bellator erat, cum classica Christi
subruerent penitus uitiati crimina mundi.
nouerat ille sui signum dinoscere regis
et calcare istas crucifixi nomine pompas.
tu modo purpureo Christum mentiris amictu
atque auro et gemmis, peregrino stamine Serum
hanc speciem exornas, miser, heu, nec fallere nosti.
sic frustrata tui totiens molimina perdens
consilii rursus tenues dilapsus in auras
solueris atque fugam turpi faetore fateris.
Tu uero inmota stabilis uirtute triumpha,
sancte dei, cui perpetua uirtute cohaeres.
firmasti, inuictus contra omnia crimina, mores,
mansuetus, patiens, iustus, pius, integer, aequus,
mitis, confidens, humilis, sine felle benignus,
instructus, comis, facilis, placabilis, acer,
antistes sanctus, doctor bonus, hospes amandus,
mirandus signis, imitandus moribus idem,
corde humilis, mente excellens, uenerandus utroque,
dum laudem fugiendo capis, uitando mereris,
ducens contiguos sera in ieiunia soles

409] cf. Fortunat. V. M. II, 345. 411] cf. I, 243. 411—458] Sulp. Sev. V. M. 26,2—27,3. 419] cf. II, 508. 421] cf. II, 376.

398 dolus *RPV* 399 eficiat *P* 400 nequid *P* 401 clasica *P* 402 paenitus *R*¹ uiciati *R* 403 disnoscere *P* 404 crufixi *P* 405 tumidi *V*¹ modo *om.* *R* purporeo *V* xpı *P* amicto *R* 406 adque *R*¹ 407 hac *R* 408 tui *R*: tuis *PSVv* toties *S* 409 consilii *R*: consiliis *PSVv* rursus, *alterum* s *in ras.* *V* tenuis *PV* dilapsus *V*: dilabsus *R* delapsus *PSv* 410 adque *R*¹ foetore *V* 412 cohaeris *RPV* 413 firmasti, r *in ras.* *R* inuinctus *P* in uictos *S* 414 inter *P* 415 mites *PV*¹ felle] fine *v* 417 antestis *R* antestes *PV* hospis *RPV* 418 imitande in *v* *comma ante* idem *posuit Wopkens* 419 uerandus *S* 420 uiuendo *S* mereres *PV* 421 docens *R*¹ sera] sacra *S* solis *R*

et uix exiguis semper parcissimus escis
defessum releuans stomachum sine pondere carnis.
sic expulsa cibi, sic somni abiecta uoluptas,
ne uigilem premeret terrena haec sarcina mentem,
sed leue ius animi posset consuescere corpus,
orandi studio inuigilans studioque legendi.
continuata istis haeserunt tempora curis,
haec sola et requies placuit, mutare laborem
succedente alio iugem sine fine precandi.
ipsam etiam cuncti tanto miremur ouantes
naturam cessisse uiro. licet ultimus illum
clericus oblitus tanti laesisset honoris,
nec laesus felle intumuit nec iudicis umquam
iure in subiectos uindictae exarsit amore.
non odium furor exciuit, non gaudia risum
tristitiamue dolor. sanctus grauitate uerenda,
angelicus fulsit uenerando in corpore uultus,
qui posset sancti faciem depromere cordis,
proferre et clausam sacro de pectore lucem.
semper in ore deus, semper miseratio. pacem
consilio et uoto tenuit. nam saepe solebat
inuidia infectas fauces liuore ueneni
armare obprobriis ipsosque accendere diro
felle sacerdotes, ut linguis carpere mallent
quam factis aequare pium. nec sic quoque sanctum
ira animum saltim reddendi ad uota coegit.
quin et fraternos pro tanto crimine fletus

425] cf. I, 58. 431] cf. I, 281. 436] cf. 453.

423 sthomachum *R* 424 cibis sic omni *R* 425 ne] nec *P* 426 leue ius *R* leuius *PVv: om. S* posset *Sv:* possit *RPV* 428 hae*serunt (c *eras.*) *P* haec serunt *v* 429 multare *PS cod. Iureti* multa relaborem *V* labores *R* 430 succe*dente (n *eras.*) *R:* succendentem *PV* succedentem *Sv* praecandi R^1V^1 431 ipsum *P* 433 clericus *om. S* oblatus *S* 434 nec laesus *om. S* intimuit V^1 436 exiguit *R* 439 posset *S:* possit *RPVv* 440 proferret et S^1 clausum *S* 441 mseratio paccem *P* 443 infectis V^1 444 amare *V* 445 sacerdos *P* 448 portanto *P* fletos RV^1

fundebat madido clemens miseratio uultu,
exorans dominum lacrimarum flumine Christum,
parceret ut uerbis ueniam tribuendo dolosis.
sic stabili semper contra omnia uulnera corde
non odium furor exciuit, sed causa dolorem:
qualis sectatus domini uestigia martyr
excipiens saeuam saxorum nube ruinam,
cum tenuem efflaret benedicto a pectore uitam,
dimitti insano poscebat crimina uulgo,
plus peccata dolens plebis quam uulnera carnis.

LIBER QUARTUS.

Finierat sumptum translatio coepta uolumen
percurrens sancti pura exemplaria libri,
cum subito oblata est abstrusae gloria nobis
historiae, nostri stimulans molimina uoti:
non ut de misero melius claresceret ore,
quod tam perspicui signasset pagina cordis,
cum uis uerborum uiua uirtute coruscans
perderet ingenitum metro mollita uigorem.
sed quia non omnes liquidi penetralia fontis
interius scrutanda petunt, pars magna patentes
saepe bibit propius neglecto frigore riuos,

453] cf. 436. 454 sqq.] cf. Act. 7,58—60.

451 pasceret *P* ut *s. l. R* doloris *P* 452 stabilis *R* 456 a *R: om. PSVv* 458 carnis. Finit in x͞po (in x͞po *om. S*) liber ·III· (tertius *P*) habens uersus (hab̄ *SV* ṽr *S* ṽeꝝ *V*) ccccLVIII· Incipit liber quartus (·IIII· *S*) *RPSV*

2 libri] salubri *V*[1] 3 abstruse (a s. l.) *V* 5 clarisceret *PV*[1] clarescere *S* 7 corruscans *P* 8 perdere ingemitum *P* 9 omnis *R* om̃s *V* 10 patentes *Barth:* petentes *R* petentis *PSV cod. Iureti v* 11 propius *Gronov:* proprios *RPSVv* negecto *S*

nos quoque, qui dignum nil possumus edere doctis,
turbida non longe porgemus pocula pigris.
saepe et clangentum uoces aequare tubarum
emissa inplicito conantur sibila libro,
et qui sub celsa sueuit requiescere pinu,
interdum uilis penetrat uirgulta salicti.
tu quoque, qui gratis malis succedere lucis,
si longe amoti nemoris uia forte fatigat,
comminus oblatum properans inrumpe frutectum.
 Pergebat sanctus benedicti ad limina templi,
ut solita aeterno ferret mysteria Christo.
ecce autem tremulus glaciali frigore pauper,
conlidens miseros nutanti uertice dentes
admotasque manus malis pallentibus aptans,
captabat tenuem flatu adspirante teporem.
durabat crebros concrescens stiria fletus.
uox quoque non totis resonans lacrimabile uerbis,
flebilibus praecisa sonis gemituque locuta,
signabat totam causa clamante querellam.
haec quamuis durum mollissent forte rigorem:
nedum Martini pietas iam nota ualeret
dissimulare istam miseri plangentis erumnam.
protinus adstanti diacono, quem more priorum
antistes sanctae custodem legerat arcae,
imperat, ut domini sumptu nummisque coemptam

14] cf. III, 3. 21—91] Sulp. Sev. Dial. II, 1—2,2. 23] cf. I, 63. 24] cf. II, 591. 592.

12 nil] pro nihil *P* nihil V^1 13 porgemus *Gronov:* purgemus *RPSVv* pugnis *S* libris *v* 15 implicito *S* 16 quae *v* celsa• (s *eras.*) *R* cella P^1 sueuit *S*: uenit *R* saeuit *PV* 17 uiles R^1PV uirgultas electi R^1 18 malis SV^2: mallis RPV^1 malles *v* succendere *P* 19 amotis P^1 nẹmoris R^1 20 inrumpere *PV* irrumpere *cod. Iureti* fructectum *V* 21 ad] da *P* 23 tremolus *P* 24 nutanto V^1 25 atmotasque *P* admotusque V^1 27 flatus *Iuretus v* 28 toties *v* 29 fleuilibus *V* 30 causam R^2P quẹrilla *R* quaerillam *P* querillam V^1 querelam SV^2v 31 molissent *P* 32 neidum *P* mota *v* 33 plangentes R^1P •erumnam (a *eras.*) *R* 34 quem] q; R^1 35 antestis *RPV* 36 sumtu R^1

aptaret properans algenti in corpore uestem.
ergo haec, quae fieri uoluit, quasi facta reliquit,
exim secretae penetrans habitacula cellae,
quae progressurum sacra ad mysteria sanctum
hic quoque uicinis suerat seiungere turbis,
excipiens monachum, mox emissura ministrum.
sed quid non penetrent miseri, quos cogit erumna
adtritae expositum frontis uulgare pudorem?
quod nec presbyteris patuit, perrupit egestas,
allegans querulam dilato munere causam.
tum uero inuasit totum miseratio sensum
nec placuit rursum mandati adferre periclum.
amfibalo caput occuluit. tum teste remoto
subtraxit flexos paulatim ad membra lacertos,
collectam excutiens adclini pectore uestem.
nec patuit nudum uestito paupere corpus.
tam propere exterior spoliatum texit amictus,
ut uotum anticipans festini pauperis ipsum
ignarum facti faceret, quem munere laetum
fecerat, occultus testi, manifestus egenti.
dicite, qui spreti calcantes gaudia mundi
abiecto uitam uoluistis quaerere censu:
quis nudum proprio texit nudatus amictu?
quis, quod ferre alium doluit, non ipse refugit?
quis miser esse uolens miserum miserando refecit?

40] cf. II, 645. 48 = V, 356. 54] cf. III, 113. 57] cf. I, 136.

37 aptaret, *prius* t *in ras.* *R* 39 exin *Sv* secrete *V* 40 progresurum *P* 41 hoc V^1 42 emisura *P* 43 ęrumna R^1 44 adtrite *R* attritae *S* uulgare *om.* *S* 45 praesbyteris *P* presbiteris *RV* perrumpit *v* ęgestas R^1 46 alligans R^1P: *om.* *S* quaerulam RV^1 munera *P* 48 periclium *P* 49 amphibalo *S* lam fibolo V^1 occoluit *R* dum *V* remotum *PV cod. Iureti* 50 flexos R^2S: flexus R^1PV^2 fletus V^1 *cod. Iureti* laetus *v* 51 excuciens *RP* 53 tum *S* **spoliat (ex *eras.*) *R* 55 hic narum *V* quem] que *PV* quae *cod. Iureti* laetu *in* laeto *m. 2 mut.* *R* 56 ocultus *P* occulto *v* *egenti (a *eras.*) *R* 57 calcantes *S*: calcanti *R* calcantis *PV* 59 amicti *P* 60 doluiṣt *P*

uicisti ueterum, Martine, exempla uirorum
teque ipsum. mirandus eras tum paupere tecto,
cum uel diuisae remaneret portio uestis.
cede tibi! antiquam geminasti hoc munere palmam.
interea, quod moris erat, sollemnibus horam
esse monet diaconus conuentu in plebis agendis.
ille ait: 'inplenda est sancti doctrina prophetae.
praecedat missam miseratio. gratior haec est
hostia. mandatum faciens prius obtege nudum'.
egressus paulum quaesito paupere rursum
suggerit absentem nec largitione repertum.
'prome age' sanctus ait 'munus: non derit egenus'.
tum uestem octaua solidi uix parte coemptam
nodosis textam saetoso uellere filis
ante pedes sancti stomachatus proicit ille.
amoto paulum diacono pretiosa coartat
congaudens propere tam uili tegmine membra.
sic altare petens it multo comptior heros
hoc habitu, qualis regi post bella reuerso
occurrit madidus sudore et puluere miles,
pulchrior hoc titulis, quo membris turpior oris.
nam speciem uirtutis opus praecedit, ut altae
radicis robor foliorum tempora transit.
nec dubia hoc uotum mox coniectura probauit.
nam dum sollemni cumulat pia dona rogatu
prosequiturque sacris uota inmortalia uerbis,
offulsit rutilans claro de uertice flamma,

68] cf. Esai. 58,7. 85] cf. III, 187.

63 tuque *v* 64 cum uel *R:* uel cum *PSVv* prtio *P* 65 cedet ibi *R* caede tibi *V* 66 solemnibus *P* 67 mouet *S*[1] monat *V* 68 implenda *S* profetae *R* profete *P* 70 facies *S* 72 suggeret *RPV* 73 prome ge *P* derit *scripsi:* deret *V* deerit *RPS* *egenus (a *eras.*) *R* 75 saedoso *V* 76 stomachatum *S* proiecit *V* 77 prę-tiosa *R*[1] 79 it *scripsi:* et *RPSVv* comtior *PV*[1] 80 reuersus *Wopkens* 82 purchrior *P* titulus *P*[1] oris] horret *coni. Iuretus* turpior. oris nam *Schenkl cf. 626* 83 faciem *S* alte *PV* 84 robur *v* filiorum *R*[1]*PV cod. Iureti* filorum *R*[2] 86 solemni *P* comulat *RP* 88 effulsit *v*

splendorem capiti infundens, innoxia crini,
perspicuo sursum porrecta atque edita tractu,
ignifluo liquidum perrumpens aëra sulco.
  Perge age continuo titulorum inpulsa rotatu
gloria, sic facili uirtutum concita cursu,
ut penitus laxis currens in gaudia frenis
incipienda prius subeas quam clausa relinquas.
  Quidam uir locuples Euanthius et, licet istis
adstrictus mundi per uincla tenacia curis,
attamen inlaesae fidei cordisque benigni,
conseruans purum terreno a crimine sensum,
exesis penitus uehementi febre medullis
concutiens crebro trepidantia uiscera flatu
et singultanti rumpens suspiria pulsu,
supplex arentis confuso murmure linguae
et plectrum uocis siccati glute palati
inpediens, fractis enisus saepe loquellis
adfectum signare suum, rogat ocius ad se
aduentum sancti obtineat miseranda precantum
ambitio, ac si quem stimulet uel cura doloris
uel pietatis amor, quaerens fomenta salutis
hunc adeat solum: renouanda ad tempora uitae
Martini aspectum cunctas superare medellas.
nec tardat iustum saltim dilatio uotum.
credidit optatis diuino munere signis
hanc satis esse fidem. mox et res ipsa probauit.

96—121] Sulp. Sev. Dial. II, 2, 3.

89 capit *R*   90 perspicuos *R*   perspicui V^1 rursum *R*   adque R^1 94 pęnitus R^1 96 euanthius *R*: euantius *PSV*   Euanitus *v*   in istis R^1PV^1 *cod. Iureti*   in licet istis *v*   97 tenatia *PV*   98 ^{in}lesae *V*   100 paenitus R^1 febri V^1 103 subplex *P*   confusa S^1 murmurae *V*   105 impediens *S*   impendens *v*   loquillis RPV^1 loquelis SV^2 106 affectum *PSV*   rogato citius *PV*   107 praecandum *P*   precandum *V*   108 ac *om. v*   quae *v*   simulet *S*   110 *ante* solum *interpunxit Wopkens*   111 aspectum *Rv*: aspectu *PSV*   medillas V^1 medelas V^2 112 nec tardicius tam *cod. Iureti*   nec tarda iniustum *v*   113 crededit *P*   oblatis *Iuretus v*

uixdum uel medii transcursa parte laboris
(restabat pars magna uiae) praeuenit euntem
gratia. praemisit speratae dona salutis
praecedens tardos uirtus pernicior artus.
occurrit ualidus medico. gratantur uterque
corpore sanato transfusam in corda salutem,
dum fidei meritis crescat curatio carnis.
Ergo ut sublata est cunctarum causa morarum,
confestim remeare uolens multa prece uictus
praestitit unius spatia exorata diei.
sed breue quod fuerat spatio, uirtutibus amplum est:
artum conpensat non arta operatio tempus.
nam puerum, quem forte malus letaliter ictu
perculerat serpens, infectum felle ueneni,
cum iam liuentes uirus distenderet artus,
atque ipsis etiam penitus uitalibus haustum
serpentis furiale malum quasi morte peracta
solueret inferno marcentia lumina somno,
ipse herus, inflectens iusto pia dorsa labori,
pertulit ad ueri uestigia sancta patroni,
non dubitans meritis per tot documenta probatis,
quod praesens posset tactu depellere uirus,
qui ueniens morbos solo terrore fugasset.

117] cf. II, 328. 468. 532. 119] cf. II, 571. 122—147] Sulp. Sev. Dial. II, 2,4—7. 128] cf. II, 44. 129] cf. Fortunat. V. M. III, 98. Dracont. de deo III, 615. 135] cf. I, 181.

115 mediis *RPS*^{2}*V* medius *S*^{1} media *Wopkens* 116 uia *V*^{1} 118 pernitior *V* 119 gratatur *R*^{2} gratanter *S* 120 corda *R:* corde *PSVv* 121 crescit *v* 122 ut] et *S* morarum] maiorum *P* causam orarum *V* 123 comfestim *S*^{1} multa] cuncta *v* uirtus *R*^{1} uintus *P* 124 exorta *PV cod. Iureti* exornata *S* 127 quam *S* loetaliter *R*^{2}*S* leter *PV* ictu *S:* ictum *RPVv* (puerum letali ictu serpens perculit *Sulp. Sev. Dial. II, 2, 4*) 128 perculat *V*^{1} 129 distenderat *P* 130 adque *R*^{1} uitalibus penitus *R*^{1}*PV*^{1} 131 feriale *cod. Iureti* ferale *v* perhacta *V*^{1} 132 soluret *P* sumno *R* 133 herus *sic RPSV* dorsa *Wopkens:* corda *RPSVv* 134 uiri *PV cod. Iureti* 135 docimenta *RPV*^{1} 136 posset *S:* possit *RPV cod. Iureti v* actu *R*^{1}*PV cod. Iureti* 137 morbo *R*

nec mora contactum dextrae medicamine uulnus
purgauit taetro frigentia membra ueneno:
et quacumque manus per corpus sancta cucurrit,
mors fugit, sed uita redit. remeauit ad unum
mox pestis collecta locum. tum uulnere solo
stipauit iussum confestim erumpere uirus,
et puer, intrepido firmans uestigia nisu,
gressibus inpauidis domino gaudente cucurrit.
hac diues mercede redis, haec munera sumis,
adiectae numerans felicia dona salutis.
  Quod tempus uacuum uirtutibus aggere in ipso?
quae uia non caelum petiit, licet hospita terris?
  Lustrabat caulas commissi pastor ouilis,
quis pia rurestrem claudebat eclesia plebem,
ne furum fortasse doli rabiesue luporum
incautas pecudes raperent custode remoto.
interea sociis paulum fortasse relictis
carpebat praegressus iter, qua publicus agger
porrigit erectam per plana iacentia molem,
ut uia constratis solidata atque edita saxis
uergeret effusos in concaua subdita nimbos,
et grauis in duro non sideret orbita calle,
mersaque ne luteum sorberet plaustra profundum,
sed summae uix dorsa uiae uertigo rotarum
raderet, haut ullo signans uestigia sulco,

144] cf. II, 445. 147] cf. II, 532. 150—244] Sulp. Sev. Dial. II, 3.

138 dextre medicamine *R:* dextra medicabile *PSVv* 139 tetro *S* figentia *PVv* 140 quocumque *S* 143 stipatum iussit *v* 146 haec] hac *PV* 147 nummerans *R*¹ adiecta enumerans *V* 148 aggere *R*²: agere *R*¹ augere *PV cod. Iureti: om. S* egit *Iuretus v* 149 petit *R*¹*V*¹ 150 commisi *P* 151 eclesia *R*²*S:* ecclesia *R*¹*V* aeclesia (e superscr.) *P* 154 forte ipse *Barth* paulum tum forte *Schenkl* 155 ageri *P* ager (g superscr.) *V* 156 porrigite rectam *V* 157 adque *R*¹*P* 158 pergeret *R* effusus *V*¹ 159 sideret] seret *R*¹ ***sideret (*uid.* con *eras.*) *V* calle *S:* colle *RPVv* 160 sorberet *scripsi:* sorberent *RPSVv* 161 summe *PV* 162 aut *PV cod. Iureti* haud *Sv* ast nullo *Barth*

sed procul inpacti tinnitu prodere ferri
. . . .
hoc Martinus iter paulum praegressus agebat,
cum subito ingenti properantem turbine redam
obuius aspexit, tumidos quae forte uehebat
militiae terrore uiros. non ordo furorem,
non ratio insanam poterat conponere mentem.
ambitio, ebrietas, clamor, furor, ira, tumultus
miscebant uariis incondita pectora monstris,
exanimesque inter mulas trepidosque magistros
uerbera caedentum resonabant, uerba clamantum.
nec standi lex ulla inerat nec cura pericli
tardabat celerem per plana, per ardua cursum.
talibus ergo uiris habitu diuersus et ore
obuius occurrit sanctus. timuere uerendam
iumenta aduersi faciem. cessere trementes
aggere de medio mage sano pectore mulae,
innexae inplicitis trepidantia corpora loris:
ut quondam sanctae uetitum maledicere plebi
lectio fert asinam dominum tempsisse profanum,
elisam adclini pressantem corpore plantam.
tum uero insano subfusi corda ueneno
desiliunt. spes est uoti, data causa furendi:
ausi et sacrilegas in sanctum extendere dextras
uerberibusque pium certatim elidere corpus.

180 sqq.] cf. Num. 22, 25.

163 porcul (o *supra* r) *V* se procul *Barth* proderet *R*[1] proderet aeris *Barth* *cum sententia imperfecta sit, unus uersus excidisse uidetur* 164 hac *Wopkens* praegresus *R* 166 timidos *V*[1] 167 uiror *PV* 168 conponere *S* 169 aebrietas *V* 170 montris *R* 171 rabidosque *Wopkens* 172 cedentum *RV* clamantum] amanto *R* 176 obuius occurrit . . . . *V, 193* dissonat actu *desunt in R* uerandam *P* 179 innexe *V* implicitis *S* 180 sancte *V* saec uetittum *P* 181 festa sinam *P* ferta sinam *V* temnisse *S* dempsisse *V* 182 allisam *Barth* praesantem *P* plantum *PV* 183 suffusi *PS* 184 ferendi *P* furenti *S* 186 certati melidere *V*

insontem, solum, mitem, placidum, patientem
irati, instabiles, multi, tumidi, furiosi
obuia uerberibus prorsus nec uerba ferentem
inpellunt, retinent, elidunt. ora madescunt
sanguine, contusum rumpunt spiramina pectus,
liuentes fracto nigrescunt gutture fauces,
languentesque oculi solo de lumine Christi
praesentes pensant tenebras. caligine noctis
deficit aspectus, sed spes in pectore lucet.
talem igitur socii postquam aspexere magistrum,
exanimis uiso pallescit turba patrono,
extendens humiles ad sustentacula dextras
blandaque sanguineis adfigens oscula membris.
tum properant dirae loca tristia linquere caedis.
subditus excepit uenerabile pondus asellus,
adsuetum uecturus onus. sed corpore flexo
nutat semianimis adclinis sarcina membris
et dubios casus iamiam lapsura minatur.
interea expleto satiati corda furore
ad redam rediere uiri. pernicius inde
praecipiti cogunt iumenta erumpere saltu,
ut, quidquid fuerat funesta in caede morarum,
confestim celeris pensarent turbine cursus.
uerum haec frustra adhibent molimina. fixa rebellant
imperio iumenta truci. riguere ligatae
arbitrio domini statuarum in imagine mulae.
tum uero insano peius calet ira tumultu.
nil uoces, nil flagra ualent. contusa resultant

205] cf. Fortunat. V. M. III, 134. 211] cf. II, 240.

187 mittem *V* 188 muti *S* timidi V^1 189 obuiam *P* 190 impellunt *S* 191 contusum *Barth:* confusum *PSVv* 192 liuentes *S:* liuenter PV^2 *cod. Iureti v* libenter V^1 guttore *P* 195 defecit *P* 197 exanimis *Barth:* exanimes *PSVv* exanimem *Brandes* 200 triscia *P* caedes *P* 202 flexo *Iuretus:* fletu *PSV cod. Iureti* 204 labsura *V* 205 saciati *V* 206 pernitius *V* 208 quicquid *SV* moratum *S* 209 celeris *Barth:* celeres *PSVv* 210 fraustra P^1 213 peius *S:* pius *PV cod. Iureti* propius *v* 214 nihil uoces flagra *PV* (*in V est:* nihjl) *cod. Iureti*

ilia. uicinas rapiunt ad uerbera siluas.
saxa, sudes, fustes, stimulos, quod cuique repertum
rimanti telum ira facit, consumit in ictus.
nec tamen haec possunt neruos laxare rigentes
aut fixos motare artus. frigentia credas
aera uel expressas saxis riguisse figuras.
tandem consumpto penitus fractoque furore
admisit sanum uecors dementia sensum,
ut scirent nexas inter tot uerbera mulas
iudicio torpere dei, causamque morarum
non sine diuino miseris contingere nutu.
tum demum attoniti monstris positoque furore
peccati memores quaerunt, quisnam ille uerendo
corpore sacrilegos pulsantum exceperit ictus.
ecce autem audito Martini nomine proni
accurrunt, laceros turpati puluere crines,
rorantesque genas lacrimarum fonte rigantes
innectunt humiles plantis felicibus ulnas,
poscentes ueniam pariter culpamque fatentes.
nec sane dilata diu est miseranda precantum
ambitio: exclusit longos clementia fletus
et ueniae donum praeuenit uota rogantum.
nec mora libertas abeundi reddita: uerbo
laxauit celeri iussarum frena morarum.
dicite quid uestri uelox euectio regis
efficiat tardante deo? conferte coruscas
gemmarum radiis frontes et tegmina saetis
hispida, uirtutum titulos pompasque iubentum.
tum saltim edocti meritorum pondere sancti
imperium uestro melius praeponite regi.

231] cf. II, 492. 234—235] cf. 107—108.

215 illia *S*[1] uicina *PV* rapuunt *V*[1] 216 sax *P* festus *S* 219 motare *Wopkens:* mutare *PSVv* artos *PV* 220 figuris *V*[1] 222 uaecors *PV* 224 torpore *P* 226 cum *Vv* attoni *V*[1] admoniti *v* 227 quisnam] nam *S* 231 rogantesque *P* 233 culpamque] pariterque *v* 234 praecatutum *P* 235 fletos *PV*[1] 236 rogandum *PV*[1] 237 abeundi* *V* 238 iustarum *Barth* 241 tegminis *P*

Perge age continuo uirtutum stemmata tractu
historiam pangendo refer, mea Musa, sacerdos,
ingeniumque meum. tu cordis plectra uel oris
auxilio continge tuo. uesana loquentes
dementes rapiant furiosa ad pectora Musas:
nos Martinus agat. talis mutatio sensus
grata mihi est, talem sitiunt mea uiscera fontem.
Castalias poscant lymfatica pectora lymfas:
altera pocla decent homines Iordane renatos.
Rursus iter gressus uenerabile sanctus agebat,
Carnutena iacent patulis qua moenia campis.
ergo hic fecundi dum praeterit auia ruris,
uicinum inpleuit iusta admiratio uicum.
innumeri passim coeunt, et sexus et aetas
omnis adest. nudat uacuos cultoribus agros
gloria tanta uiri. minor est iam cura domorum.
Martinum uidisse sat est. hoc nomen et ipsi
pro laudis titulo recte stupuere profani,
et quamquam necdum fidei uirtute recepta
ad famam tanti raptim adfluxere magistri.
stipabat densum populis rurestribus agmen:
texerat expositos iusta admiratio campos.
quem fructum tantae segetis satione salutis
commissis cupidus gauderes condere claustris,

245] cf. 92. 254—286] Sulp. Sev. Dial. II, 4, 4—9. 255 = V, 18. 256] cf. II, 228. 258] cf. Fortunat. V. M. IIII, 467. 263] cf. II, 393. 265] cf. II, 629.

245 stemata *P* stema retractu *S* 246 pangenda *V*[1] mea Musa *Wopkens:* uia uersa *PSV cod. Iureti v* da uerba *Iuretus* tu uerba, sacerdos, ingeniumque meum, tu c. pl. uel o. aux. c. tuo *Gronov: cf. VI, 343* 248 uaesana *PV* 249 furiosa, r *in ras. V* 252 lymphatica *S* lymphas *SV* 253 decent, ece *in ras. m. 2 V* 254 inter *P cod. Iureti* rursum iter ingressus *S* 255 carnotina *Sv* 257 impleuit *PS* 259 omnes *P cod. Iureti* omnes denudat *v* 260 tanti *P cod. Iureti* 261 sat hoc est *P* 262 stipuere *P* 265 stipabant *S* 266 iusto *S* 267 quum *Barth* 268 commissum *Iuretus* capidus *P* gauderet *Barth*

respiciens uacuos granorum pondere culmos!
cum subito exanimum nati conplexa cadauer
mater adest, pulsans cassos ad uiscera rictus
et querulum inmergens labris glacialibus uber,
allegans tremulas inter suspiria uoces
pallentesque rigans lacrimarum flumine malas.
persensit mens plena deo uicina fauentis
dona dei. purum uegetauit gratia sensum,
fideret ut tantam diuina ad praemia plebem
perspecta saltim domini uirtute uocandam.
ergo ut defuncti funus miserabile nati
supplex inposuit mater felicibus ulnis,
adtacti motari artus, reserata patere
lumina et infusam paulatim adsuescere lucem,
et plectrum humentis conlidens lingua palati
faucibus expressam uerbis distinguere uocem:
brachiaque innexo gaudens suspendere collo
Martini amplexus neclecta matre poposcit.
Pande sinus patulos populis ditata receptis
adiectamque tibi gaudens amplectere plebem,
sponsa dei, totum rapiens ad uiscera mundum.
uos uero in miseris dudum faetentia bustis,
idola, gaudendos tandem lugete triumphos.
Quae non corda tibi cedebant, sancte, docenti?
quae feritas non mitis erat? cum semper in ipsis
regibus obpositum contra tua uota rigorem

275] cf. I, 146. 280] cf. 232. 283] cf. 104. 292—344] Sulp. Sev. Dial. II, 5, 5—10.

269 respiens *P* respiciens (ci *in ras.*) *V* pordere *ex* pondere *V* (*uoluit* perdere) 270 tum *Barth* complexa *S* 271 pressans ? rictos *PV* 272 glatialibus *P* 274 lacrimarum *Sv:* malarum *PV* *cod. Iureti* 275 fauentes *P* 276 uegitauit *PV* 277 ad] ut *V* 278 uocandum *P* 279 erego *P* 280 imposuit *S* matris *v* 281 attacti *S* motari *scripsi:* mutare *PSV* nutare *Iuretus v* 282 adsuecere *P* 283 ligua *V* 284 uerbi *V* 286 neglecta *S* necleta V^1 popposcit *V* 288 plebe V^1 289 deo V^1 290 fetentia *S* foetentia *V* bustus *P* 291 gaudendus PV^1 294 oppositum *SV*

praeuia molliret domini clementia Christi.
sed mage trux reliquis uitioque tumoris et irae
terribilis solium Ualentinianus agebat.
quem cum saepe ducem supplex Martinus adiret,
difficilem allegans duro sub principe causam,
tam iugi offensus rex ambitione precantis,
ne saepe obstructas pulsaret questibus aures,
arceri foribus sanctum iubet. ille repulsus
deserit infensi penetralia turbida regis,
malens aeterni pulsare ad limina Christi
atque illam penetrare aulam, quae regibus ipsis
ius tribuit, certis concludens tempora metis,
adstringens ualidis licet ora rigentia frenis.
ergo ad consuetum remeat mens tota rigorem,
adfligens tenuem defesso in corpore carnem,
exesam stimulans saetoso tegmine pellem,
ieiunando diem ducens, uigilando tenebras,
continuo et fletu conectens tempus utrumque.
ac si quando breui cessissent lumina somno,
nuda humus ad tenuem sat erat subiecta soporem,
donec maestitiam sancti miseratus alumni
Christus ad adflictum solacia misit amicum
alloquio delata pio. nam lapsus ab alto
angelus haec domini mandati uerba profatur:

299] cf. 46. 300] cf. II, 457 sq. 310] cf. Fortunat. V. M. III, 218.

298 quaem S^1 · sepe cum (cum *supra scr.*) V (*corr. m. 2*) 299 alligans *P* 300 tum *S* praecantis V^1 302 iubet *ex* ilibet *S* 303 deserit et *P* desseret *V* infessi *PV cod. Iureti* penetrar a *P* 304 mallens *PVv* 306 mentis V^1 307 hora *P* 308 rigorem *P:* uigorem SV^2v uogorem V^1 309 te**nuem *V* 310 stimulas *S* setoso *S* 314 satarat *P* saporem *P* 315 denec *P* mestitiam *V* moestitiam *S* alumen *P cod. Iureti* alument *S* miseratu salumen (ni *supra scr.*) *V* 316 add *P* afflictum *S* afflictom (v *supra scr.*) *V* solatia PSV^1 317 delata (at *in ras. m. 2*) *V* labsus *V* 318 mandantis *Iuretus* mandatu *Barth* (*iunge* angelus domini) profator PV^1

'perge age et obstructam penetres securus ad aulam.
nil septum est miserante deo. cui regia caeli
oranti patuit, terrena haec claustra patebunt.'
nec mora diuini tanto sponsore fauoris
certa fides. petit intrepidus penetranda tyranni
limina. concessit tumidi custodia regis
armaque ad excubias dirarum obiecta minarum.
quem postquam solio subito rex uidit ab alto,
obstipuit uisu adtonitus toruumque trementes
aspexit minitans regali a sede ministros.
interea ut spreto caperet solacia sancto,
comminus adstantem nullo dignatus honore
inmotis pressit subiecta sedilia membris.
ecce autem rapido crepitantis turbine flammae
ignis atrox uindex diuino munere missus
inuoluit solium regis partemque sedentis.
tum demum celeri linquens incendia saltu
excussis fixit trepidus uestigia membris,
extortum redhibere pio gratatus honorem
et blando affectu causam remouere precandi,
subdens praeceptis inmitia pectora sanctis
et flectens dociles ad uerba iubentia mores.
tunc et larga satis regali dona paratu
ingessit. sed nil de mundi sumere censu
mens opulenta deo uoluit, terrena relinquens
praemia, at aeterni recondens munera Christi.

326] cf. Fortunat. V. M. III, 227.

319 et *Hartel:* ut *PSVv cf. 245* obstructum *PV*¹ securum *PV*¹ 320 nih *P* reserante *Barth* celi *S* 321 huic *Brandes* caustra *V* 326 rex *om. P* 327 obstupuit *S* attonitus *S* 328 reguli *P* 329 caperet *v:* caperent *PSV* solatia *PSV* 331 innotus *S*¹ immotis *PV* 332 turbinae *S*¹ 334 patremque *V* 336 excussit *P* 337 redibere *PV* gratatur *v* 338 affatu *Hartel* 339 immitia *PV* 340 aduersa *PV cod. Iureti* 341 tunc *S:* cum *PV cod. Iureti* quin *Iuretus* (postremo *Sulp. Sev. Dial. II, 5, 10*) 342 ingressit *P* nihil *PV*¹ 344 ad *PV*

Nunc quia plebeis uilissima carmina uerbis
inrupere humili praecelsa palatia uersu,
contiguo, ut Christus dederit, sermone loquemur
subdita sanctorum meritis fastigia regum.
postquam, ut transcursi signauit pagina libri,
Maximus inpositi purgauit crimina regni,
iugibus officiis coeptum seruare fauorem
prudenter studuit. nam sic arcessere sanctum
gaudebat, cupiens diuini flumine uerbi
inriguam potare fidem, de fonte beati
oris nectareum doctrinae haurire liquorem,
discere sanctorum titulos et gesta piorum,
quae decertantes sudarent proelia quaeue
praemia uictores caperent, quae gloria iustos
excipiat, quae poena reos, clementia patris
ut foueat, quantum adficiat sententia regis.
talia quaerenti congaudens singula sanctus
pandere et eiectis lumen reuocare tenebris.
at non inferior tanto regina marito
deuotum obsequiis uincebat sedula regem.
pendens sanctifico semper narrantis ab ore
et largo propter spargens uestigia fletu
illius aequabat meritum, quae crine beato
lota prius lacrimis domini uestigia tersit.
uerum haec parua putat, speciali accincta seorsum
affectu seruire parans, ut sola remotis
instrueret mensas felix regina ministris.

345—418] Sulp. Sev. Dial. II, 6 et 7. 365] cf. II, 647. 366] cf. II, 500. 367] cf. Luc. 7, 37 sq.

345 plebegis *PV* 347 contigio *V* dederet *PV*¹ 348 sanctarum . . . rerum *v* 350 impositi *S* pargauit *P* 351 ignibus *P* officius *S*¹ 352 namque hic *uel* nam saepe *Wopkens* arcescere *PS* 353 diuini a *V corr.* 357 sudaret *PV* praelia *PVv* 358 iusto *P* 359 p$\overset{e}{o}$nent∗eos *V* rieos *P* patris] patiens *V* 360 adficiat *V*²*:* adfeciat *PV*¹ adfectet *S* 361 singua *P* 362 iectis *V*¹ 363 at *S:* ad *PV* ac *v* 364 deuota *v* sedola *P* sedolo *V*¹ 369 specilia *P* specialia cuncta *S* 370 affectus *V*¹ affectum erui separuns *P* 371 mansas *P* regi∗na (a *eras.*) *P*

nec prius adiuncto contendens saepe marito
destitit a precibus, quam sanctum cedere crebros
continuans fletus iugi ambitione coegit.
adponit mensam, sellam locat, ingerit ultro
lintea siccandis manibus lymfasque lauandis,
et quas obsequio congaudens coxerat escas,
ipsa in conspicuis properat deferre canistris.
et quantum officio numquam defessa uacasset,
supplebat iugem standi uirtute laborem,
pro tanti mercede operis uenerabile munus
micarum fragmenta legens, quibus esca fidei
esuriem sanctam tactu pretiosa repleret.
o felix, uirtute tua regalibus istas
anteferens gazas opibus, seruire beato
malens quam toto penitus praecellere mundo,
ad famulae nomen referens regnantis honorem.
non tibi sidereis radiantia tempora gemmis
mutauere animum rutilisque rigentia filis
serica contextoque aurum pretiosius ostro.
aequasti merito tantae, regina, fidei
illam, quae similis solii sublimis honore
uenit ab extremis Salomonem agnoscere terris,
396 in se quod tenuit longe progressa petiuit.
394 cordis opes profers uerbi sapientis amore,
395 auditu captans, docili quod mente retentes.
talis subiecti calcasti obstacula mundi,
femina priscorum titulis aequata uirorum.

377] cf. Fortunat. V. M. III, 258. 384] cf. I, 91. 392] cf. III Reg. 10.

373 distitit *PV*[1] credere crebras *V*[1] 374 fletos *PV*[1] 376 limfasque *P* lymphasque *S* 378 in conspicuis *S:* inpicuis *PV* in impicuis *cod. Iureti* in perspicuis *v* 379 quanquam *Iuretus* officiis *v* 380 scandi *P* 385 anteferans *P*[1] 386 mallens *PVv* 387 honore *P* 389 animu *P* 390 praetiosius *V*[1] 391 aequarti *P* 392 simili *Wopkens* 393 solomonem *P* 394—396 *transposui* 394 *om. v* credis *V*[1] 395 retentes *scripsi:* retentas *S* retentans *PVv* 397 talia *v* calcati *v* 398 semina *PV cod. Iureti*

nam saepe inuictos multo in certamine reges
sola iugum renuens funesta superbia uicit.
recte igitur sancti donum speciale tulisti,
ut tibi mollito paulum positoque rigore
mitia siderei cordis secreta paterent.
quam multos licet exiguo laxata sereno
frons pia clementer iussit considere fluctus!
quantas sedauit moderatior aura procellas
et breuiter rutilans licet inter nubila sudum!
quam tristes haec mensa reos, quae uincula soluit
libertas permissa parum, quantasque catenas
discussit laxans proprium breuis hora rigorem!
nam tempus, persona, locus sapientibus adstant
consiliis subitaque animum ratione gubernant.
nec mihi feminei praetendas nomina sexus,
inuide: non artus meritum, sed corda parabunt.
nec minor est natura homini, cum gratia par sit,
nec distat merito fidei gens, sexus et aetas,
uir mulier, seruus liber, peregrinus et heres.
credentis meritum praestat, non gloria carnis.
Denique quid sexum hunc studio meruisse fideli
conpererim, breuibus cupiens perstringere signis
hoc quemcumque dabit Christus sermone retexam.
dum progressus iter carpit uenerabile sanctus,
in noctem uergente die uicina petiuit
tecta, et gaudentis susceptus culmine uici
expetiit properans sancti penetralia templi.

400] cf. I, 42. 416] cf. 258. 419—464] Sulp. Sev. Dial. II, 8, 6—9. 421] cf. III, 264. 422] cf. 155.

399 regis *V* 401 speciali *P* 403 cordi *P* 404 multo *S* multo scili et *P* multo scilicet *cod. Iureti* 405 frous *P* 406 saedauit V^1 sae dauid *cod. Iureti* 407 susum V^1 412 gurbernant *P* 413 ne V^r 414 artis *cod. Iureti v* parebunt *v* 415 natura *bis P* humani *cod. Iureti* 416 distet *v* 418 canis *P* 420 con- (com- *S*) perer in *PSV cod. Iureti: corr. Iuretus* perstrigere *P* praestringere V^r 421 $\overset{re}{\text{t}}$exam *V* 423 uergete *P* 424 gaudentes PV^1 425 $\widetilde{\text{scs}}$ V^1

atque hic, ut semper, benedicti liminis hospes
permisit fessum paulum requiescere corpus,
laxans exiguo marcentia lumina somno,
ut renouata breui saltim modicoque sopore
sufficerent iugi tenuissima membra labori
et ferrent uigilem per sustentacula mentem.
uerum ubi transegit tenebras e nocte refulgens
lux, operum cunctis propere sollemniter actis
rursus iter festinus agit. tum uero fidelis
turba puellarum, domino quas sancta sacrarat
uirginitas carne intactas et corde pudicas,
ne festinantem caeli ad sublimia mentem
ad terram premeret fragilis corruptio carnis,
inrupit sanctae gaudens penetralia cellae,
hospitio benedicta pio, flatusque recentes
haurit et infectas absorbet anhelitus auras.
tunc humili obsequio solium doctoris adorant
officioque oris raptim loca singula signant,
quae tetigere pedes stantis, quae membra iacentis,
quae sancto benedicta cibo, quae pressa sedili
uel quae prostratis orantis subdita membris.
ut uero aspecto benedicti stramine lecti
temptauere pio tepefactum corpore faenum,
certat ad inuentam uiolenta modestia praedam,
dum partem sibi quaeque rapit, sinibusque repletis
leuia densati conpungunt pectora culmi
atque arcent tenues stimulato a pectore uestes.

427] cf. I, 257. 428] cf. 132. 447] cf. Fortùnat. V. M. III, 276.

426 hospis *PV* 430 tenuis sua *PV* 431 et] ut *V* ferent *P* 432 ibi *V* e *S:* et *PVv* 433 solemniter *PV* 435 quas *V²r:* qua *PV¹* quam *S* 436 uirgi(ni)tas *V* 441 aurit *PV¹* absorbit *PV* hanellitus *P* hanelitus *V¹* anelitus *V²* 442 adorat *v* 443 officio docto *v* 444 quam membra iacentes *PV* 445 cibos *PV* praesa *P* praessa *V* 446 oranti *v* subdida *P* 447 aspectu *Pv* 449 uiolentia *V¹* 450 parte *P* 452 tenuens *V¹* stimulatio a pectorę̂a uestes *P* a *om. v*

quid non uera fides faciat? forte una cohortis
uirgineae nec corde minus quam corpore casta,
cum quendam miserum uiolento iure retentans
cogeret in furias daemon prorumpere iussas,
excutiens sanum captiuo a pectore sensum,
auxilio confisa dei meritoque patroni
particulam raptae sapienter prodiga praedae
faucibus innectit miseri colloque furentis
suspendit pressum benedicto corpore faenum.
nec mora et adtactu confestim territus hostis
arentes stipulas saeua ut incendia fugit,
inpar contactis Martini corpore culmis.
  Et tamen elisus totiens totiensque fugatus
audes mutatis demens occurrere formis,
expertum temptare uirum coramque uerendos
ferre oculos, speciemque tegens monstrare furorem.
nam pecudis dorso insidens furiisque petulcum
concutiens animal seseque in uiscera mergens
naturam pecudis funesta excusserat ira.
uel cum captiuae pressisti terga iuuencae,
ferret ut inpositum non solum corpore monstrum,
explens infusum per membra obsessa furorem
atque ministerium bacchantis motibus aptans,
sanguineum spargens concusso uertice rorem,
leuia dum rubrae percurrunt tempora guttae
igneaque iratam praecedunt cornua frontem,
efflat et alternas uix creber anhelitus auras,
puluereamque ciet curuato poplite nubem

465] cf. III, 364. 465—487] Sulp. Sev. Dial. II, 9, 1—4.

453 coortis *P* 456 cogerat *PV* 457 pentore (c *supra* n) *V* 459 rapite *P* 460 miserique *V*[1] 462 *om. S* 463 ut saeua *S: cf. II, 20. 218* 464 impar *S* 465 toties totiesque *Sv* totiens quotiensque *PV cod. Iureti* 468 furorum *V*[1] 469 insidiens *P* 470 contiens *V*[1] 472 captiue *V* praesisti *V* 475 bachantis *S* 477 tempora *Barth:* cornua *PSV cod. Iureti v* 479 uix *P. Pithoeus:* dux *PSV cod. Iureti* anhellitus *PV* 480 populite *P* poblite *V*[2]

et tenues sursum tremulus pes spargit harenas.
nempe inter profugas passim bacchata cateruas
mitis ad aspectum sancti sessore fugato
adstitit atque onere abiecto, sed mente recepta
agminibus sociis gaudens se bucula iunxit.
desine nunc saltim gregibus te mergere Christi,
postquam nec pecudum sanctus tibi iura reliquit.
  Cedimus: exsuperat trepidantia uerba loquentis
gloria uirtutum, claris magis edita factis,
quam linguae prodenda sonis. obscura poetae
in lucem fando expediant: nos lumine laudis
uincimur et tanto obpressi splendore latemus.
atque utinam nostram paulum rarescere noctem
gloria tam clari faciat contacta patroni,
ne lucem historiae tenebroso corde tegamus
et titulum laudis minuant peccata loquentis.
  Quod cor non placidum sancto, quaeue ira rebellis,
quae feritas non mitis erat? sensere Molossi
imperium, cum uenatu transcursa patentum
aequora camporum quateret lasciua iuuentus,
corripiens celeri uel prona uel ardua saltu.
cornipedes properi multo sudore madebant
et patulis tenues efflabant naribus auras.
ungula terrifico resonabat concita pulsu,
linquens puluercam cita post uestigia nubem.
nec sat erat uolucrum tam uelox cursus equorum.
pendula sic pronas aequabant pectora frontes,

484] cf. II, 317. 572. 497—519] Sulp. Sev. Dial. II, 9, 6. 498] cf. 293.

482 bahhata *P* bachata *S* 483 mittis *V*[1] 484 adque *P* honere *P* onere (r *in ras. m. 2*) *V* 485 se bucula] sepula *V* 487 reliquid *S*[1] 488 cedemus *P* cedamus superat *S* trepidantia *Iuretus:* trepidum *PV*[2] *cod. Iureti* trepida *V*[1] (*in cuius margine altera manus scripsit:* trepidantem): *om. S* 489 gloria uirtutum . . . . 574 umore fouebat *desunt in V* 490 quem *S* *interpunctio Barthii est* 491 expediunt *S* 492 oppressi *S* 494 contacta *Barth:* contecta *PS* 498 molosi *S* 502 properi *P:* propere *Sv* properae *Wopkens* 507 pectore *S*

ut mora cornipedum tardaret uota sedentum,
uectorum et cursum transiret motus agentum.
certabant alacres uentos aequare Molossi,
uincendi et studio spectantum explere furorem,
pendentesque procul reserato gutture linguas
flatibus alternis tremulus quatiebat hiatus.
hic tantus labor, hic sumptus quo, pro dolor, exit?
quis fructus quaeue utilitas, prensare fugaces
bestiolas leporumque fuga gaudere pauentum?
tempsisti talem prudens, Martine, furorem,
insontis tristem casum miseratus, hiantum
ora canum et trepidos faciens torpescere gressus.
  Iam si contiguum laxasset forte rigorem,
quo sale uerborum sociorum absoluere curas
attentasque aures paulum refouere solebat,
cum grauitate catus, cum religione facetus,
uirtutem cordis respergens flore leporis.
pellicia cernens obtectum ueste subulcum
'en' ait 'alter Adam! talis uelauit amictus
nudati obuoluens algentia membra parentis
atque nouo praestans solacia parua pudori,
cum post tartarei uirus letale ueneni
lubrica deceptum persensit sibila corpus.
at nos exutos penitus penitusque sepultos
peccato ueteri rursum noua gratia uelet'.
  Idem detractis detonso uellere lanis
adridens aspexit ouem. tum protinus inde

520—532] Sulp. Sev. Dial. II, 10,3. 533—540] Sulp. Sev. Dial. II, 10,1—2. 533] cf. Fortunat. V. M. III, 369.

510 molosi *S* 512 neserato guttore *P* 515 praesensare *P* 516 bistiolas *P* 519 canam *S* rapidos *Wopkens* gressos *P* 520 continuum *v* (contiguum *etiam cod. Iureti*) fronte *v* ricorem *P* 523 cautus *P cod. Iureti* relegione *P* 525 obtectum (obductum *cod. Iureti*) cernens pellicia *PS cod. Iureti: transpos. Iuretus* bubulcum *v* 526 talis *Brandes:* tales *PSv* amictos *P* 528 solatia *S* 529 loetale *S* 530 pręsensit S^1 532 sursum P^2S *cod. Iureti* 534 aspexit *P:* respexit *Sv*

ordine de facti sumens exempla docendi:
cernite mandatum uilem conplesse bidentem.
uestibus e geminis poscenti tradidit unam,
succrescente alia nolens retinere priorem.
at quam nos brutae pecudi cessisse pudendum est,
si mage munifico uincat nos prodiga censu'.
  At parte ex alia pratorum dorsa patebant
dissimili distincta situ. pars una uoraces
pertulerat suffossa sues uiridemque colorem
perdiderant glaebis nigrantia dorsa supinis.
ast aliam adroso detonsam caespite tristi
nudarant armenta fame proneque uorantum
ora boum abstulerant laetae telluris amictum,
roscida dum patulo carpuntur gramina morsu
curuatae ad fauces adtracta aspredine linguae,
praeuia quae teneras adlambens colligit herbas,
ut densata auidi succidant pabula dentes.
nec minus inpresso protriuerat ungula cornu
elidens crebro uiridantia germina pulsu.
partem aliam inlaesi uernantem caespite campi
ornabat uario comens natura decore.
undabant tenui uiridantia gramina flatu
inpulsasque leuis motabat spiritus herbas.
insuper innumeri per plana iacentia flores
distincta insertis pingebant aequora gemmis.
hos roseo inficiens tingebat purpura fuco,
ast alii niueo insignes candore nitebant,
inter quos croceis distinguens gramina signis
aurea flauorum rutilabat gratia florum.

537] cf. Luc. 3, 11. 541—593] Sulp. Sev. Dial. II, 10, 4—6.

536 cenitem andatum *P* complesse *S* 537 e *uulgo* ex *S: om. P* 539 at quam *scripsi:* ad quam *S* atqui *P* ast binos *cod. Iureti* ast homines *v* 542 distenta *v* 544 glebis *PS* 545 alium *P* cespite *PS* 546 pronoque *S* sucrantum *cod. Iureti, unde* secantum *v* 547 bonum *S*¹ lete *P* late *v* telloris *P* amictu *PS* 549 asperdine *PS* 552 impresso *S* 553 uiridẹantia *P* 554 cespite *S* 555 decorem *P* 557 impulsasque *S* leues *P* 560 fuẹto *S*¹

curuant purpureae gemmantia germina guttae
flectebantque herbas umentis sucina roris.
blandus odor, gratum certans aequare colorem,
permiscens paribus concordia gaudia formis,
pascebat specie uisum, spiramine nares.
praebebant rarae pergrata umbracula frondes
caerulaque inplexis nutabant brachia ramis.
certabant tectae foliis uernare uolucres,
musica dulcisonis moderantes sibila linguis.
purus uicinas pascebat riuulus herbas
graminaque adlapso stringens umore fouebat.
perspicui subter uisu penetrante lapilli
crispabant uitreas per blanda obstacula lymfas,
nec poterat mersum ex oculis auferre decorem
peruia luminibus species et gurgite tecta.
quid rudibus conor formas signare loquellis?
expromi haec uerbis nequeunt, quae munere Christi
effigians melius naturae gratia pinxit.
hanc igitur speciem distinctam dispare forma
aspiciens Martinus ait: 'conferte parumper
depasti, effossi, inlaesi loca singula prati
scortorum sceleri uel iusto foedere nuptis
coniugibus uel uirginibus, quae corpora Christo
sancta uouent rosei gemmis ornata pudoris.
ut suffosso illic species non permanet agro,
oblita sic uitiis Christi non fulget imago.
ut radix hic salua manet, sed gramine secto,
sic nuptis est tuta fides sine flore pudoris.

567] cf. II, 40.   580] cf. 344.

565 humentis *v:* umentes *P*   humentes *S*   569 pręgrata *S*   570 implexis *S*   574 strigens *P cod. Iureti*   humore *S*   575] *hinc pergit V*   576 lymphas *S*   577 porat *P*   aufferre *V*   578 tectum *Brandes*   579 loquillis PV^1 loquelis SV^2 580 exprimi V^1 581 effugiens V^1 583 conferre *v*   584 departi *P*   585 sceleri] scęri *P*   foedera *S*   586 coniiugibus S^1 corpore *PV*   587 sancto *PV*   pudores *PV*   588 suffosso *scripsi:* suffossa PSV^2v fossa V^1 suffossi *Wopkens*   agro *P:* agri *SVv*   590 hil *P*   silua *PS*   591 nuptus V^1 tua *P*

ut color atque nitor florenti ridet in agro,
gloria sic purae fulgebit lucida carnis'.
  Talia perspicui dantem documenta uigoris,
adtenti et semper diuina ad praemia cordis
quidam adiit monachus, neclecta hoc nomen adeptus
militia, qui post lituos et classica belli
maluerat ueri signis se dedere regis,
magna crucis sanctae melius uexilla secutus.
quin et consortem thalami ad collegia uitae
alliciens sociam sanctis praeceperat esse
uirginibus, thalami uel carnis iura remittens.
uerum ubi lasciuum rursum rediuiua uoluptas
occoepit stimulare animum penitusque medullis
indere contempti mortalia gaudia saecli,
uix praelibatum cupiens laxare rigorem
rursus in amplexus nuptorum et uota recurrens
post monachi titulos nomen renouare mariti,
quin et doctorem crebro pulsare tumultu
adgreditur, tales precibus miscendo querellas:
'si mihi coniugii Christus solacia praestat,
dignatus thalamis diuersum adnectere sexum,
quis rapiet mihi dona dei? quis iure nouello
audebit priscam domini conuellere legem?'
talia praecipiti frangentem murmura sensu
mitius adgreditur sancti medicina patroni:

593] cf. 418. 594—639] Sulp. Sev. Dial. II, 11. 606] cf. 520. 616] cf. II, 700.

592 adque *P* reddet *v* 594 dantis *v* docimenta *PV*¹ 595 attenti *PS* 586 neclecta *P*: neglecta *SV cod. Iureti* nomm̃ *V* neglecto hoc nomine ademptus *v* 597 clasica *P* 598 malluerat *Pv* credere *Barth* 599 uixilla *PV*¹ 603 lascium (u *suprascr.*) *V* 604 hoccoepit *P cod. Iureti* hoccepit (o *suprascr.*) *V* hunc coepit *S* 605 mortalia secula *cod. Iureti, unde* mortalia saecula mundi *v* 607 rursus] ausus *Barth* 608 reuocare *v* 610 aggreditur *S* querillas *P* quẹrillas *V*¹ querelas *V*² querelas *Sv* 611 solatia *S* 612 sensum *v* 613 rapiat *S* mihi *om. V* 615 murmure *v* sensum *PV*¹*v* 616 aggreditur *S*

'dic age, praeteritae recolis si tempora uitae,
an conlata acie saeuo conflixeris hosti.
quod quia percrebro factum reminisceris, idem
respice, num lituos inter uel classica belli
pilaque terrificis pugnantum intenta lacertis
destrictosque enses, accepto et turgida flatu
serica serpentum spiras imitata uel iras
bellica femineus turpauerit agmina sexus.
quis scutis ad pensa locus, quis ad arma puellis?
leuia num decuit respersio pulueris ora?
quodsi terrenis non sunt haec congrua castris,
quidquam ut femineum deceat uexilla uirorum,
num tibi contiguo bellum sudore gerenti
non mage turpis erit spreti permixtio sexus?
tempore desidiae talem lasciua uoluptas
inueniat ridenda chorum. cum uero uiriles
in campos properant acies ferrataque lucent
agmina, femineas defendant moenia turbas,
diffisaeque armis studeant se cludere portis.
qui uero ad bellum properat, solacia temnat'.
talibus effrenae sanauit uulnera mentis
conpositoque dedit rursum noua gaudia cordi
pugnacemque uirum cum pace ad bella remisit.
  Iam uero hoc quisnam digne percurrere possit,
tam docilem ornarit patientia quanta leporem?
forte inter sanctas et corde et carne puellas,

620] cf. 597. 631] cf. Dracont. de deo III, 344. 640—663] Sulp. Sev. Dial. II, 12, 1—5.

617 praeterita V^1 618 collata *S* conflixeris V^2v: conflixerit PSV^1 *cod. Iureti* 619 reminiceris *S* 622 destrictosque *scripsi:* districtosque *PSVv* 626 oras PV^1 627 si] sit V^1 628 quicquam *S* uixilla PV^1 629 contiguo *SV:* exiguo *P* continuo *v* 632 uirilis *PV* 635 diuisaeque *v* se cludere SV^1: se claudere V^2v sed audere *P* 636 solatia *S* tempnat *P* 637 uulnera *Brandes:* gaudia *PSVv, quod e uersu sequente per errorem in hunc intrusum est: cf. u. 477—478* 638 compositoque *S* cordis *Pv* 639 bello *P* 640 percutere posit *P* 641 tam] talem PV^1 *cod. Iureti* docilem] dulcem *malim* 642 e carne *P*

perpetui semper pretiosas flore pudoris,
innuba quas domino sociarat dedita Christo
uirginitas nexu mentis, non foedere carnis,
uirtutum quaedam studio praecesserat omnes,
hoc speciale decus titulis addendo pudoris,
quod semel ex oculis cunctorum amota uirorum
seruabat coeptum constanti corde rigorem,
nec leuis instabili nutabat femina sensu,
uincens ingenitum uirtutis pondere sexum
et praegressorum uix rara exempla uirorum.
huius propositi iusta admiratio sanctum
perpulit, ut talem recte ueneratus adiret
inlectus tanto uirtutum flore puellam.
uerum ita constanti defixa in pectore mansit
iam domino deuota fides, ut claustra pudoris
septa uiris, clarae titulos seruantia palmae,
nec tanti posset meritum reserare patroni.
nec tamen erubuit uotiuam ferre repulsam
proposito gauisa fides, sed cuncta benignus,
quae spem contulerant, proprium numerauit honorem,
plus lucra adtendens animae quam gaudia carnis.
 Quam tibi, quam sancto rapies de pectore partem,
ambitio, insani uentis adflata tumoris?
iam penitus prostrata iace. nil Christus habere
cum uitiis commune potest. qui laude tumescunt,
extolli semet cupiunt. satis adprobat ille,
qui latuisse cupit, mundi et fastigia temnit,

646 sq.] cf. Fortunat. C. VIII, 285. 653] cf. 266. 257. II, 112. 663] cf. II, 648.

643 perpetiu *V* 646 õms *V* 647 addende *P* 648 semul *P*[1] 650 mutabat *V*[1] 652 praegressorem *V*[1] uix *Barth*: uia *PSVv* 653 iusta (i *in ras. m. 2*) *V* ammiratio *S* 654 talem] calem (i above) . . . . . . (*6 fere litt. eras.*) *V* 655 puellae *v* 658 clare *PSV* seruantiae *P* 659 possit *PV* reserare re *P* reseruare *S* 662 contuderant *Barth* 664 tam sancto *Wopkens* artem *PV* 665 tumo**ris *V* 666 iaces *V*[3] iacet *v* 668 extollis est et *V* approbat *S* 669 fastidia *PV cod. Iureti* tempnit *S*

quam soli domino tribuat quem uitat honorem.
sed qui laudato malles uilescere Christo,
hoc quoque iudicium titulis addendo beatis,
quam uitando fugis laudem, uitando mereris.

LIBER QUINTUS.

Iam semel in laudem tanti prolata patroni
quidnam, lingua, siles, incondita murmura uocis
indocilesque sonos per longa silentia claudens?
si rubor est tam magna loqui, prius ista pudori
lex statuenda fuit. nimis haec uelamina tarde
attritae nimium temptas praetendere fronti.
at si desidiae uili torpore teneris,
ut tetrae mortis tristis discedat imago,
excute marcentem depresso a pectore somnum,
ut uigil ad Christum discussa morte resurgas.
si merito depressa iaces, confide patrono.
quid rea supplicii pauitas, cum sis rea uoti?
ergo age et extinctam domino committe fauillam,
ut rigor ingenii Christo adspirante tepescat,
et glaciem cordis Martini oratio soluat

672] cf. 647. 10] cf. Alc. Auit. VI, 223.

670 uitet *S* 671 males *S* uiliscere *PV*[1] 672 baeatis *S*[1] 673 uitando (*ante* mereris) *Vv* uiuendo *PS cod. Iureti: cf. II, 507. III, 420* meritis *V* Finit in xpo (in xpo *om. S*) liber IIII· (quartus *P*) *PSV* hab̄. vr̄. dcLxxiiij (IIII· *S*) *SV: om. P* Incipit liber quintus in dn̄o *PV* Incipit Lib̄· v· *S*

2 incondita *Iuretus:* in cuncta *PSV cod. Iureti* 4 isto *V*[1] 5 lex] lex qui *P* 6 uttriae *P* uttritae *V cod. Iureti* 7 torpoere *P* 9 depresso *S:* depraessa *PV*[1] depressa *V*[2] *cod. Iureti* a pectore . . . . 10 discussa *om. cod. Iureti v* 10 uigel *PV*[1] 11 depraessa *V*[1] iacens *P* 12 subplicii *P* uoti] uocati *P* 14 tepiscat *PV*[1] 15 glati·em (a *eras.*) *V*

ac faciat brutam quamprimum erumpere uocem,
ut quondam similis meruit miracula facti.
Carnutena iacent patulis qua moenia campis,
Gallia et inmensis late distenditur agris,
hic iam bis senis quae muta silebat in annis,
obstructa et nullis reserauerat ora loquellis
filia, maestorum tristissima cura parentum,
augebat iugem miseris uiuendo dolorem,
annorum et spatio crescebant uulnera luctus.
heu quotiens doluere aliis indulta potentis
dona dei periisse sibi, cum saepe uiderent
uixdum reptantes in uerba erumpere paruos
nominaque e teneris praefracta exire labellis,
cum murmur dubium pietas praegressa notaret,
incertam agnoscens affectu interprete uocem,
excipiens quasi dicta sonos rapiensque loquenda.
haec, quae post primas aliis sunt praestita cunas,
aemula bis senis pietas defleuerat annis,
cum lustris geminis maerens annisque duobus
optaret primam nubendi ad tempora uocem:
donec Martini genibus conexus et haerens
exanimis genitor lacrimoso flebilis ore
adstrueret cunctam gemitu pandente querellam,
adtracta ex imo suspiria pectore ducens,
singultu incidens crebro lacrimabile murmur
ac madidum pectus perfundens imbre genarum.
et iam Martini mentem concusserat almam
adsuetae pietatis amor. sed causa morarum
de probitate fuit, pretiosi cura pudoris

17] cf. Num. 22, 28. 18 = IIII, 255. 18—100] Sulp. Sev. Dial. III, 2, 2—8. 43] cf. I, 333.

17 quamdam *P* facta *V* 18 carnotena *S* qua *Iurctus:* quae *PSV* 20 inanis *P* 21 obstructa (r *in ras. m. 2*) *V* loquillis *PV*¹ loquelis *SV*²*v* 25 hea quaties *S* 26 perisse *PV* 28 e *V:* et *PS* tenebris *v* 30 incerta *V* 31 rapiesque *P* 32 prima salis *V* 35 obtaret *V*¹ 38 quaerillam *P* querillam *V*¹ querelam *SV*²*v* 40 incẹidens *P* 41 madudum *V*¹ perfecdens *P*

et semper claris socianda modestia factis,
ne, quod contulerit meritum, iactantia perdat
et uirtutis opus uitiet praesumptio cordis.
ergo ait: 'indignum tanti ad miracula facti
me reor et trepida pondus ceruice pauesco,
quod ferre infirmus nequeo, ne sarcina maior
deprimat et nimio inualidus sub fasce laborem.
sed non difficilis quaeuis curatio Christo est,
qui recte haec aliis committit signa ministris,
sanctorum ut meritum domini miracula prodant.
ecce duo adsistunt clari probitate fideque
et uirtute uiri, quos recte euexit ad istum
talis uita locum. numquid non promptius illis
haec domini medicina dabit, quae grandia nostrum
excedunt meritum, sed non sunt ardua sanctis?'
talia saepe iterans cordis documenta modesti
et meritum renuendo probans hoc dignior extat,
quod comit reliquos pretiosa modestia morés,
inuidiamque fugit, qui se conferre pauescit.
haec cernens genitor sancto uehementius instat,
hos quoque coniungens precibus, quorum ille legendam
dixerat esse fidem, ne uel differre liceret,
quod germana pie Christo adspirante uoluntas
suaserat atque paris concordis gratia iuris.
submotis igitur populis, ne forte receptum
oranti obstreperet confuso murmure uulgus
aut ostentaret proprias iactantia uires,
hos tantum adiunxit socios, quos culmen honoris
fecerat esse pares et quis par cura precandi,

48] cf. 17. I, 206. 60] cf. III, 65. 61] cf. II, 507. 64] cf. II, 509.

47 praesumtio *V* carnis *S* 50 sarcuna *P* 51 deprimat *Iuretus:* depraemat *cod. Iureti* depraemar *P* deprimar *S* depremar (e *superscr.*) *V* 52 dificilis *P* 53 committit *PS* 56 euixit *V* 57 numquit *S*¹ prumptius *PV* 60 talia saepe . . . . 379 pectore caedes *desunt in V* 63 inuiduaque *P* que *P*¹ pauiscit *P* 64 hoc *S* 65 legenda *P* 69 summotis *S* 72 adiuxit *P*

par studium, conexa fides, coniuncta uoluntas.
additur et genitor trepidans, quem munera Christi
acrius optantem faciebant uota fidelem.
tum sublimi animo erectus, sed corpore pronus,
sursum cor sanctum statuens, sed membra deorsum,
carne iacet, sed mente uiget. conscendit in altum
mens coniuncta deo, premitur iactantia carnis.
sic uia dissimilis concordi adiungitur actu,
sic humiles properant quo praecessere fideles.
nec mora et adsueti persensit signa fauoris
adsidue sanctus congaudens hospite Christo,
cordis saepe fores ad talia munera pandens.
tum benedicendo promi praecepit oliuum,
oblatum inficiens uerborum nectare sucum,
per quae mutato uenit medicina liquori.
qui postquam infusus gratantis in ora puellae est,
confestim innexae soluuntur uincula linguae,
et madidas implens subito spiramine fauces
murmur blandiloquum, uox expectata, reuixit.
ac primum trepidam proprie signare loquellam
incertosque sonos genitoris nomina iussit.
haec uox prima fuit primoque loquentis ab ore
eripuit pater atque auditam in uiscera mersit.
exim prostratis cadit ad uestigia membris
et genua extentis supplex conplectitur ulnis.
quique preces solus tulerat reticente puella,
iam domino grates non una uoce rependit.

75] cf. IIII, 344. 86] cf. II, 527.

77 ạerectus *P* 82 humilis *P* humilis properat *v* 84 adsidue̦ *P* assidue *S* assiduo *Wopkens* 86 benedicendum *Barth* 88 quae (*scil.* uerba) *scripsi:* quem *PSv* 89 ora *Barth:* ore *PS* 92 murmure blandiloquo *Withof* exspectata *P* 93 proprii *Hartel* loquillam *P* loquelam *Sv* 94 sanos *S* nomina *scripsi:* nomine *PS* *cf. Sulp. Sev. Dial. III, 2, 7:* patris nomen interrogat: mox illa respondit iussit] sumpsit *v* 96 adque *P* auditam *Iuretus:* auctam *P cod. Iureti: om. S* 97 exin *S* cadit ad .... 98 extentis *om. v* 98 amplectitur *S* 99 reticenti *P* 100 gratis *v*

Nec sane alterius minor admiratio facti est,
cuius me memorem medicati infusio suci
et decantati benedictio fecit oliui.
id, quotiens pietatis opem medicina poposcit,
disparibus causis par gratia sanctificauit.
namque ut saepe solent praecauto corde fideles
uas oleo oppletum seruandae ad uota salutis
uel iustis offerre uiris uel condere sanctis
religione locis, quibus aut operatio praesens
martyrii emeritos prodit uirtute patronos,
aut quibus in cunas uerbum uenisse beatas
uel recolit manifesta fides uel lectio prodit,
aut ubi contiguae praecidens tempora lucis
horrescens dirae scelus exitiabile gentis
inseruit subitas nox interfusa tenebras,
aut ubi disrupti felicia concaua saxi
attactu gauisa dei sine lege sepulchri
mox surrecturis patuerunt subdita membris,
aut hinc iam reducis gauisa ad sidera Christi
postrema excepit felix uestigia tellus,
quae tam sanctifici conseruans munera tactus,
quidquid ad ornatum commentum dextra parauit,
dedignata suis longe discussit harenis,
disrumpens fragilem transfuso puluere cratem
et super extenti dissoluens septa metalli:
his persaepe locis, quibus hoc uicinia praestat,
pacificum exponunt per uascula pura liquorem
desuper infusi mutandum nectare roris,

101—188] Sulp. Sev. Dial. III, 3, 1—4. 117] cf. II, 597.

101 est *om. S* 102 me *om. P cod. Iureti* medicati *Iuretus; cf. II, 530* dicat *P cod. Iureti: om. S* 104 id *scripsi:* et *PSv* quoties *S* 106 soluent *P* 108 offere *S* 109 relegione *P* 110 martiru *P* patronus *P cod. Iureti* 111 caunas *P* cunis *S* beatus *P* beatis *S* 113 praecidens *Wopkens:* praecedens *PS* 114 horrentis *Wopkens* 116 disrupti *Iuretus:* disrupit *PS* 117 auttacti *P* 120 telles *P* 121 munerattactus *P* 122 quicquid *S* 123 arenis *P* 124 create *P* 125 et super *om. v* 126 uicina *S*[1]

quo fluit in sanctum caelestis gratia sucum.
at quos longarum spatia interfusa uiarum
diuersa amotos penitus regione retentant,
credentes dominum non claudi fine locorum
et miserantis opem cunctas excedere metas,
incunctante fide praesentia munera poscunt
praesentis domini, qui pro uirtute fauoris
non longe ad sese uenientum uota fatigat,
propter et admotos contingit ubique rogantes,
nec tardos uitat, properis uicinior adstat,
fitque uiae finis solus conatus euntis.
haec qui corde gerunt, quacumque in parte uocati
munus habent domini, seu sanctis credita mandent
uota uiris seu sacratis quaecumque recondant
sanctificanda locis. Christus quod corpore sancto
non adiit, uirtute tegit, licet ille reuersus
ad sublime poli iamdudum et corpore regnet.
haec secum stimulante fide persaepe reuoluens,
excedens fragilem sexum uirtute fidei
et non feminei sublimis femina cordis
credidit, emissum cum sancto offerret oliuum,
quod precibus tanti pietas uicina ministri
non aliter uotis Martino orante faueret,
quam si pernici propere translata uolatu
intra ipsum domini ferret sua uota sepulchrum,
uexillum conplexa crucis lignumque salutis.
tali plena fide candenti sedula uitro
sollicitis manibus uiridans infudit oliuum.
permutat niueum descendens unda colorem,
et tacito manans in subdita concaua lapsu
crescit per nitidi paulatim augmenta liquoris,

158] cf. IIII, 158.

130 at *scripsi:* aut *PSv* 131 amotus *P* ammotus *cod. Iureti* retentat *PS cod. Iureti* 137 admotos *scripsi:* admotus *Pv* amotos *S* contigit *P* 141 sacris *v* madent *P cod. Iureti* 142 recondat *S* 144 regit *Wopkens* 149 credit *P* 154 uixillum *P cod. Iureti* complexa *S* 155 canenti *r* 156 infudit *Pr:* infundit *S* 158 concaua subdita *r*

ac sonitu reticente silens pinguido tumescit.
attamen ut uacuae fauces ad claustra paterent
nec nimis oppleto nutaret testa fluento,
qua de subiecto consurgunt colla rotundo,
oris adhuc uacui patulus residebat hiatus.
tum puer accepto properans perrexit oliuo
ad sanctum, referens et uota et uerba precantis.
nec tardat pietatis opus. cita gratia iustum
commendat studium, ne uel cunctando fidelem
differat aut dubium faciat mora parua fauorem.
confestimque deus per signa indulta probauit,
quantum conferret praesens benedictio donum,
ne fortasse fides sensu trepidante labaret.
praesentes stupuere uiri (quod Christus adesse
iusserat electos tanta ad miracula testes)
sic creuisse illum Martino orante liquorem,
ut sursum elati consurgens unda tumoris
obpleret uacuam suspenso gurgite partem,
sic iuge ad summum properans, ne linqueret imum,
ferueret exundans, considens plena maneret,
cresceret infusis, sed non uacuanda receptis:
ad dominam donec felicia dona reportans
pergeret exultans famulus, meritumque beati
offerret tantis congaudens dextera signis.
talis praeclari benedictio sancta profetae,
cum uidua exiguum finisset prodiga sumptum,
uascula mansuris subpleuit inania donis,
ut, quae munificae dederat documenta fidei,
ditior expensis fieret, secura petitis.

167] cf. Dracont. de deo II, 50. 174] cf. II, 253. 184 sqq.] cf. III Reg. 17, 8 sqq.

160 pinguedo *Sv* 161 et tamen *P* 162 opplecto *S* testa *scripsi:* dextra *PSv* 163 retundo *P* 165 perexit *P* porrexit *S* 172 ni *S* laboret *P* 173 quos *uel* quot *Barth* 174 elictos *P* 177 oppleret *S* 178 iuge *scripsi:* iugi *PS* iuguli *Barth* iūgis *Hartel* liquaeret *P* 179 plana S^1 180 crescet *S* 184 profaetae *P* prophetae *S* 186 supplenit *S* 187 docimenta *P* 188 petitis] pe. *S*

Nec sane ut reliquas paueam contingere laudes
uirtutesque uiri, saltim haec narrare ualebo,
in quibus eiusdem similis benedictio suci
multiplicis digne poscit praeconia uocis.
una fides, medicina frequens: non dissonat actu,
sed distat numero, par signis, altera donis.
testis adest docto mirabilis ore Seuerus
et tota Christum cordis uirtute secutus,
insignis mundi titulis, sed clarior illa
qua mundum tempsit sanctae uirtute fidei,
nobilitate potens, sed multo extantius idem
nobilior Christi cultu quam sanguinis ortu.
hic sacrum canonem, distentae et scripta coartans
historiae, geminis conclusit cuncta libellis,
quaecumque a primis percurrerat edita saeclis.
idem Martini titulos uel gesta retexens,
scrutator cautus ueri fidusque relator,
protulit in medium tam clarae insignia uitae,
sic iustam retinens aequato examine libram,
ne dubia adstrueret dicens nec certa taceret.
hic sancto persaepe pie sociatus adhaesit,
ut solet in speculo cordis perspectio mentis
cognatae similes morum sociare figuras.
quo mage credendum est testem magis esse probatum,
qui coram conperta docet, cum uisa loquatur.
ergo inter reliqua affectus documenta poposcit,
sumeret ut sancti munus speciale liquoris.
cui postquam fido tribuit benedictus amico

189—240] Sulp. Sev. Dial. III, 3, 5—6. 198] cf. 147. 199] cf. Fortunat. C. I, 15, 15.

189 nunc *Wopkens* 191 beneditio *S* 193 uana *S* dissona tactu *S* 194 sed distat] *hinc pergit R* 195 doctor *S* 198 temsit *R*[1]*P* 199 extantius *PS cod. Iureti:* ex(s)tantius *R* extentius *Iuretus* 201 distente *RP* 204 iidem *P* uel] et *S* 205 ueri *P:* uir *R* uerus *S* 206 clare *R* 207 iustum *P* 208 ne certa *P* 211 similes *R:* similis *PSv* 212 credum *P* esse] esset *P* 213 comperta *RS* 214 docimenta *RP* 216 cui *PSv:* nam *R* qui *Barth*

congaudens uirtutis opem, monumenta fauoris,
inuexit domui cum religione fidei,
credens indultam sese deferre salutem,
et statuit celsae sublimi in parte fenestrae,
qua praetenta diem claudunt specularia purum
obuia uentorum flabris et peruia luci.
hic niueae ampullam texit uelamine pallae,
ut distenta uagos prohiberent lintea uisus
occursura oculis, sed non arcentia mentes.
sed puer ignarus properantis turbine dextrae
dum rapit incauto festinus tegmina nisu,
uas uitreum inlidens in marmora subdita iecit.
exsanguis stupuit domino pallente minister,
et sonitus rapido redit ad fastigia pulsu,
tinnitusque uago simul omnia murmure conplens
inlisit semet summis, surrexit ab imis.
non sensit tantos ampulla inpacta fragores,
inlaesa et uitreae manserunt tegmina crustae.
sic liquor interior fragili conclusus amictu
exteriora cauae durauit tympana cratis,
marmora ut in plumas penitus mutata putares
excepisse illam per mollia fulchra ruinam.
sic meritum, Martine, tuum, sic gratia iugis
sanctificata pie recipit, benedicta tuetur.
Quidam, cum diri uiolentia saeua Molossi
inrueret, quatiens furioso gutture rictus,
rugatas retrahens oris de tegmine nares,

241—252] Sulp. Sev. Dial. III, 3, 6—8.

217 monimenta *S* 218 domui] Domini *v* 221 quae *S* 222 et] sed *malim* lucis *R* 226 sed] tum *v* 228 subdida *P* 229 exanguis *R* 230 exsonitus *cod. Iureti v* extonitus *coni. Iuretus* fastigłia *P* uestigia *S* pulso *R* 231 tinnitusque *R:* tinnituque *PSv* uagos *R*[1] uaco *P cod. Iureti* cauo *S* complens *S* 232 summis] sumit *v* 233 sentit *R* 236 timpana *R* 237 marmor aut *R* pęnitus *R*[1] potares *P cod. Iureti* 238 fulcra *S*[1] 239 meritum *om. cod. Iureti v* sic iugis gratia donum *v* 240 recepit *R* 241 molosi *R*[2]*PS* 242 furioso *R:* furiosus *PS*[1] furiosos *S*[2]*v* rictos *RP*

nudatos crebro conlidens murmure dentes,
tam subito terrore pauens non fuste nec ictu,
sed solo os rabidum Martini nomine clusit.
quod simul insonuit, conpressi haesere latratus,
erectae cecidere iubae, toruumque minaces
extantesque oculi suffusas sanguine flammas
depositis clausere minis. tum blandius aures
mulcere et terram contorta uerrere cauda
et caput inflexo pronum demittere collo.
Quae meritis, Martine, tuis non mitia cedant,
cum tantam rabiem uel solo nomine uincas?
quid nunc miremur saeuorum corda uirorum
cedere et humanos tibimet mitescere motus?
ut quondam stupuere homines, quod dira potestas
et ius crudelis tibi cesserit Auitiani,
cui feritas conexa nimis et sola uoluptas
ungula, carnifices, tortores, flagra, catenae,
mors hominum, uox plangentum pallorque reorum,
carcer edax, fassi interitus, tormenta negantis.
tartarei nimium saeuissima bestia cordis,
spirans innumeras furioso pectore caedes,
inmiti feritate fremens intrauerat urbem,
quam sancto antistes Martinus honore regebat.
haerebat nexis per squalida colla catenis
maestorum pallens infelix ordo reorum,
incutiens fractis stridentia uincula membris

244] cf. IIII, 24. II, 591. 250] cf. II, 457. 253—397] Sulp. Sev. Dial. III, 4.

245 nec ictu] neccu *P* 246 rapidum *P cod. Iureti* clausit *S cod. Iureti* 247 compressi *S* 248 torumque *R* minacis *RP* 249 extentasque *S* oculis *P* 250 blandus *R* aures *P*: aeres *R* auras *S* 251 concorta *R* uertere *S* 252 dimittere *RP* 253 merito *v* martyne *P* cedunt R^1 254 tanta *P* 256 credere *P* mitiscere *RP* 257 stupuuere P^1 258 ius] uis *Sv* 259 minis *v* 260 ungulam R^1 262 fessi *S* 263 nimum *P*: *om. R* 265 fremens (f *in ras.*) *R* 266 antestis *RP cod. Iureti* 267—268] *u. 268 ante u. 267 legitur in PS: uerum ordinem seruauit R* 267 qualida *P* 268 mestorum *R* odor *P* 269 fratris *v*

et motans tardos incuruo pectore gressus.
talia Martino Falaris spectacula ducens
proxima diuersas parat ad subsellia caedes.
festinant rabidi furialis turba ministri
instrumenta feris certatim exquirere poenis.
illi ad tartareas depromunt uascula flammas,
in quibus incluso diri feruore uaporis
pix resoluta trucis crepitacula pasceret ignis,
qui procul exundans funestae gurgite flammae
sulphoreo exceptum torreret corpus in antro.
ast alii sursum porrecti robora ligni
(triste ministerium) furioso corde parabant,
ut caro distentis propere male pendula membris
tortori laceros crucianda exponeret artus,
tartaream misero perfundens sanguine dextram
et spargens tristem per uulnera crebra cruorem.
utque eadem geminum satiaret poena furorem,
incussor laceri quatiebat corporis artus
dissiciens ruptis membrorum uincula nodis.
ast alii deferre faces atque unguine multo
inficere in longum contexti uincla papyri,
non ut discussas lux uinceret illa tenebras,
obscuram ignifluo distinguens lumine noctem,
uerum ut funereus miseros succenderet ignis,
infigens laceris admota incendia membris.
haecine Martini decuisset in urbe uideri
et placidam tanto configi uulnere mentem,
ut sanctas saltim fama haec contingeret aures
aut pia concuteret uel solus uiscera rumor?

270 pectore *Rv:* corpore *PS* gressu *R* 271 mortino *P* phalaris *S* docens *R*[1] praebens *v* 272 caedis *RP* 273 festinant rabidi . . . . 625 in uulnera linguam *desunt in R* rabidi *S:* rapidi *Pv* 274 exquirire *P* 275 fammas *P* 279 sulphore *P* sulphureo *Sv* 280 prorecti *P* 286 gemmum *P* 289 ungine (u *sup.*) *S* 290 contexti *Wopkens:* contexit *PS cod. Iureti* contextae *Iuretus* paptyri *P* 293 funere os *P* funereos miseris *v* igues *v* 295 martine *S cod. Iureti* haeccine Martino debuisset *v* 296 tento *P* 297 et s͠ca *P*

ergo ut funereo mens est perculsa paratu,
nuntius et diri saeua haec commenta tyranni
praeuia uicini dispersit signa furoris,
percurrit totas miseratio iusta medullas
ac sparsit celerem pietatis flamma calorem.
et quamuis mortem miserorum flere reorum
cogeret humanos recolens clementia casus,
non minor illa aderat praesentis causa doloris,
idem quod fautor sceleris, qui criminis ultor,
se faceret prius ipse reum plectendo reatum.
crassior obtectum caligo obuoluerat orbem.
grata quies blandum per cuncta elementa soporem
sparserat et madido marcebant omnia somno
pressaque mutarum reticebant murmura uocum.
horrebant mediae nimis alta silentia noctis,
obscura et proprium caligo infusa colorem
texerat, abripiens cunctis sua signa figuris.
at non Martino capiendae cura quietis,
sed sancta adsistunt humanae uota salutis
affectu stimulante animum. petit ergo cruenti
iudicis instanti furialia limina gressu.
solus it intrepidus per opaca silentia uastae
noctis et horrentum secreta obscura uiarum.
credo equidem umbrarum cunctas cessisse cateruas,
quas malus instigat nocturna ad crimina daemon,
atque alias diros blande siluisse Molossos
terrificique oris praestructum haesisse latratum.
ergo ubi peruentum est obstructa ad limina diri
iudicis et saeui claustrum ferale furoris,

302] cf. I, 375. 306] cf. III, 453. 311] cf. IIII, 428. 326] cf. Fortunat. V. M. IIII, 115.

301 fauoris *S* 304 mortes *v* 307 factor *uel* auctor *Wopkens* 310 qui est *P* placidum *v* 314 fusa *v* 319 indicis *P* furilia *P cod. Iureti* feralia *v* 320 it *scripsi:* et *PS* uestae *S* 322 quidem *v* 323 noctuna *P* 324 mollossos *P* molosos *S* 325 testificique *P* perstructum *S* perstrictum *cod. Iureti* strictum siluisse *v*

ante domum medio prostratus in aggere septis
arcetur foribus, sed fletu ad sidera pulsat.
saeua grauem tumido proflabat pectore somnum
bestia, distentis et mortis imagine membris
torpentes penitus stratis reiecerat artus:
cum subito angelicus concussit uiscera terror,
uox etiam attonitas stupefacti inrupit ad aures:
'tene graui infelix oppressit inertia somno,
bestia, corrupti ructantem pocula uini,
ac pigrum crudi distendit sarcina uentris,
et famulus domini nudae super arida terrae
dorsa, pium multo perfundens puluere corpus,
pro foribus iacet ecce tuis? tu claustra quietis
obicis ad turpis nocturna silentia somni?'
diriguit uisu subito propereque uocatos
praecipit ad claustrum rapide prodire ministros,
ut seriem ueri per nuntia uerba referrent.
uerum ut saepe solet membris torpore ligatis
grata quies pressum uincire et uincere sensum,
progressi paulum uix prima ad limina serui
marcentes uisu nimium gressuque labantes
murmura perplexis reddunt fallacia uerbis,
nullum pro foribus sollerti indage repertum.
rursum uicini non longe amota uoluptas
marcida confestim conclusit lumina somni.
tum uero tremefacta nouus praecordia terror
concutit angelicaeque minax sententia uocis
surgere praecipitem praeceptum iterando coegit.
nec placuit rursum mandati adferre periclum.

332] cf. I, 101. 341] cf. III, 334. 356 = IIII, 48.

328 prostrata *P cod. Iureti* 329 ad *om. S: cf. IIII, 304* 330 perflabat *v* 331 bistia *P* 333 concussit] sit *P* 335 teine *P* oppraesit *P* 336 correpti *P* 340 tu *S:* ut *P* quieti . . . ac turbas *Brandes* 341 ad] ac *Hartel* somni *v:* somnium *P* somnum *S* 342 uisus *S* 343 prodire] properare *v* 345 torpere lęgatis *P* 346 uincire] uincere *P cod. Iureti* 348 labantes *Barth:* labentes *PSv* 350 solerti *P* 351 non *om. v* 352 limina *S*[1] somni *scripsi:* somno *PSv*

ipse ad clausa cito contendit limina gressu,
obstructaeque fores domino reserante patescunt.
obfulsit claro uenerabilis ore sacerdos,
ostentans sancto uirtutum stemmata uultu.
florebat multis elucens gratia signis,
religione, fide, affectu, pietate, pudore:
mens laeta in grauibus, constans et seria laetis,
nec feritate rigens nec risu austera resoluens,
prorsus sic media semper probitate refulgens,
ut non ira trucem faceret, non gratia segnem.
talis pallenti species ueneranda tyranno
occurrit, tetrae disrumpens nubila noctis.
et iam prodiderat sine uerbis conscia tanti
mens sceleris, quae causa pii foret illa laboris,
nec precibus pandenda fuit. prior ipse pauentem
protulit e tremulo confusus pectore uocem:
'cur mea, sancte, metu dudum tortore fatigans
excusso penitus turbas praecordia somno?
tu foribus procul arceris, penetralia sancto
inrumpis merito. subsistis corpore, iure
ingrederis. terrore quatis qui carne moraris.
nec sane abnuerim meritis haec debita nostris,
cum duro innumeras spirarem pectore caedes
saeuus in urbe tua. precor ergo, ignosce fatenti,
utere iure tuo. parci cupis: esto remissus.
suppliciis emitte reos, me solue reatu.'
nec mora laxatae raptim cecidere catenae,
quae modo pallentum stringebant colla reorum,
seruantes dirae morientia corpora morti.
exultat subito miseris spes reddita uoto.

359] cf. III, 79. 360] cf. IIII, 245. 386] cf. III, 69.

357 adstra acito *P* claustra *v* 364 austera *v:* aut era *P* aut ora *S* 367 pallenti *Iuretus:* fallenti *PS cod. Iureti* 369 conscientia *P cod. Iureti* 372 e *Brandes:* et *PSv* ut *Barth* 373 tortore *Barth:* torpore *PS Iuretus* corpore *cod. Iureti* 374 excussu *P* 376 irrumpis *S* iustae *P* 380] *hinc pergit V* 383 laxata eraptim *V* 384 quomodo palentum strigebant *P*

laetitia mixtoque metu tam magna repente
credere diffidunt trepidi, sed credere malunt.
certant gratantes genibus se aduoluere sanctis,
cingere supplicibus uestigia blandius ulnis.
ille deo grates suadet magis esse ferendas
auctoremque huius Christum monet esse salutis,
qui sic criminibus parcat, si uera dolorem
commissi sceleris saltim conuersio prodat.
nam poenas superesse reis durante reatu:
talibus alloquiis simul et pietate laborans
supplicio absoluit uinctos culpisque solutos.
Iam uero hoc donum quae digne lingua loquatur,
quod pauet adtonito saltim contingere sensu
mens ad tam clari titulos angusta patroni,
sic meritum sancti cunctas trepidasse cateruas
daemonis et tanti sic prodita signa pauoris,
ut, quotiens propriae progressus limina cellae
eminus amotam gressus mouisset ad urbem,
commissam inuisens sancto moderamine plebem
uel cupiens offerre sacri mysteria ritus,
gratia sic rapido propere praegressa uolatu
torqueret trepidas captiuo in corpore laruas,
ut uixdum egressum sanctae penetralia sedis
per tormenta prius longe praegressa uiderent
adfore confestim, stridenti et murmure uocis
iudicis aduentum clamaret poena reorum.
ut uero in foribus uestigia prima locasset,
cernere erat raptis propere ad sublimia membris
constricta aëriis attolli corpora uinclis,
et per inane grauis nutantia pondera carnis

398—432] Sulp. Sev. Dial. III, 6, 2—5.

388 mallunt *PV*[1] 389 scis *(sic) P* 392 montesse *P* 396 piaetate *V* 397 uictos *P* solutis *S* 398 qui *P* loquatur̀ *S:* loquitur *PV*[1] loquetur *V*[2]*v* 399 pauet attonito *Iuretus:* pauetat sonito *PV* pauitat sonitu *S* pauet adsonita *cod. Iureti* 403 quoties *Sv* 406 offerrere *V*[1] 407 progressa *Sv* 408 capiuo *V* larbas *PS cod. Iureti* 415 corpore *S* 416 permane *P*

linquere contiguas pernici turbine terras,
supplicio suspensa suo, sed libera nexu,
uincta precum meritis, propriis pendentia poenis
clamare admissas tacito sub iudice culpas.
nec percontantis confessio reddita uerbis
eruta per trepidam prodebat crimina uocem.
namque solo adclinis transibat sidera uoto
spe dominum tangens sanctus, sed corpore pronus,
corde humilis, celsus merito, sine murmure clamans,
occultus uisu iudex, uirtute probatus,
ad cuius meritum miracula tanta paterent:
inter inane reus pendens et in aëre tortor
porrectis sursum pedibus, constricta rigentis
uellera uestitus tectis haerentia membris,
ne flexo curuata sinu uel lapsa retrorsum
nudarent turpes adpensi corporis artus.
Sic meritum, Martine, tuum, sic sancta potestas
et prodenda dei per seruos gloria Christi
excedens terras titulis et in aëre regnat.
siccatas etiam certum est te supplice nubes,
grandinis et dirae suspensam haesisse ruinam
constricto penitus densati gurgite nimbi,
qui grauis et rigidi conexis frigore uenti
in lapides duratus aquis sic turbine crebro
in terras solidi iaciebat saxa liquoris,
ut fruges, arbusta, hortos, pomaria, uites
protererent crebris nimborum tela ruinis,
confossa et ualido quateretur uerbere tellus.

424] cf. 77. II, 524. 425] cf. III, 419. Coripp. Iust. IIII, 318. 433] cf. 239. 433—479] Sulp. Sev. Dial. III, 7.

419 paenis *P* 423 adclimis *V*[1] 424 d͡ni *P* 428 et *add. Iuretus: om. PSV cod. Iureti* tortus? 430 tectis *Iuretus:* tectus *PV cod. Iureti* rectis *S* 431 flexo *scripsi:* flexu *SVv* fleu *P* sinu *scripsi:* sunt *PV cod. Iureti: om. S* suo *Iuretus v* retrosum *P* 432 adpensi (i *in ras. m. 2*) *V* 434 gloria] gratia *S* 435 in *om. P* 437 suspensem *P* suspensum *V* 439 graues *PV* connexis *V* connexus *v* 440 duratus *Iuretus:* durator *PV cod. Iureti* duratur *S* 441 sollidi *V* iacebat *PV* 442 pommaria *V* 443 proterent *PS*[1]*V cod. Iureti*

haec pestis Senonum late grassata per agros,
supplicii et legem consueta explere quotannis,
elisa assiduis nudauerat arua ruinis.
amissam segetem pallens referebat arator,
perfracti penitus plangens fastigia culmi,
et fossor, uacuam sine fructu et palmite uitem
saepe gemens, iugis post annua uota laboris
de iam turgidulis numerabat damna racemis.
monstrabat fractos mater maestissima ramos
repere consuetis per mitia pomula natis,
propter et arentis pallentia germina campi
mugitu pecudum reboantia saxa sonabant.
tabida lustrabant uacuos armenta recessus,
quo poterant gemitu querulam testantia causam.
hoc igitur conpulsa malo plebs cuncta uel aetas
tam clarum sibimet cupiens adhibere patronum
Martinum exorat legato interprete supplex,
ut placare deum studeat ueniamque precari
pro miseris tandemque grauem depellere pestem.
supplicii satis esse datum: clementia Christi
auferret nimiam saltim post uerbera cladem.
nec sane miseros spes expectata fefellit.
nam simul a domino semper conexus et haerens
Martinus solitae pietatis dona poposcit,
suffragium sensere pium: depulsa quieuit
tempestas puroque dies nituere sereno
aut exoptatis maduerunt germina nimbis.
nec spatio constricta breui, sed tempore longo
gratior extentis conmendans munera metis,

467] cf. 36. 468] cf. Coripp. Ioh. I, 342.

445 gressata *V* 446 lege *cod. Iureti* leges *v* quodannis *P* 447 arssiduis *V* 449 fastigia *scripsi:* uestigia *PSVv* 450 uacuum *PV* 452 racimis *V* 453 fractos *scripsi:* fructus *PSVv* mestissima *S* 455 arentes *PV* *fort.* gramina 456 pecodum *PV* 457 sarmenta *PV* recessos *PV*[1] 458 quod *S* quaerulam *V*[1] 459 compulsa *S* compuncta *v* pleps *V* aetas] acta *v* 461 ligato *PV* 462 placere *V* 464 suppliciis *v* 465 auferet *P* aufferret *V* 467 here nos *P* 471 ac *v* 473 commendans *PS*

quattuor ex plenis permansit gratia lustris,
nec prius insanae senserunt damna procellae,
quam dominus clauso praesentis tempore uitae
ad requiem ueram benedictum adsumpsit amicum.
sic utriusque pie transegit tempora uitae,
ante salus terris, at nunc sublimis in astris.
  Sed iam longa nimis languentis pagina libri
eneruat clari titulos et gesta patroni.
grandia dum paruus loquor et sublimia segnis,
splendorem laudis trepidus corrumpo relator.
sed quid agam? uersu historiam percurrere uoui:
iudicium narrata timent, subpressa reatum.
rectius haec lector fors fastidita relinquet,
quam pius auditor penitus subtracta requiret.
  Et prius inmitem iam contigit Auitianum
sermo prior: nunc ordo operis reuocatur ad ipsum.
hic saeuos uincens dira feritate tyrannos,
tristia maestorum sitiens tormenta reorum,
parcebat paulum Turonorum mitior urbi.
hic tantum humani sensus uestigia prodens
subdebat sanctis licet ora rebellia frenis,
ingenitum reprimens Martini ad iussa furorem.
et sane manifesta huius documenta medellae
sic quadam patuere die. uenerandus adibat
Martinus diram tali sub iudice sedem,
lenior ut tantis feritas mitescere posset

476] cf. Alc. Auit. V, 679. 481] cf. 204. IIII, 356. 488—527] Sulp. Sev. Dial. III, 8, 1—3. 491] cf. 268. 494] cf. IIII, 307.

474 quatuor V^1 ex *P:* et *SVv* 475 insane *P* 477 uerem *P* 478 pie *PS:* pia *V* piae *v* uitae] uile *P* 479 atque nunc V^1 480 sed *scripsi:* et *PSV* at *Barth* longanimis *V* 482 paruos *P* loquar *S* signes *P* 484 uoui *Barth:* noui *PSVv* 485 subpręssa *P* suppressa *SV* 486 fastidiata *PV cod. Iureti* 487 substracta *P* 488 immitem *V* ut prius . . . prior, nunc *Hartel* 491 tristitia *P* 492 paulum] tantum *Barth* mentior *P* 493 tandem *malim: cf.* 524 494 sanctis PV^2: s͠cs V^1 sancti *S* 496 sanae *V* docimenta PV^1 medillae PV^1 medelae SV^2v 497 ue**randus (ne *eras.*) *V* 499 mitiscere *P* possit *PV*

officiis, sancti obsequiis obstricta patroni.
ille in praecelso residebat forte sedili,
conspicuo solio excellens nimiumque superba
ambitione tumens, subito cum sanctus ad ipsum
aspiciens uidet horrentis tetrique cruentam
daemonis insani speciem ceruice reclinis
innexam toto pronam decumbere nisu.
quam procul ut flatu benedicti contigit oris
sanctus et admoto uerbi terrore fugauit,
ignarus socii se credidit Auitianus
excepisse grauem maledicti in imagine poenam.
ille refert: 'ne crede meo te forte notatum
iudicio aut subiti signum hoc existere motus.
haec pietas, non ira fuit, quae saeuit in hostem,
pro misero miserata dolet. prorumpit in illum
hic noster toto penitus de pectore flatus,
quem premere horrendo celsa haec subsellia nisu
quemque tuae pronum ceruici incumbere uidi.
desine iam talis collegia ferre latronis,
consiliis plus crede piis. deprensa fugetur
calliditas, experta dolos cautella repellat.
iam pudeat parere reo, seruire fugato'.
talibus eiecto praeclusa est ianua cordis
daemonio sedisque suae praerepta potestas.
mitior hinc proprio tandem sine iudice iudex,
et grauis excusso reiecta est sarcina collo.
sic cuncta extrusos hostes de sede fugabat,
corda hominum absoluens, profugis nec templa relinquens.

504] cf. Fortunat. V. M. IIII, 196. 507 = Fortunat. V. M. IIII, 198.

500 officii *V* 501 resedebat *PV* 502 conspicuo *scripsi:* conspicuos *P* conspicuus *SVr* solia S^1 505 reclinem *v* 506 innixam *S* 507 flatus *S* oris *Sv:* oris oliui *PV cod. Iureti* 510 magine *P* 511 nec *PV* 514 prorupit *malim* 518 colligia *PV* 519 depressa *S* 520 cautella *P:* cautela *SV* 521 parcere *P* 522 praeculsa *S* cordis] uerbis *Wopkens* 523 demonio *P* daemonico *S* praerupta *Vv* 526 extrusus *PV* fulgabat S^1

Nam quidquid uanus fanorum extruxerat error,
ardebat pronis late uastare ruinis.
haut longo spatio praefata amotus ab urbe
uicus erat, ueteris quondam uestigia castri,
nunc famulis habitata dei Christique ministris.
Ambatiae nomen priscum prior incola dixit.
hic inmensi operis praecelsam extruxerat aedem
sacrilegi quondam uecors dementia coetus.
in conum surgens turritae molis in altum
mirificum tendebat opus, sic prorsus ad unguem
conexis semper crebro licet ordine saxis,
ne celsum nutaret onus, ne rima pateret,
sed pulchra admotos lapides conpago ligaret.
quo magis artificis studium rationis egentes
attonitis stupuere animis. sic stulta pudende
religio inualuit, uenerans pro numine solum
ingenium geniumque dei de nomine fabri.
hanc igitur sanctus subuerti iusserat aedem
Martinus. neclecta diu mandata fideli
presbytero exprobrat. tamen ille haec iussa modeste
expleri potuisse negat. satis ardua fessis
haec monachis paucisque dei docet esse ministris,
quae uix collectae uacuato rure cateruae
aut desudantes possent explere cohortes.
his patuit penitus iusta excusatio uerbis.

528—581] Sulp. Sev. Dial. III, 8, 4—7. 535] cf. IIII, 222. 542] cf. III, 125.

528 iam *v* quicquid *SV* extruaerat eror *P* 530 aut *PV cod. Iureti* haud *S* longe *PSV cod. Iureti* 531 castris *P*¹ 532 nunc *de Prato ad Sev. Dial. III, 8, 4:* tunc *PSVv* famulus *SV* ministri *S* 533 ambitiae *P* spriscum prọior *P* 534 mensi *P* oporis *V*¹ 535 uecoris *V*¹ coetis *P* 536 comnum *PV cod. Iureti* 538 connexis *V* saxus *P* 539 nec celsum *SV* opus nec *S* neu rima *Wopkens* 540 admotus *PV* compago *S* 541 quae *S*¹ 542 annis *S* pudendae *PV* 545 taedem *P* 546 neglecta *S* nec lata *cod. Iureti* 547 prẹsbitero *P* modestae *P* 548 explere *V* 549 monachiis *P* 550 collictae *P* 552 admiratio *S*

nec spes est infracta tamen. non ille uocandis
uota parat populis nec toto ex orbe coactas
Ambatiae ad uicum properat deducere turmas.
auxilium caeleste uocat. spes omnis in illo est,
qui caelum terramque regit, cui militat aër
et permansurum seruant elementa pauorem.
rursum igitur saetosi habitus stimulisque reclinem
consueti penetrare cutem, conexa rebelli
uellera duritiae rigidis in uulnera filis,
peruigiles iterum gemitus, ieiunia rursum
dilatis renouata cibis noctisque laborem
mox successuro rursum iungentia soli.
nec longa hoc uotum mora distulit. ecce reuerso
tempestas uiolenta die circumstrepit aedem,
turbine uentorum ruptis in flumina nimbis.
diuiduae excusso scinduntur lumine nubes
et collectarum super ardua moles aquarum
raucisono inpactam conlidit turbine cratem,
reddit et expressum nimborum pugna fragorem.
intremuit tellus imoque excussa profundo
respuit inpositae fundamina pendula molis,
dissiciens sparsam procul a conpage ruinam
et per prona rotans disruptae fragmina molis.
o nimium dilecte deo, te supplice Christus
iam pronos celso siccauit in aëre nimbos.
ad tua uota iterum celeres rediere procellae,
accincta et grauibus nigrantia nubila uentis,
parcere iussa satis, ualidas rumpentia moles,
mollia graminibus durisque inmitia saxis.

572] cf. III, 310. 577] cf. Fortunat. V. M. IIII, 185.

554 uocatas *S* 555 ambitiae *V* 558 elemanta *P* 559 setosi *S* 561 uellera *Barth*: uellere *PSV* 562 gemitos *PV*[1] 565 uoto *P* 566 uiolentia *P*[1] 567 flamina *S* 571 et] ex *S* expraesum *P* 573 impositae *S* inposita efundamina *V* 574 dissitiens *V* 575 framina *P* 576 dilectę *V* 577 pronus *PV* in aëre] maere *P* 578 ad *S*: aut *PV cod. Iureti* 579 accinta *P* 581 molli *P*

Nec minus hoc meritum fuerit, nec dispare causa
gloria consimilis, pariles imitata triumphos.
idolicam effigiem celsissima fulchra columnae
tollebant iunctis procul ad sublimia saxis,
altior ut species solioque elatior isto
despiceret miseram conficto numine plebem.
hanc quoque Martino cupienti euertere molem
cuncti defuerant ad talia uota paratus,
sed spes ad dominum semper festina manebat.
ergo ut pernici reuolauit ad aethera sensu
auxiliumque citum caelorum a rege poposcit,
ignea, consimilis specie, sed lumine dispar
conminuit fragilem delapsa columna ruinam,
sulphorea aduoluens crepitantes flamma fauillas,
fumantem adtollens ambusto e puluere nubem
atque exundantem consumpta mole uaporem.
sic rutilo, Martine, polo, sic turbine uenti
conectis geminos uel nube uel igne triumphos.
nec mirum ut dominus seruo promissa fideli
tam sancto inpleret famulo, qui dixerat olim
attonitis nimium tanta ad miracula seruis,
haec uerae fidei sese documenta daturum,
ut maiora horum credentes signa probarent.
quid mirum est eadem dominum conplesse fauentem
per seruos, qui plura piis spondere ministris
dignatus sursum sublimia corda uocauit.
Nam sicut prodit caelestis pagina libri,
femineam testata fidem, post flumina multi

582—607] Sulp. Sev. Dial. III, 9, 1—2. 601 sqq.] cf. Marc. 16, 17 sqq. 602] cf. 174. 608—611] Mt. 9, 20 sqq. 608—615] Sulp. Sev. Dial. III, 9, 3.

583 g∗∗∗loria *V* 584 idolicae *v* 586 spescies *P* illo *S* ista *Wopkens* 587 dispiceret *PV* deciperet *Wopkens* conficto, *alterum* o *in ras. duar. litt. V* 588 aeuertere V^1 589 parato *v* 594 comminuit *PS* ruina columnam *Barth* 595 sulphorea *PV:* sulphurea *Sv* 596 fumentem P^1 attollens *S* 597 mola *P* 601 impleret *S* 603 docimenta PV^1 604 horum] operum *Barth* 605 deum S^1 complesse *S* 606 pondere *P* 607 parauit *v* 608 nan V^1 sicuti *v*

sanguinis et tristem consumpto corpore tabem
attactu uestis celerem remeasse salutem:
sic data Martino est eiusdem gloria facti,
sed sanante deo, qui nunc quoque celsus in arce
stellantis solii tangi per membra probatur,
quae capiti aeterno sancta conpage cohaerent.
  Quid non mite pio, quae non subiecta fideli
monstra uiro? iussi parebant saepius angues
nec suberat uictis feritas cognata uenenis.
tranabat dirus propter uada proxima serpens
et uitreas sulcabat aquas. extabat ab undis
cum ceruice caput. findebat pectore summum
festinus fluuium. reliquus per caerula tractus
flectebat uario sinuamina lubrica motu,
intorquens leuis curuata uolumina caudae
et uibrans tremulam meditata in uulnera linguam.
hunc ubi uix medio Martinus in aequore uidit
contiguae properum iam iamque accedere terrae,
conpulit his dictis raptim remeare retrorsum
obstrictum uirtute dei uel nomine Christi:
'nequaquam ad uetitam ulterius contendere ripam
te iubeo'. stetit in medio mala bestia fluctu
et fractos rigidus torpor conexuit artus
membraque captiuo paulatim haesere natatu,
donec praecluso praestructi gurgitis aestu
languida permisso fluitarent colla profundo
et retro seminecem ferret piger alueus anguem.

616—636] Sulp. Sev. Dial. III, 9, 4. 623] cf. Fortunat. V. M. IIII, 278. 629] cf. Fortunat. V. M. IIII, 276.

614 stillantis *PV cod. Iureti* menbra *V* 619 dirus *S:* uirus *Pv* uiriis *V* 621 cum ceruice . . . . 701 sollemnia defert *desunt in V* 622 flu*uium *P* reliquus *scripsi:* reliquos *PSv* cerula *PS* 626] *hinc pergit R* 627 conticuae *R corr.* 628 conpulis *R* compulit *S* re*meare *P* 632 fractus *RPS cod. Iureti* rigidos *PS cod. Iureti* torpor* *R* corpore *cod. Iureti* 633 natu [ata] *(sic) R* 634 praestructi *scripsi:* praestricti *RPSv* 635 promisso *v*

Atque utinam nostrum simili uirtute uenenum,
quod male transcursae uitiauit lubrica uitae,
inmergens rapido semper mea crimina saeclo,
conuertat sancti miseratio fida patroni,
cogat et oblitae rursus meminisse salutis,
ne prona in luteo mergantur membra profundo
infectum et madeat uitiorum gurgite corpus,
sed stabiles sursum uirtutum in margine gressus
insistant fidei, terrena et gaudia calcent,
quaeque fluunt, celeri cupiant euadere nisu.
hoc tantum et paulum subsistam ad flumina uoto,
dum clari titulos recolens percurro patroni,
ad cuius meritum gaudens se subdere sanctis
paruit imperiis iussarum gurges aquarum.

Contiguum semper ieiunia ducta per annum
laxabant paulum sanctae sollemnia Paschae.
mitius his tantum cruciabat membra diebus.
tum solum exiguam piscem sumebat in escam.
sed dum uenturis seruantur tempora signis,
consueta officii uotum captura fefellit.
ille ubi piscantum uanum fluxisse laborem
linaque per uacuum fluitasse extenta profundum
agnouit querulis maerentum murmure uerbis:
nam reliquis praesens diaconus satis ore fideli
adstipulator erat, quem cura instantior huius
obsequii uigilem praegressae tempore noctis
et fessum exacta praesentis parte diei
testem communis faciebat adesse laboris:

644] cf. I, 347. 645] cf. I, 147. 651—694] Sulp. Sev. Dial. III, 10, 1—5.

637 adque R^1 639 me in *Barth* 648 reculens *P cod. Iureti* 649 suddere S^1 sanctis *Wopkens:* sancti *RPSv* 650 paruir *P* imperiis *Iuretus:* imperii *RPS* gurgis *RP* 651 conticuum R^2 continuum *v* (*sed* contiguum *etiam cod. Iureti*) 652 sancti R^2S solemnia pascae *P* 654 tunc *S* aescam *S* 655 segnis R^1 659 quaerulis *R* merentum *P* 660 diebus diaconus *cod. Iureti et v, dittographia non intellecta* 661 adstipulatur *P* h$\overset{u}{\text{i}}$us *R* 662 obsequi *R*

cuius ut anxietas sancti pia uiscera mouit,
permotus maerore pio 'perge' inquit 'et amnem
transcursis propere sollers scrutare fluentis.
iam tibi captiuam concludent retia praedam.'
nec mora confisus tanti sermone magistri
festinat diaconus. trepido spes reddita uoto est,
nec dilata licet properum captura fefellit.
nam simul ac modico sepsit uada proxima lino,
incussus tremuit motato cortice funis,
inplicitam prodens super inuia caerula praedam.
innexum propere uicina ad litora traxit
congaudens esocem. tum toto pectore pronus
humida labenti circumdat bracchia pisci.
lubrica nudatis uix haeret praeda lacertis,
concussa et madidis iam paene elabitur ulnis,
donec paulatim cognata elementa relinquens
efflaret tenuem moribundus in aëre uitam
oraque languidulo tremulus reseraret hiatu,
reiectae adplaudens segni motamine caudae.
obstipuere suum monachorum gaudia uotum,
qui de uicinis tanta ad spectacula cellis
egressi inplendum tali sponsore fauentes
crediderant sancto prolatum pectore uerbum.
o uere aeternae speculum uirtutis! ab ipso
haec tibi dona fluunt, qui quondam retia iussit
ducere nocturno in cassum molimine fessos
discipulos, mittens numerosam in retia praedam,

668] cf. Fortunat. V. M. IIII, 291. 670] cf. 386. 676] cf. II, 524. 685] cf. II, 316. 689 sqq.] cf. Luc. 5, 2 sqq.

666 merore *R* pergit inquid *R* 667 scurtare *P* 668 concludnet *P* 669 confusus *v* 671 dilata] dila *P* 672 ac] a *S* 673 mutato *R* *cod. Iureti* 674 implicitam *S* cerula *S* 677 circumdabat *P* bra^c^chia (c *add. m. 1*) *R:* brachia *PS* brachia labenti circumdabat humida *v* 679 concussu? pene *S* 681 ^a^ere *R* 682 languidolo *P* 683 segni *Barth:* signi *RPSv* 684 obstupuere *S* 686 implendum *S* 687 credederant *P* 690 noctur*no *P* incassum (su *in ras.*) *R*

concludens lectos sancta ad conuiuia pisces,
quos medii abreptos penitus de turbine mundi
ad dominum traheret sanctae doctrina fidei.
Saepe deus uoluit meritum sublime beati
inlustres proferre uiros, quo clarius illis
testibus, extulerat penitus quos gloria mundi,
prolata in populos uirtutum signa micarent.
nam gestae clarus tum culmine praefecturae
Arborius uidit fulgentum luce micantem
gemmarum, dum sancta deo sollemnia defert,
Martini rutilasse manum lumenque coruscum
uestire ignitam pretioso murice dextram
et conlisorum lapidum crepitare fragorem.
non tales uexilla ducum pinxere lapilli,
talia nec frontes regum diademata cingunt,
sed quales claris sanctorum in fine coronis
inserit emeritas domini sententia gemmas.
Nec dubium quin praecipuae probitate fidei
ultra hominem uario uirtutum flore coruscet,
quem coram angelici meritum solacia uerbi
historici felix testatur pagina libri.
nam cum Treuerica permaestus ab urbe rediret,
in qua dum miseris irato rege pauescit
interitum, quorum uitam poscebat ab ipso,
conpulsus proprium paulum laxare rigorem
mitior ad culpam respexerat Ithacianam,

695—708] Sulp. Sev. Dial. III, 10, 6. 699] cf. II, 656. 706] cf. Coripp. Iust. I, 38. 709—735] Sulp. Sev. Dial. III, 11—14, 1. 709] cf. 55. 712] cf. 608. V, 480. IIII, 349. 716] cf. IIII, 520.

692 piscens *R*¹ 693 abreptus *P*¹ paenitus *R*¹ 695 noluit *S*¹ 696 clari ius *R*¹ 697 paenitus *R*¹ claria *R*¹ glori *P* 698 populo *R* 699 nam *R*: iam *PS cod. Iureti* gestae *om. P* 701 dum] d͠no *P* solemnia *P* 702] *hinc pergit V* 703 praecioso *P* 704 conlisorem *V*¹ 705 talis uixilla *RPV* 706 f*rotes *P* 707 qualis *RPV* tales *Wopkens* 708 *om. S* inseret *Barth* 709 precipue *RV* probitare *R* 711 solatia *S* 713 permestus *RS* 716 compulsus *S* 717 ad pa culpam *P* ethacianam *RPV*² ethatianam *S* etlacianam *V*¹

damnatae inpulsus clementer parcere causae
et reparare piae rursum noua foedera pacis:
hunc igitur nimis adflictum maerore reuisens
angelus alloquio coram manifestus et ore
detulit ad maestum solacia blandus amicum,
anxia conlatis permulcens uiscera uerbis,
consilio mutanda docens, conmissa resoluens.
talis praecipui signans praeconia uatis
Zacchariam sancto caelestis nuntius ore
exortum sancti fecit praediscere nati,
spondens uenturam post iussa silentia uocem.
denique non inpar meritum par prodidit ordo,
utque illi suboles, sic gratia contigit isti
clarius adiecta uirtutum luce coruscans.
nam saepe expulsas captiuo a pectore laruas
necdum praesentis uerbis uel uoce coactas
terrebat sanctae felix uicinia cellae
excedensque procul benedicta habitacula uirtus.
Sic distenta nimis longe lateque micabant
praesentem domini testantia signa fauorem,
nec solo contenta solo, sed crebrius ipsos
Martini titulis procul inrumpentia fluctus.
uidere inmenso iactati turbine nautae,
dum furit insanae uiolentior unda procellae,
quantum uel solo prodesset nomine sanctus.
sulcabat medium Tyrreni in marmore pontum
extentis properans puppis per caerula uelis.

722] cf. IIII, 316. 725 sqq.] cf. Luc. 1, 11 sq. 732] cf. IIII, 457. 736—786] Sulp. Sev. Dial. III, 14, 1—2.

718 damnate *P* 719 repare *P*[1] pia *V* 720 afflictum *S* memore (*prius* e *ex* ę) *R* merore *PS* 722 mestum *P* solatia *S* 724 commissa *RSV* 725 talia *v* 726 zaccharia *V* zachariam *PS* 727 exortum *S*: exorsum *RPVv* praedicere *v* 728 uen∗turam *V* 729 impar *S* 730 suboles *R*[1]: soboles *R*[2]*S* subolis *PV* 731 adiecte *S*[1] 732 laruas *V*[2]: larbas *PSV*[1] *cod. Iureti* turbas *R in ras.* 734 sancte *P* uicinia∗ (e *eras.*) *R* 737 signa *bis R*[1] 738 sed *om. P cod. Iureti* 741 furet *PV* undęa *P* 742 sono *S* 743 tyrreni *PSV*: terreni *R* Tyrrheno *v* in *om. v* 744 pupplis *P* cerula *SV*

concita subiectum scindebat prora profundum,
aduerso albentes disrumpens pectore fluctus,
linquens spumantum uestigia longa uiarum:
cum subito obtectum praetendunt nubila caelum,
umida nigrantem praetexunt uellera cratem
et perit in piceo penitus lux condita nimbo.
insistunt ualidi pontum subuertere uenti,
fluctibus et madidae rubris miscentur harenae.
franguntur celsae uiolento turbine moles.
altius elato suspensa uolumina fluctu,
instabiles sursum nimium tollentia colles,
dum redeunt, crebris soluuntur fracta ruinis
innumerosque procul reddunt conlapsa fragores.
uela cadunt, resonant tremulo stridore rudentes.
nunc latet abscisso uicina ad nubila monte,
nutat in excelso rursum male pendula dorso,
ancipitem casum metuens in utroque profundo:
ast alii quatiunt latera obsistentia fluctus
et fracti elisa tabularum crate resultant,
inplentes laceram tam crebra aspergine puppem.
excutit auulsum ponti uiolentia clauum
reiecto rectore procul. formido pauentum
corda quatit, tremulo conuellens uiscera motu
pallentesque rigans non sola aspergine malas.
confusi gemitus, lacrimosae et murmura uocis,
ruptaque singultu adsiduo suspiria flentum
plangunt consimilem uicina morte querellam.

768] cf. IIII, 274.

748 praecendunt *V* 749 humida *RS* pratexunt *R* praetendunt *v* 750 peceo *PV* pęnitus *R*[1] 752 madida erubris *V* harenae *S:* arenae *RV* aerenae *P* 754 elatos *R*[1] elato (o *in ras. 2—3 litt. m. 2*) *V* 757 conlaxa *P cod. Iureti v* colaxa *V* fragoris *RV*[1] frigores *P* 758 resonent *S* tremulos *RV* rudentis *R* 759 absciso *S* nauis uicina *R* montem *RPV* 760 notat *R* mole pendola *R*[1] 761 ancepitem *R*[1] 763 illisa *Barth* cratere sultant *RV* 764 implentes *S* iam *Barth* puppim *S* 767 quatet *R* 768 pallentisque *R* pallensque *P* 770 raptaque *P* assiduo *S* fletum *V*[2] 771 querillam *RV* quęrillam *P* querelam *Sv*

interea extremo quidam terrore coactus,
sed necdum instructus uerae ratione fidei,
caeleste auxilium tali clamore poposcit:
'ignorate mihi, merito sed cognite sancti
quem ueneror famuli, per quem tua gloria fulget,
Martini miserere deus, depelle periclum,
eripe nos. nam cuncta tibi procliuia sanctus,
ut memini, antistes crebra uirtute probauit.'
nec mora constrato ceciderunt aequora fluctu
et iacuit planus placidarum campus aquarum,
leniter et laceram moderato flamine puppem
optata inpellens zefyrus statione locauit.
sic meritum famuli per cuncta elementa probauit
et sancti titulos Christus distendit amici,
glorificans clarum super inuia caerula nomen.
Nec mirum est tam multa deo fautore probandam
Martini potuisse fidem, si quando beatis
peruigil excubiis tota uirtute precandi
ad dominum praesens felicia uota tulisset,
si tantum ignari penitus longeque remoti
gratia per solum meruit clarescere nomen.
quamquam ad praecipuam contendens pagina laudem
obstupefacta pedem retrahat uerbisque pauescat
uilibus ad tantam uirtutum ascendere molem,
quis non unum hominem sanctus, sed protinus omnem
suffragio medicante domum sanasse probatur:
testis adest clarae celsus uice praefecturae
gratifico adsignans haec dona Lycontius ore,

774] cf. 556. 781] cf. II, 416. 786] cf. 674. 787—856] Sulp. Sev. Dial. III, 14, 3—6. 789 sq.] cf. I, 272. 798] cf. 195.

772 extremo (et above) *R* *u. 772 ante 769 extat in P* 773 nondum *S* uere *R* 775 cognitę *V* 777 dei *P* 779 antestis *PV* (*non R*) 780 fluctũ *R*[1] flatu *S* 782 leniter . . . . VI, 63 fulchra fauoris *desunt in V* et laceram *S:* et lacera *R* exlaceram *Pv* puppim *S* 783 zefirus *RP* zephyrus *S* 786 cerula *S* 789 peruigel *P* peruigiles (x above) cubiis *R* praecandi *R*[1] 791 pęnitus *R* 794 pauiscat *RP* 795 uigilibus *P* 796 omne *P* 797 sanasse *om. R*[1] 798 clare *R* 799 licontius *R*

cuius multiplici late grassata ruina
obruerat luis una domum. tabentia passim
corpora seminecum partes reiecta per omnes
stipabant fessis horrentia limina membris.
tristis ubique dolor, crebra et suspiria, fletus
adsidui et toto penitus de pectoris antro
extorti gemitus, conuellens ilia flatus
et iugis uomitus, cutis arida, flamma medullis
insita succendens stomachum, grauis unda uaporis.
illa ad uicinum pallebant maesta cadauer
corpora seminecum, cognata et funera tali
maestior exemplo morientum turba pauebat.
ast alii exanimes saltim contingere caros
officio miseri nimium trepidante timebant,
ne dispersa graues sererent contagia morbos.
hos metus obsequio subtraxerat, at dolor illis
uiscera multiplici praestruxerat anxia luctu.
at qui postremis tumulassent membra sepulchris,
dilati ad similem non longo tempore mortem
portabant pariles ad limina tristia morbos.
nil medicae ualuere manus, nil gramina, sucis
saepe suis magnas languentum operata medellas.
tali igitur dominus confusus clade suorum
diffisusque suis precibus placare laborat
suffragio sancti dominum meritoque patroni,
adlegans querulam Martino interprete cladem.
qui, quamquam durae, iam laeso iudice, causae
pernimium sentiret onus, tamen anxia clemens

810] cf. 802. 825] cf. IIII, 46.

800 latae *P* crassata *RP* 801 luis *R:* luuis *P* lues *Sv* 802 copora *S* 805 assidui *S* paenitus *R*[1] 806 exorti *S* 807 uomitus *S:* uotus *R cod. Iureti* uoto *P* motus *v* scutis *P* 808 iuda (n *supra* u) *P* pauoris *v* 809 mesta *S* 810 at funere *v* 811 mestior *S* 812 exanimis *R* 814 reserent (*prius* r *ex* s) *R* 817 ad *R*[1] sepulcris *P* 818 delati *S* 819 morbus *P* 821 medellas *PS*[1]*:* medullã *R* medelas *S*[2]*v* 822 cla (de *supra*) *R* 825 alligans *P* allegans *S* quẹrulam *R* 826 dirae *S* tam *Gronov* 827 honus *R*[1]

sollicito adfectu poscentis uota recepit.
nec prius absistit iugi cruciata labore
proterere exhaustis arentia membra medullis
et prono duram tellurem elidere nisu,
adsueta adiectis duplicans ieiunia poenis
nec tenui saltim concludens lumina somno,
exesam stimulans saetoso uellere carnem,
quam dominus tanti studio permotus amici
finita tandem penitus mitesceret ira,
reddens optatae felicia dona salutis,
gratantem et dominum conplectens turba suorum
exciperet totis contestans gaudia uotis
narrantem clari titulos et gesta patroni.
qui post depulsam Martino orante ruinam,
munera sic merito festinans reddere sancto,
argenti centum praedicti ad limina libras
detulit, oblatis conpensans praemia donis,
ut medici meritum merces uel parua probaret,
munifici et studiis gratantis uota paterent.
quae sanctus cari officio gauisus amici
praemia deuoti adfectum testantia cordis
nec renuit, dum tradentis dispendia cautus
cogitat, ut fructum fidei praemissa referrent
munera, nec rursum proprios recepit in usus,
ne mentem sancti uotum macularet habendi,
sed commissa deo caelo conclusit in alto,
ut modo captiuos duris laxantia poenis,
liminibus exclusa piis, donata redemptis
seruarent numerata fidem, contempta rigorem.

832] cf. I, 267. 834] cf. IIII, 310. 837] cf. IIII, 147. II, 532. 840] cf. 481.

828 sollicito *Iuretus:* sollicita *RPS cod. Iureti* affectu *PS* 830 protere *R*[1] proteret *R*[2] exaustis *RS*[1] 831 tellorem *P* terrorem *cod. Iureti* 834 exeam *R* setoso *S* carmen *S* 835 dominus *om. S* amictu *S* 836 finitam *S* pęnitus *R* mitisceret *RP* iram *R* iras *S* 837 obtatae *P* 843 praedicta *v* 845 medicis *S* mercis *P* 846 munifica *v* pęaterent *P* 847 grauisus *P* 848 affectum *PS* 851 usos *R* 852 ne *om. R* 854 penis *P* 856 numerata] admissa *v*

Perge igitur praemissa sequens, promissa reposcens,
antistes, claram caeli sublimis ad arcem,
astrigeram sortite domum rutilamque coronam,
qui cunctam rabiem diri totumque furorem
daemonis in paruam potuisti adstringere muscam.
at nos praesentes semper uenerabimur artus,
donec ad aeternam redeas cum corpore uitam,
sanctorum adnexus tumulis, iungende coronis.
uix solum a nobis potuisti abscondere uultum,
nobiscum pietate manens. te saepe frequentes
inuisunt populi, coram curatio uiuit,
adsunt optatae confestim dona salutis.
uerba silent, sed signa nitent. si corpore paulum
a uisu abstraheris, praesens uirtute uideris.
quam precor ut miseri manifeste in corde poetae
semper adesse uelis, ut, cum meditatio carmen
finierit, teneat transcripta oratio laudem.

LIBER SEXTUS.

Instauras nostram renouanda ad murmura curam,
dum uitam uirtute probas, non clause sacerdos
lege obitus, carnisque tuae sine carne superstes

868] cf. 837.

857 perge] per *S* 858 antestis *P cod. Iureti* ad] in *S* 859 astri-gerẹm (a *supra*) *S* sortire *Wopkens* 862 ad R^1P^1 867 inuisi sunt R^1P *cod. Iureti* oculī *v* couratio P^1 868 atsunt *P* 869 sic *v* 871 misero *v* manifestae *P cod. Iureti* manifesto *v* in *om. cod. Iureti et v* petẹ (o *supra*) *R* petite *P cod. Iureti* petitam *v* 873 laudem. Explicit lib̄·v· in dño (in dño *om. S*) ñ vēr· (hab̄ v̄r *S)* DCCCLXXIIII· Incipit de uirtutibus sc̃i martini praesentibus liber sextus (lib̄·vi· *S*) *PS* Expli lib̄ quartus · de uita sc̃i martini ep̃i · Incp̃ · lib̄ · v: de uirtutibus sc̃i martini presentibus *R*

1 inuitas *v* reuocanda *v* 2 paras *v* 3 carnique *v* surstis *P*

cerneris, expeteris, contingeris atque teneris.
dum largiris opem praesentem, ostendis honorem,
quaerenti adsistens et numquam absconse precanti.
quam bene uicinus propter conplectitur artus
spiritus et sanctum perfundit gratia saxum!
nil longe est pulsante fide. clamantia corda
allegant proprias sine uoce et murmure causas.
mentis uerba legit, qui sensum introspicit et cor
uisit et arcanum percenset pectoris antrum.
  Quinque prius recolens signaui gesta libellis,
de multis uel pauca legens. quota portio nobis
conperta e tantis titulis? quid contigit unus?
exiguum quanta pensat mercede laborem!
indigno rursum tempto praeconia sensu:
tanta sinus fert uota rei bonitate patroni.
praecedit meritum pia gratia: palma tenetur,
nec sentitur onus. nondum libata laboris
cura mihi est: quod uelle iubet, iam muneris arra est.
o quantas potuit maior facundia linguas
hoc operis decorare bono! consueta repelli
carmina non patitur: credit bona, quae sua nouit.
nam certum est iussisse ipsum, quae missus ab illo
interpres temptanda putat, sociatus et haerens
et semper tanti reuerens praecepta magistri,
perpetuo felix doctor uicturus in aeuo.
non famae incertum narrat nec credulus auras

12] cf. V, 805. 26] cf. V, 467. 27] cf. V, 669.

4 adque *R*[1]*P* 6 praecanti *R*[1] 7 uicinos *Iuretus, Barth* complectitur *S* arcus *Barth* 10 alligant *RP cod. Iureti* 12 archanum *S* percensit *R* 13 signauit *S* 14 quo depertio *S* 15 conperta e *Iuretus:* conpertae *RP* comperta *S* quid] quos *v* est? tantos titulos quis contigit unus? *Barth* 17 tempto *Hartel:* tanto *R* tanta *PS* tanta ad *Iuretus* 18 quanta *Iuretus* sinus *Hartel:* sinit *RPSv* 22 quantus *R*[1] 24 credi *S cod. Iureti* 25 est *R: om. PSv* quia *S* ipso *S* 26 inter pretemptanda *R* potat *P* satiatus *S* 27 reuerens *scripsi:* reuehens *RPSv* 28 Perpetuus *v* uicturis *S*[1] 29 credolus *P* auras *R:* aures *PS cod. Iureti* aurae *Iuretus*

rumorum attentas properat uulgare per aures.
coram uisa probat, testis fidissimus adstat,
inspecta adsertor fidei miracula prodit,
luminibus oblata suis et tradita uotis.
huc ex diuersis certatim partibus orbis
agmina conueniunt, numerosas milia causas
multiplicant iterantque preces. dat gratia uelox
optatae pietatis opem. laetantur ouantes
emensi fructum celerem se ferre laboris.
Iam uero obsessos furioso a daemone sensus
huc uocat auxilium, rapit huc curatio uelox.
sistuntur trepidantque rei. confessio clamat
extorta imperio. sub iudice poena salubris
cernitur, et proprias alieno in corpore uoces
edere peruasor captiuo ex ore iubetur.
sentitur iudex nec cernitur impius hostis.
exsul ab erepta properat discedere praeda
inter et instantes fugiens uanescere poenas.
aëria innexum constringunt uincula corpus.
quos rebare uagos, nexos miraberis artus.
firmabunt inspecta fidem. quem poena ligauit,
tormenta inplicitis prodit constrictior ulnis,
pulsat et adfixis obiecta obstacula membris.
quid cum sidentes cancelli in tramite gressus
aërium sustentat iter? nutantia currunt

39—70] Greg. Tur. de miraculis S. Martini I, 2 Cum energumeni per cancellos basilicae ueherentur uolatu aereo, et saepe in puteum qui in ipsa habetur basilica impulsu daemonis iactarentur abstracti, exinde illaesi populis spectantibus sunt resumpti.

34 sq.] cf. Fortunat. C. VI, 3, 175 sq. V. M. IIII, 103. 37] cf. V, 104. Fortunat. C. VI, 3, 16. 52] cf. II, 244.

30 rumorum *Wopkens:* rumorem *RPv* rumore *S* aures *Iuretus:* auras *RPS cod. Iureti* 32 inspector *S* inspectae *v* 33 oblita *S* 34 e *S* partibus (rt *in ras.) R* 36 iterant quę *R* 39 a *R: om. PSv cf. 253* 42 pęna *P* 46 exul *S* discere *P* 47 uaniscere *RP* 48 aeria (i *in ras.*) *P* 49 necxos *ex* nexxos *R* 51 implicitis *S* produnt constrictius *v* 52 adflexis *ex* adflixis *R* obiecta obstacula] obsectacula *cod. Iureti* obiecta *om. v* 53 sidentis *R cod. Iureti*

corpora et inpositum caua subuehit aura uolatum.
quin etiam in puteum, qui templo clausus in ipso
fonte salutiferas eructat concauus undas,
corpora praecipiti iaciuntur concita saltu,
in pronum cogente reo, qui uertice presso
praegressum sua membra caput detrudit in altum
gurgitis et cerebrum membrorum mole perurguet.
sed quis non uideat, cum corpora mersa resurgant,
extentos patuisse sinus, et fulchra fauoris
molliter exceptis ulnas reserasse ruinis?
artus praedo grauat, uitam clementia seruat.
plus opis apparet studium quam poena latronis.
quisque fide nutante labas, adtende: resurgunt
corpora et ad uitam Martino orante trahuntur.
absorbet tantum miserorum membra profundum
nec puteus patulo conclusos ore perurguet.
   Sed quid ego e puteis? fluuius testatur alumnus
mirandae uirtutis opus, qui moenibus urbis
iunctus contiguis adlambit saxa fluentis.
hic medius cellam discriminat atque sepulchrum
diuisisque locis diffusum interserit aequor,
nauiger inque freti speciem se gurgite uasto
dissiciens, longeque suis diuortia ripis

71—105] Greg. Tur. l. c. Alius quoque daemon acquisitum uasculum praecipitem duxit ad amnem, quasi praedam quam ceperat demersurus. sed non defuit perituro beati confessoris auxilium. nam ingressus in flumen et ulteriorem ripam petens nihil nocitus siccis est etiam uestimentis egressus: cumque ad cellulam maioris monasterii peruenisset, mundatus apparuit. hunc etiam testatur [testantur] multas uoces emittere solitum ac lingua gentium incognitarum saepissime loqui uenturaque fateri et crimina confiteri.

55 impositum *S* subuehet *RP* uolatu *R* *fort.* inposito . . . uolatu 57 fonte *Iuretus:* forte *RPS cod. Iureti* eractat R^1 58 cogita R^1 61 perurguet *P:* perunget *R* perurget *S* 63 extentus R^1 64] *hinc pergit V* resaerasse *V* ruinas *S* 66 opes R^1 apparae *P* paena *P* poena (a *in ras. m. 2*) *V* 67 fidei *P* fidenti tante *R* labes *S* attende *S* adtendere surgunt *V* 69 absorbet *S:* absorberet *PV: om.* R^1 abscriberet *addidit* R^2 70 conclusus *R* perurget *RPSV* 71 fluius *ex* fluuus *V* 73 conticuis R^2 74 mediis *P* discriminant V^1 adque R^1P 76 fraeti R^1 77 dissitiens *RV* deuortia *P*

instituens oculos uisu ulteriore fatigat,
et quamquam ualidos lassat tranando lacertos.
hunc fluuium a templo, quod sanctos continet artus
et laudi aeternae felicia membra reseruat,
insanus petiit misero cum corpore daemon,
mersurus raptam uicino in gurgite praedam.
uerum nil patitur miseratio tanta cruentum
atque adimit diro saeuissima iura tyranno.
duratum calcatur iter, solidata rebellat
gressibus et passus properos non adluit unda.
trans fluuium siccas stupuerunt agmina uestes
et gaudens hominem purgandum cella recepit,
quae dudum angelicae felix fuit hospita uitae.
nec quicquam gestum turbatae tempore mentes
in semet reduces sensu tenuere recepto.
Chunorum plerumque sonos fert atque minantum
murmura et incisas fera per conpendia uoces.
auxilium sub teste patens nesciuit adeptus,
muneris ignarus tantoque e munere saluus.
plerumque inflexas aliena ad murmura linguas
possessor miseri rapiebat spiritus oris,
ut Graecis fluerent Gallorum uerba loquellis
et fando exprimerent gentem nec nomine notam.
quisquamne hunc sensu proprio putet esse locutum,
qui fatur non nota sibi? de pectoris antro
mugit et edomitam flectit possessio linguam,

102] cf. V, 805.

79 quanquam *R*² ualidus *R*¹ nã nando (nã *in ras.*) *R* tranandos *V*¹ 80 fluum *P*¹ s̃cs *RPV* 81 *om. R* 83 surgite *P*¹ 84 nihil *P* 85 adque *R*¹ adimet *RPV cod. Iureti* 87 passos *PV cod. Iureti* 88 fluium *V* 89 cellare coepit *V* 90 quae dudum] quaedum *R* 93 hunorum *S* fert atque *scripsi:* fractaq; *RPSV cod. Iureti* et fracta *P. Pithoeus v:* fractaque *retinendum et uu. 93. 94 post u. 97 ponendos esse C. Schenkl existimat* 94 compendia *S* 96 e *om. P* funere *Barth* 98 possesor *R* possor *P*¹ rapebat *P* 99 grecis *RPV* loquellis *PV:* loquillis *R* loquelis *Sv* 100 et fando *Iuretus:* effando *RPSV cod. Iureti* 101 quisquam nec *P* quisquamne uoto hunc (*om.* sensu) *S* 102 fator *V* 103 mugite te domitam *V* possesio *V*

ut chordae id resonant motus, quod plectra pererrant,
imperioque manus neruorum fila loquuntur.
  O quotiens urguente deo uentura fatentur,
et quorum oblectant semper mendacia fraudem,
extortum a domino coguntur dicere uerum!
quae poena est manifesta loqui! praeceptio uocem
elicit et cedit mandato obpressa uoluntas.
  Inlustrem uirtute uirum, sed moribus almis
plus clarum magnumque fide, qua celsior extat,
Aegidium hostilis uallauerat agmine multo
obsidio, obiectis quae moenia sepserat armis,
auxilia excludens et clausos uiribus urguens,
ut minus obsessis faceret diuisio robor
nec iungi ad bellum socialia castra liceret.
uerum praesidio domini deiecta fugantur
milia et egressum portis bipatentibus agmen
restaurat solidas securo principe uires.
interea trepido uicinia maesta pauore
pallebat tanti proceris discrimine, et omnis
anxia pendebat populorum cura pauentum,
dum se quisque putat similem perferre procellam
inque uno nutat, quidquid consistit in uno.
ergo aliquis forte ex illis, quos tetrior ira
traxerat ad uotum sorbendi in caede cruoris,

111—151] Greg. Tur. l. c. Egidius quoque cum obsideretur ab hostibus et excluso a se solatio turbatus impugnaretur, per inuocationem beati uiri fugatis hostibus liberatus est. idque daemoniacus in medio basilicae ipsa hora qua gestum fuerat est professus sancti Martini obtentu hoc fuisse concessum.

113] cf. Coripp. Ioh. III, 5.

104 cordae *S* m∗otus *V* 105 locuntur *R* 106 quoties urgente *Sv* 108 uerum *P*: uerbum *RSV cod. Iureti* 109 manifeste R^1PV 110 et licit *V* obpraessa *P* oppraessa V^1 oppressa RSV^2 112 quia V^1 113 egedium *R* egidium *PSV* agmina *P* 114 obsiduo R^1 115 urgens *RSVv* 116 rubor P^1 robur *Sv* 117 ne R^2 121 uicina PV^1 *cod. Iureti* mesta *S* 122 pallebat *scripsi:* pallaebant *S* pallebant *RPVv* proceres R^1 123 anxi *P* pandebat *S* 125 utat *R* mutat *P* quicquid R^2SV

praecipiti ad nutum domini quasi turbine raptus
praecedensque citos trans flabra et nubila uentos
gestorum seriem captiuo e corpore prompsit,
proclamans isdem momentis, tempore eodem
obsidione urbem Martino orante solutam,
atque ipsi donasse deum populumque ducemque.
mox patuit manifesta fides seriemque probauit.
ipse dies, eadem hora fuit, nihil ordine uerso,
inuitumque hostem non fallere poena coegit.
ut Balaam, domini cupiens maledicere plebem,
extorquente deo coetum benedixit ouantem,
haut alio penitusque ipso rerum ordine uenit
nuntius, illam urbem tanta obsidione solutam,
praecipitem Rhodanum molli quae ponte subegit
et iunxit geminas conexo tramite ripas,
ut siccum praeberet iter, quod puppibus instat
desuper et presso nutans uia pendet in amne.
hanc quoque praesenti sociatus, sancte, patrono
eripis, et cogis trepidum tua uota fateri,
quae nollet donata tibi. reus adstat et Euro
ocior amissa optatae specularia caedis
non tacet inuisaeque sibi fit praeco salutis.
haec quoque discussis patefecit calculus horis
ipso, ut res docuit, conpleta et prodita puncto.
   Iam uero erga omnes curatio quanta medellas,
non medicante manu, non suco adlata salubri,

130] cf. V, 408. II, 609. 137] cf. IIII, 180. 137 sq.] cf. Num. 22 sq. 140] cf. 132.

129 cito *R* fabra *PS*[1] 130 promsit *PV* 131 *om. v* isdem *R:* hisdem *PSV* 132 salutam *P* 133 ipsum *v* docemque *P* 135 ora *RV*[1] 136 non *om. v* fallire *P cod. Iureti* 137 balacon *P* cupiens domini *v* 139 aut *R* haud *S* pẹnitusque *R*[1] ipso *Sv:* ipse *RPV* 140 solutam] ụẹṇịṭ (solutam) *P* 141 rodanum *RSV* rodonum *P* molliq; *R cod. Iureti* molli quem *Sv* pontes *R*[1] 142 unxit *V* tramine *S*[1] 143 *fort.* quae pupibus *P* 144 praesso *V*[1] 147 reos *PV cod. Iureti* 148 otior *V* admissa *v* obtatae *RP* specula *R* 149 *solus seruauit R: om. PSVv* preco *R* 150 oris *R* 151 conplecta *R* completa *S* et *om. V* 152 ergo *RV cod. Iureti* omnis *RPV cod. Iureti* 153 allata *S* sulubri *P*

nec ferri perpessa aciem nec graminis haustum
ulcere nec raptum resoluti sulphoris ignem,
sed uerbo medicante fluens recteque probata
praecipiti uirtute fide, quae comminus adstans
omnibus inuitat trepidos, dum sanat adeptos.
hic caeci ignotae stupuerunt munera lucis,
hic alacrem cursum uegetato corpore claudi,
hic noua conlatae uocis discrimina surdi:
quot causae adtulerant cladem, tot dona salutem
restituunt. semper poenis numerosius adstat
praesidium praesensque fugat tutella periclum.
  Experta est tantam paralytica uirgo medellam,
adficiens miseros longo maerore parentes.
namque omnem membrorum usum uiolentia morbi
abstulerat, cunctisque simul praemortua neruis
exanimos penitus stratis reiecerat artus,
et solo uiuens gemitu spiramine fesso
et flatu exiguo stomachum quatiebat anhelum.
haec sancti ad meritum manibus delata parentum
propter uicinum iacuit miseranda sepulchrum.
alterno nunc ora rigant rorantia fletu
inque uicem effuso lacrimarum flumine certant.
permouit sanctum clementia. uix leuis artus

165—214] Greg. Tur. l. c. Puella quaedam paralysis humore grauata et quod peius est errore cultus fanatici inuoluta beati sepulcrum expetiit uigiliisque celebratis sanitati est reddita. rursum autem ad idololatriae uomitum reuocata languorem, quo obtentu beati pontificis caruerat, iterato incurrit.

160] cf. III, 333. II, 535.   169] cf. V, 332.   175] cf. IIII, 274.

154 non ferri *S*   haustu *R*   155 sulphuris *S*   157 fides *Barth* communus *V*¹   158 inunat *S*¹   trepidos *S:* trepidus *RPV*   trepidat *cod. Iureti v*   sanat *om. S*   adeptos *S:* adeptus *RPV cod. Iureti v*   162 quod *PV*   attulerant *S:* ad- (at- *PV*) tulerunt *RPV*   attulerint *Iuretus*   salutis *S*   164 tutella *R:* tutela *PSVv*   165 tantum *R*¹ paralitica *RP*   medelam *Sv*   166 afficiens *S*   longa *R*¹   167 uisum *V*¹   169 examinos *R*   exanimes *S*   pęnitus *R*   170 fessos *S*   171 sthomachum *V*   anhellum *R*¹   172 mirum *S*   173 iaicuit *V*¹   176 permonuit *S*   s͠cm *bis R*¹

attigerat miseros benedicti tactus oliui,
exiluere pedes, nerui sumpsere uigorem,
et ualida optatos senserunt bracchia motus,
erectaeque manus digitis lusere solutis.
gaudia confestim miseri uotiua capessunt
et uix tam trepidi credunt, quae credere malunt.
mutatur rursum facies meliore sereno
et noua perspicui rapiunt miracula uultus.
  Attamen haut longa hoc meritum seruauit honestas.
qui nunc adsiduis onerabant limina uotis,
spondentes celerem post praemia tanta recursum,
atque inopum sumptum mox largitione leuandum,
munifice quos sanctus alit uestitque sacerdos,
consuetam deuotus opem dum praestat egenis
expensisque suis ditescit prompta uoluntas,
anguis ut antiqui dirum rapuere uenenum
atque idem serpens, qui quondam suaserat Euam,
hos quoque consilii similis liuore coegit
neclectam calcare fidem, tum praua uoluntas
consiliis addicta malis diuersa uolentum
paruit infelix foeda ad mendacia uerbis,
inmemor inspecti penitusque oblita fauoris.
idolicos petiit uesano pectore ritus,
dispositum mutauit iter uegetamque puellam
auctori uitae abripuit diroque latroni
dedidit, ingratus fidei, sed subditus hosti:

182] cf. V, 388. 195] cf. II, 57.

177 benedictis *S* 178 exsiluere *PVv* uigorem *Iuretus:* rigorem *RPSV* 179 brachia *PSV* motos P^2V^1 182 tam *PV:* tamtam *R: om. S* mallunt *RPV* 183 rursus *v* 185 aut R^1 hand R^2S 186 assiduis *S* honerabant R^1 188 adque R^1 lauandum *S* 189 quo *V* 190 cum *S* 191 ditiscit *RV* di*tiscit *P* prum^p^ta *V* 193 adque R^1 condam *V* euuam RPV^1 194 similes *R* 195 neglectam *RSv* tum *scripsi:* dum *RPSVv* parua *P* 198 paenitusque R^1 199—202] *subiectum deest, nisi* error (204) *etiam huc refertur: quod cum uix probabile sit, C. Schenkl unum seu plures uersus intercidisse putat, quibus patris puellae mentio fiebat* 199 petit *P* repetit *v* uaesano *RPV* ritos PV^1 201 auctore *P* 202 dedit R^1PV *cod. Iureti* hostis *P*

uerum ubi tartarei feralia busta tyranni
eminus aspexit deceptae uirginis error,
concidit, et dono tanti spoliata patroni
addicta est propriis eliso corpore morbis,
donec sanatam dono anteriore puellam
mors raperet duplicata malis et debita poenis.
quam melius tantae recolentem dona medellae
ad uitam aeternam uel praesens uita uocasset,
iure ut euangelici meminisset credula uerbi,
quo iussum est domini sanatum munere seruum
peccatum uitare suum, ne rursus in ipsum
pergeret et culpam poena grauiore piaret.
Interdum iniustos iusto terrore coegit
uirtutem sentire dei. nam saepe rebelles,
si nondum praecepta regunt, uel uerbera cogunt.
Cum subito pauefacta metu grauiore periclo
auxiliatores pateretur Gallia Chunos
(nam socium uix ferre queas, qui durior hoste
extet et adnexum foedus feritate repellat),
horum unus, stimulis furiosi daemonis actus,
inrupit sacram domini praedo inprobus aedem.
inde altare dei gressu temerare profano
ausus et intuitus furialia uota secutus
abripuit sanctam dextra uellente coronam,

218—249] Greg. Tur. l. c. Chunus quidam rabidus, instinctu daemonis actus, coronam sepulcri quae sancti meritum declarabat uiolenter arripuit. mox lumine priuatus praedam cogente dolore restituit, lumenque quod perdiderat recepit.

205] cf. II, 628. 211 sqq.] cf. Ioh. 5, 14. 222] cf. 39.

203 tartartarei *R* furialia *S* tiranni *P* 205 donatantis *V* tantis *R*[1] 207 anteriore *S:* ante priore *RPV cod. Iureti* dominante priore *v* 208 debita] dibitata *R*[1] poenis] bonis *S* 209 medelae *Sv* 212 uissum *P*[1] est *om. v* 213 rursum *P* 215 iniustus *R* tortore *S* 217 regum *P* 218 pauefacta* *V* periclo *om. cod. Iureti v* 220 hostem *R* 221 ræpellat *V* 222 horum (hor *in ras.*) *R* 224 altarem *R*[1] 225 intuitu *v* furiali *PV cod. Iureti* secutos *PV cod. Iureti* 226 arripuit *S* scm̃ *P* dextra *om. cod. Iureti, unde* tumulo *pro* dextra *v ineptissime*

quae meritum sancti propter coniuncta docebat,
effigians illam, quam Christo iudice sumpsit,
fulgentem astrigera caeli sublimis in arce.
sed sensere oculi culpam, quod nuntia cordi
lumina perspectam uoluerunt condere praedam.
intuitu peccauit ouans nec cernere quiuit,
quae rapuit, liquitque oculos subtracta uoluptas.
obsessos gemuit uisus quasi nocte diurna,
et circumfusae quaerens solacia lucis
uicinum doluit tenebris densiscere solem.
quid stupet aspectum subita caligine clausum?
iam tum caecus erat, male cum rapienda uidebat.
uerum ubi quaerenti crimen detexit amico
et percontanti nudauit gesta sodali,
praegressum ceu nocte ducem cogente secutus
dissimili petiit benedicta altaria uoto,
edomitus iam clade sua propiorque saluti.
confessus commissa reus seque ipse salubri
iudicio damnare uolens meruisse uidetur
hinc ueniam, quod se poenam meruisse fatetur.
conpensat plectenda dolor: peruasa reformat,
amissa ut capiat: sumit sua, quae tulit offert.
mens peruersa habuit poenam, conuersa medellam.
  Ast alius caedem sitiens uiolentior ira,
daemone feruidior, qui capto in corpore clausus

250—264] Greg. Tur. l. c. Quidam uero a tentatore commotus prolato gladio, cum quendam ferire conaretur in atrio confessoris, protinus ira in se retorta, ueloci iudicio dei prosequente, ipso se mucrone perfodit.
229] cf. V, 858 sq. 251] cf. 130.

227 quae ritum *P* queritum *V* merito *ex* meritu *R* 228 effugians V^1 229 astringera R^1 celi *P* 230 cordis *v* 231 condere *S*: comedere *PV cod. Iureti* demere (de *in ras. 4—5 litt.*) *R* 232 quiuit] *additum in margine P m. 2* samuhel 234 diurnas R^2 235 sollacia R^1 solatia *Sv* 237 stupit R^1 stupuit *PV* stupes *Brandes* 238 tunc *v* 242 petit *R* altario *V* 243 propiorque V^2v: propriorque $RPSV^1$ *cod. Iureti* 246 patetur R^1 247 compensat *S* dolo *S* (praedam cogente dolore restituit *Greg. Tur.*) 249 peruersa *Iuretus:* peruasa *RPSV cod. Iureti* 251 cluasus *ex* duasus *S*

tartareo miserum furiosus iure premebat,
perculit obsessum funesto a daemone corpus,
hospite tam diro tanto crudelior hostis,
sanguineumque ensem perfosso in pectore mersit.
uerum persistens insania uel furor idem
spumantem gladium, rorantem et sanguine dextram
uertit in auctorem sceleris uix caede peracta,
et latebras tanti sceleris mucrone resoluit
ac facinus male conceptum per uiscera quaerit.
quam cito iudicium uelox uindicta probauit
et se cum tali admisso propera ultio iunxit!
nec quisquam dura ista putet, cum pauca timorem
signa acuunt, poena exterret, formido medella est.
  Ornatum sanctis altaribus addere gaudens
certatim populus studio properabat ouantum.
uerum cum pulchras molitio tanta columnas
temptaret sancti transferre ad limina templi,
quidam tam properis caecato corde rebellans
obuius ire parat uel talia coepta morari
instinctu inpulsus furiosi daemonis audet,
insuper uxori minitans, quod fletibus eius
expletum pensaret opus, cum forte propinquo
rure habitans quaesita operi instrumenta dedisset.
nec mora et in parui uada perlucentia riui
praecipiti deiectus equo non repperit ullas,

265—290] Greg. Tur. l. c. Denique cum populus ad beati templi ornatum columnas deferre cuperet gaudens, quidam uir, qui operi huic inuidus et contrarius fuit, multa ⟨in uxorem⟩ minabatur, pro eo quod solatium aliquod ad plaustra ⟨uehenda⟩ petentibus praeberet. cumque superbus equum feriret, in paruo fluuiolo praecipitatus . . . ictibus suis suffocatus interiit. tunc iuuene [*fort.* funere] praecedente columnae usque ad beatum templum delatae sunt.

268] cf. IIII, 21. 271] cf. 222.

252 premaebat *V*[1] 253 percolit *PV* pertulit *S*[1] 256 uerum (ubi) *R* 258 autorem *V*[1] 259 resoluti *V* 262 ultio** *R* unxit *P* 263 ne *S* quicquam *P* 264 accuunt *P* medela *Sv* 266 populos *R*[1] 269 prosperis *S cod. Iureti* 271 instincto *RP* infucto (n) *V* 272 quo? 274 hauitans *R*[1] 276 aequo *R*[1] repperit *Iuretus:* reppulit *RS cod. Iureti* repulit *PV*[2] repullit *V*[1]

quae possent pronum corpus demergere, lymfas.
mergendus quaesiuit aquas tenuique fluento
incubuit: moriens quas presserat hausit harenas.
naufragium sine puppe rapit, sine flumine gurges.
agnoscunt elementa deum. nil casibus inde
mentiri licuit, quod iussio sola peregit.
non illas certe lacrimas tua funera flenti
praemissae mouere minae, sed plangit ut ante
ominis exosi uates uentura canebas.
praecedis nostras iam non prohibendo columnas,
nec rapis ornatum templi, rapiende sepulchro.
sed populus maiore fide deuotus et instans
praecipuum celerauit opus. uirtute probata
iudicium emicuit, praesens deuotio creuit.
  Iam posito terrore leges, correcte periclis.
munera praecipui numerabis blanda patroni
et post percussum uicto serpente uenenum
nectarei primum suco gaudebis oliui.
quod quotiens sancti uicinia iuncta sepulchri
comminus excepit, mutauit uera liquorem
gratia et aduexit properas festina medellas.
  Perlatum obtulerat felix antistes oliuum
incunctante fide, quod spiritus ille rigaret

298—319] Greg. Tur. l. c. Quoties etiam ad beatum sepulcrum oleum fuisset positum, referunt illud uidisse adauctum. sanctus uero Perpetuus episcopus, merito beati discipulus praeconandus, ampullam cum oleo ad sanctum tumulum detulit, ut eum [*i. e.* id] uirtus iusti infusa sanctificaret. et eraso a marmore, quo sancta membra teguntur, puluere ac liquori permixto, ex quo in tantum oleum redundauit, ut uestimentum sacerdotis nectareo effragrans odore oleagina unda perfunderetur. multique ex hoc infirmi experiere salutem.

299] cf. V, 134.

277 possent *Sv:* possint *RP* possit *V* lymphas *Sv* 279 ausit *R* arenas *V* 280 gurgis *RPV* 281 aelementa *R*[1] 284 ut ante] inanem: *Hartel* 285 ominis exosi uates *P. Pithoeus:* omnis et exosi uatis *RPSV cod. Iureti* 287 nec] non *S* rapiendo *R* rapiendet *V*[1] 291 legis *P*[1] legens *v* correcta *V* 292 numerabilis *PV cod. Iureti* 293 excussum *Wopkens* uenum *P* 295 quoties *Sv* uicina *S*[1] 296 excepti *PSV cod. Iureti* 297 medelas *Sv* 298 antestis *PV cod. Iureti*

et noua contigui perfunderet aura fauoris,
Perpetuus, domini non solum nomine cultor
et praegressa pii sectans exempla magistri.
hanc cum uellet opem ueneratus ferre saluti
expertumque bonum cunctis adhibere medellis,
abrasus propere benedicto e marmore puluis
admixtus sancto uires duplicauit oliuo,
ut sic resperso uirtus geminata liquori
augeret contacta fidem, sociata salutem.
uerum ubi uel modicam sensit uicinia micam,
gratia contactum uelox suspendit oliuum
et tumor exundans efferbuit. auxit abundans
copia quod coram prolato munere creuit.
celsior ore suo diffusio claustra rigauit.
et tamen exundans non fecit gratia damnum,
et subiecta fluens et semper plena repletis.
non maculat umquam madidas haec gloria uestes:
maiorem haec retinent inspecta Siloa nitorem,
quae tantum testantur opus. non abluat ullus,
quae uirtus tanto indicio perscripta notauit.
Nec clausa est laus ista loco: sectata fideles
gratia sublimes titulos et in aëra misit.
ipsae etiam sancti meritum sensere procellae,
grandinis et terror densatis nubibus haesit
uastandisque locis clementior ira pepercit.

302] cf. II, 109. 317] cf. Ioh. 9, 7 et 11. 321] cf. V, 435.

301 solo *coni. Iuretus: at cf. I, 44* 302 sed *Barth* pergressa *P* 303 hanc *S*: hunc *RPVv* 304 adibere *V* mẹdellis *R* medelis *Sv* 306 admictus *P* 309 uicina S^1 310 contactam *R* 311 efferuit *RPV* ausit *R* 315 et *ante* subiecta *om. R* 316 quamquam *Gronov* madidus R^1 uestes gloria S^1 317 inspecta *cod. Iureti v*: inspecta et *R* inspectae *PSV* ut stagna Siloa *Barth* infecta et Coa *Gronov* 318 totum *v* abuat (i *suprascr.*) *R* abnuat *coni. Iuretus* 319 tanta *R* prẹscripta *S* 321 sublimis *RPV cod. Iureti* in aëra] iẹra *P* 322 ipse *P* 323 densetis *R* 324 clementior *Iuretus*: dementior *RPSV cod. Iureti*

Quidam confidens ueram se ferre salutem,
si quicquam e sancti licuisset limine templi
ad propriam deferre domum, benedicta salubris
congaudens famulus suscepit praemia cerae.
experta est gauisa fides, quid pectore toto
senserit: auxilium spes expectata reuexit.
euasit protectus ager iacula illa liquoris
saxea et adstrictae glacialia uerbera lymfae,
hac fructus satione tegens, quae condita terrae
extendit patulos uotiua ad tegmina ramos.
indultum stupuit uicinia cuncta fauorem
et patuit ueris uirtus iam cognita signis.
Non ego centenis possem haec praeconia linguis
cuncta loqui aut tantas uirtutum euoluere palmas.
nec mihi mendacis pulsanda oracula Foebi
nec confictarum plectra expectanda sororum.
nos alter repleat tantae ad praeconia laudis
spiritus et nostro det uerba et gaudia cordi.
ut uerum cantare queam, mea Musa patronus
me foueat uegetetque meum sua gratia sensum,
ne uincar splendore operis neu lumine tanto
obrutus instabiles oculos a luce reflectam,
perspicuoque canam celsa et caelestia sensu.

325—336] Greg. Tur. l. c. Cum autem ad templum sanctum quidam deuotus fide plenus accessisset, et gratiam sancti sitiens cogitaret quid de beata aede raperet ad salutem, prope sepulcrum accedens aedituum supplicat, ut sibi parum [per] benedictae cerae largiretur e tumulo. quam accipiens laetus abscessit et agro, cui frugem seuerat, confisus imposuit. adueniens autem tempestas saeuissima, quae uiciniam in annis praecedentibus saepe uastauerat, ab hac est prohibita benedictione, nec ibidem ultra, uti consueuerat, nocuit.'

330] cf. V, 466. 344] cf. IIII, 276.

325 se ferre] referre *R* 326 e sancti] escim *R* 327 adpropiam *R* 328 famulis *S*[1] caere *V* 330 expecta *R* reuixit *SV* 332 lymphae *Sv* 333 ac *Sv* 334 germina *S* 335 uicina *R* 336 ueris] uires *S* 338 •aut *V* 339 mandacis *P*[1] pulsando *RPV* phoebi *Sv* 340 exspectanda *Vv* 343 ut] et *R* queat *S* queat mea Musa, *Brandes* patronos *R*[1] 344 uegitetque *ex* uetigetque *S* 345 neu *SV*; ne *RP* 347 canum S celestia *R*

crede deo, lecture, pio, quae credere nobis
ambigis, et Christo cuncta haec procliuia nosces,
quae dedit et sancti titulis adcrescere iussit.
  Obsequium sollemne pio deferre quotannis
adsueuit populus, reducis cum circulus anni
instauraret ouans sanctae mysteria Paschae.
inuitat properos ueneratio plurima cellae,
quae tam praecipuo patuit fida hospita sancto,
angelico possessa uiro. prona ora madescunt
fletibus et lacrimis sancti uestigia quaerunt.
quae loca contigerit psallens, quae presserit orans,
hinc meminisse uolunt, in quo libauerit escas,
inmensa exiguo laxans ieiunia gustu,
caelesti auxilio excubiis quae cella quietem
fouerit atque breuem membris largita soporem

351—460] Greg. Tur. l. c. Magnifica uero atque desiderabili paschali festiuitate adueniente populus ad beati cellulam, in qua commoratus saepe frequentauerat cum angelis, deuotus aduenit. et singula loca allambens osculis uel irrigans lacrimis, [in] qua uir beatus ante sederat aut orauerat siue ubi cibum sumpserat uel corpori quietem post multos labores indulserat, classe nauium praeparata amnem transire parat, ut beatum sepulcrum adeat et cum fletu ueniam deprecans coram confessore se prosternat. nauigantibus autem illis tentatoris impulsu commoto uento classis in profundo demergitur et sexus uterque ab amne diripitur. cumque inter procellas fluctuum rotarentur et spes omnis euadendi deperisset, una omnium uox in clamore profertur dicens: miserator Martine, eripe a praesenti interitu famulos famulasque tuas! his dictis ecce afflatus aurae placidus artus submersorum subuehens ab undis illaesos omnes litori, quod desiderabant, unda famulante restituit. nec ullus deperiit, sed cuncti saluati paschalia festa summa cum exsultatione perfuncti sunt. non enim defuit illa uirtus, quae Iordanem scindens populum sub aquarum molibus margine arente traduxit, ... uel quae nautam submersurum, Martini dominum inuocantem, de profundo pelagi ad litus quod optabat elicuit.

353] cf. V, 652.

348 pi•o *P* 349 noscens *R* 351 solemne *RPV* 352 populis *V* circulos *V* 353 instaurarit *R* instaurat renouans *v* sancti *S* misteria *P* 354 properor *PV cod. Iureti* propriae *v* cęllae *R* 356 angelica *P* possesa *R* 357 uesgia *R* 358 psallenq; *R* praesserit *V* 359 aescas *S* 361 caelestis auxilii excubiisq; cellam *R* 362 adque *R*[1]*P*

sublimem uigili recrearit imagine mentem.
huc populum congaudet ouans perducere pastor.
transfretat exceptum numerosis puppibus agmen,
et fluctus sub classe latent. huc sexus et aetas
omnis adest. uacuae resident custodibus aedes.
e cunctis alterna fides penetralibus adstat.
  Interea infusus mortis uel criminis auctor
inuidiae liuore suae conatibus istis
obuius ire parat, nauemque adgressus onustam
fluctibus in mediis uastoque in gurgite mersit,
inuoluens alto simul omnia rapta profundo
inplicitumque trahens decursu fluminis agmen.
quam cladem expectabat ouans quantoque triumpho
optata innumerae numerabat funera mortis,
diuulsos rapiens nutricum a pectore paruos
dispergensque uagas super inuia caerula clades,
ast alios cernens nexu ceruice grauata
mergere depressum quod strinxerat ulna cadauer,
hos madida iam ueste trahi, sed quaerere caelum
lumine et infusas uel murmure pellere lymfas.
interea concors Martini in nomine clamor
auxilium caeleste ciet. prosternitur omne
uulgus et humentes fletu perfundit harenas.
debebat tam laeta dies specialia maestis
gaudia et eximium sollemni in tempore munus.
adfuit in mediis confestim mitior undis
spiritus et dirae rapuit iura inproba morti.

366 sq.] cf. IIII, 258 sq. 378] cf. V, 786. 384] cf. V, 556.

365 numerosi *R* 368 e *scripsi:* et *RPSVv* penetrabibus *V* 369 infususos *PV* infusus hos *cod. Iureti* infuso *v* 370 inuiduae *S*[1] 371 ob∗uius *V* aggressus *S* 376 optata *V:* obtata *R* ob- (op- *S*) tatae *PSv* innumerae *om. PS cod. Iureti v, sed in S spat. 7 litt.* 377 diuersos *S* 378 cerula *PSV* 379 alios *S:* alio *RPVv* 380 merge *V* extrinxerat *V* stringeret *S* 381 madida (i *in ras. m. 2*) *V* trahis *R*[1] celum *V* 382 *om. S* 383 in *delet Brandes* 385 arenas *RPV* 386 mestis *P* ᵐętis (m *add. m. 2*) *V* 387 solemni *P* 389 improba *S*

suspendit uaga membra liquor. solidata saluti
lymfa artus subuexit aquis. non icta natatu
nec permutatis sulcata et saucia palmis
inmotum gestauit onus ripisque reuexit
gaudia, et aduectam numerauit laeta salutem.
agnouit natum genetrix, infantia matri
haesit et amplexu genitor sua pignora fouit.
frater, mater, erus, famulus, matrona, propinquus
conlato coiere gradu, gratesque resultans
uox cecinit sanctisque deum laudauit in hymnis.
uix audet quisquam confestim credere uisis,
consulit et trepido dubitantia lumina uoto.
nec fracta est terrore fides: properatur ad amnem.
ocius instaurat uegetas noua gratia uires.
non habitum mutare placet. cum uestibus isdem
exsultant, madidoque fides non alget amictu.
sic ripa ulterior tanto gauisa triumpho
'cantemus domino' laetata et credula dixit.
praeda inlaesa canit, submersus praedo remansit.
    Ecce iterum dominus scisso Iordanis hiatu
diuisum patefecit iter populumque per amnem
praegressae iussit se iungere comminus arcae.
ad fontem remeans uertit sua flumina gurges
et sistens cursum refluus properauit ad ortum.
haec loca calcatis populus protriuit harenis,
nauita quae trepidus remo ueloque cucurrit.

399] cf. III, 332. 403] cf. IIII, 532. 409 sqq.] cf. Ios. 3.

390 uagu *P* m̃bra *S* 391 lympha (a *in ras.*) *S* aquis *S:* quis *RPV cod. Iureti* ictu *PV* natato *V* iet unatatu *R* hictu natatu *cod. Iureti* natantum *Hartel* 392 permotatis *Iuretus fort. recte* 393 inmutum *P* 394 numerarunt *v* (*sed* numerauit, *scil.* lympha, *etiam cod. Iureti*) salutes *R* 397 hẹrus *R* herus *S* propinquis *P* 398 coire *RPV*[1] gratasque *P* 399 ymnis *P* 400 audae *P* 401 dubio trepidantia *v* 404 hisdem *PSVv* 405 insultant *R* exultant *S* 407 laeta *cod. Iureti v* 408 inlesa *PS* summersus *S* 409 scisso *S:* scissu *RPV* sciscu *cod. Iureti* scissi *v* iatu *R*[1] 411 se *om. P* se coniungere *R* 412 gurgis *RPV* 413 ortu *R* 414 arenis *RPV*

Quas terrae pontique uias non nominis huius
gloria pernici penetrauit concita saltu,
aequoreas egressa uias et peruia nautis
uasti dorsa maris? ualidis abrepta procellis
puppis in ignotum longe delata profundum
extra hominum classisque uias torpore ligatum
turbinis inpulsu praeceps inruperat aequor.
egressum spes nulla dabat. nam glute liquoris
inmota obsistens pontus tabulata tenebat
obsidione maris. cupientes flamina nautae
tempestatis opem mallent et turbinis iras,
fluctibus in mediis facientes uota procellae.
uerum nulla datur miseris exire potestas.
naufragium tam segne tenet sine motibus ullis.
quae natat in pelago, non enatat. haeret in undis
detestanda quies. pontus quod sustinet, obstat,
nec uehit inpulsu puppem nec sorbet hiatu.
effugii spes nulla patet. nam seruat in undis
fluctibus adstrictam torpens custodia praedam.
spes est una deus solus. quaecumque creauit,
et regit. imperium seruant elementa creantis.
ad nutum domini raptim commota quiescunt,
insuetos motus propere torpentia discunt,
dispositisque prius rebus dat iussio legem.
Quidam rumorem sensu meliore secutus
Martini titulos fama uulgante per orbem

416 uias *bis* S^1 417 penetrauerit *R* 419 abrapta *P* arrepta *S* 420 in *om.* *R* 421 clausisque *S* 422 praeces *P* 425 flumina *R* fla*mina* *V* flamina nautae .... 427 facientes *om.* *v* 426 mallent et turbinis *V:* mallent eturbinis *R* mallentae turbinis *P* malentes turbinis *S* 429 tenet] te et (*spatium unius litt uac. relict.*) *R* 430 quae natant R^1 433 effugii spes *scripsi:* effugiis spes *R* effugiis per *PSV* effugii (*om.* spes) *cod. Iureti* effugii uia *v* seruant R^1 435 est] et R^1 unda *R* solum *S* quaecumque creauit, et regit. *Hartel* quaecumque creauit et regit, imperium seruant elementa creantis. *ego* deus, solus qui cuncta creauit et regit imperium seruans. elementa creantis ad nutum *Brandes* 436 inperium *P* seruant *Sv:* seruante *RPV* elemanta P^1 438 insuetus *R* 440 *om.* *S*

conpererat, plena atque piis miracula gestis.
hic cogente malo solam ratus esse salutem
ad uerum clamare deum, sic forte precatus
ad caelum uisus lacrimarum fonte rigatos
erigit atque oculis cordis penetralia iungens
'aspice' ait 'miseros, spes una et uera salutis.
Martini miserere deus, qui tanta per illum
sparsisti in populos diuini signa fauoris,
et meritum uirtute probans excedere terras
iussisti titulos etiam trans aequora claros.
ille suis soluat uel laxet uincula puppis
suffragiis, cogat diuisas cedere lymfas
et tandem fluidum rarescere gurgite pontum'.
nec mora et adlapsi propere uis maxima uenti
expulit abreptam discisso gurgite nauem
et uexit facili super inuia caerula flatu,
moxque exoptata portus statione refouit
nomine Martini uectos simul atque reuectos,
adsiduaque fide dona exorata canentes.
Quis tandem haec sensu capiat? quis carmine pingat?
quis numerare queat, quis promere? uincitur omne
ingenium, cohibent pressas praeconia linguas.
attamen inferior titulis, quos gloria comit,

445] cf. IIII, 231. 448] cf. V, 777. 449] cf. I, 239. V, 83. III, 53 sq. 450] cf. 2. II, 507. V, 435. 457] cf. 378. 458] cf. V, 783.

442 conpereat *PV* compererat *S* plena atque *scripsi:* plenaque *RPSv* planaque *V* 443 raptus esset *P* 444 precatus *Iuretus:* praecatur *R*[1]*V*[1] precatur *R*[2]*PSV*[2] 445 rigatus *P* 446 adque *R*[1]*P* 449 in *om. V* diuina *S*[1] pauoris *V* 450 probant *PSV* 452 ille suis *RP:* illeuis *V* inlesę *S* uallax et *R* uellaxet *P* uellax et *V* 453 limfas *R* lymphas *Sv* 454 tantum *cod. Iureti v* fluuidum *PS* fluitum *cod. Iureti* fluctum *v* rariscere *R*[1]*PV*[1] pontus *S* ponti *v* 455 adlabsi *R* prore *P* 456 expuli∗t *V* arreptam *v* 457 facilis *R*[1] cerula *S* 458 mox *S* refouet *PV* 459 nomin∗e *V* uectus *RPVv* adque *R*[1] reuectus *PVv* 460 assiduaque *S* 463 ingenitum *RPV cod. Iureti* praessas *RV*

quae conperta mihi totiens uel scripta relegi,
cum fari ut dignum est nequeam, uel tangere nitar.
Quidam de sancto repetens sua limina templo
praesidium domui credens se ferre salutis
detulerat secum sanctam ad penetralia ceram,
fidens quod tanti benedictio iuncta patroni
tam iustae fidei meritis uirtutis adesset.
et iam tempus erat prodi documenta fauoris.
forte per elapsum serpens incautius ignem
flamma uorax, uires augens per pabula ligni,
urguebat iam clade domum. uapor undique in auras
plurimus undantem glomerabat turbine molem.
arida sorbebat rapiens atque obuia lambens
et solas linquens de tanta clade fauillas.
nec spes effugii propius flagrante periclo.
sepserat incumbens propter penetralia terror
et tam contiguam uicina pericula praedam.
ad sanctum rediere preces. clamore fideli
poscitur atque iterant crebrae pia nomina uoces.
ipse erus accensae rutilantia lumina cerae,

467—499] Greg. Tur. l. c. Quidam pro benedictione aliquid de sancta aede assumere flagitans aliquid cerae de sepulcro sancti accepit et infra penetralia domus tamquam thesaurum caelestem reposuit. factum est autem ut inuidia tentatoris immissum incendium domus uoraci flamma circumureretur et sparsum per aridas tabulas cuncta uastaret. interea clamor ad caelum tollitur et beati Martini auxilium imploratur, meminiturque cerae particulae a sancti templo delatae. quae reperta et igni iniecta protinus cunctum restinxit incendium, nouoque miraculo cera, quae ignem alere erat solita, uiolentiam ignis ui sanctitatis oppressit.

479] cf. 433. 482] cf. II, 184.

465 comperta *S* toties *Sv* 466 nito *V* 468 se ferre *scripsi:* efferre *RPSV* afferre *v cf. 325. V, 219* 469 sancta *R* 471 iuste *R* adesse *V* 472 docimenta *RPV* 473 lapsum *PV* 475 urgebat *RSv* iam *om. S* 476 mole *R* 477 sordebat *S* adque *R*¹*PV* 478 liquens *S* 479 effugii *R:* effugit *PVv* efugit *S* prop*ius (r *eras.*) *V* 480 repserat *Gronov* 481 et tamen *S* et iam contigerant *Gronov* 482 redire *P* 483 adque *R*¹*P* crebre *R* pia *om. cod. Iureti v* numina *S* 484 herus *RS* accinsae *R* limina *R* caerae *V*

unguine felici blandam fundentia lucem,
praetrepida uelox rapit ad penetralia dextra,
atque inter medias statuens flagrantia flammas
ignis praesidiis urguentem reppulit ignem.
haesit turbo furens. uastator protinus hostis
terga dedit rabiemque ignis scintilla fugauit.
non ita, si totos iecissent nubila nimbos,
desuper infusae possent prodesse procellae,
aut si certantes rapuissent flumina coetus,
quilibet haec quirent exhausto flumine fontes
tam celeri praestare bono, quam uera potestas.
ignis praetrepidans refugit sua pabula ceras
altoresque fauos concors natura pauescit.
uirtute interimit flammam, quam lumine nutrit,
nectare perspicuo redolens pinguido liquoris.
Haec paucis ausus propere percurrere uerbis
signaui indoctus populo relegenda fideli.
firmauere humilem tam grandia gaudia uocem.
quae quereris descripta parum, mirabere gesta.
sufficit ut carmen temnens praeconia laudes,
nil morti licuisse, palam cum uita probetur.
perpetuo urbs Turonum Martino antistite gaudet.

491] *cf.* Alc. Auit. III, 329.

485 fundantia *R* 486 dextram *PV* 487 adque *R*[1] iter *P* 488 urgentem *S* ingentem *v* praesidii surgentem *PV* 492 possint *RPV* prodeesse *R*[1] 494 exausto *RPV* 497 concors *R:* consors *PSVr* pauiscit *PV cod. Iureti* 498 interemit *R* 499 redulens *PV* pinguedo *Sr* 503 quereris *scripsi:* queris *R* quaeris *PSVv* descibta *R* gestam *PV* 504 laudis *Sv* 505 palam est cum *Barth* 506 perpetuum *v* toronum *RPV* antestite *RPV* (i *in ras. m. 1 R*) gaudet. Finit in xp̃o ih̃u (in xp̃o ih̃u *om. RS*) lib̄. VI· (paulini *add. V*) habens uersus (h̃ab uers̄ *P* hab̄. uēr. *S*) ccccLxxiiii· *RPSV* Item prologus *S: om. RP*

II.

CARMINA MINORA.

PROLOGUS.

Domino sancto ac beatissimo patrono Perpetuo episcopo Paulinus.

Iterato asinae ora reserastis, qui mihi loquendi fiduciam praestitistis, cum obtecto ore in eo loco uerecundius silentio conticescerem quam inperita uerbositate garrirem. sed quae erit de suffragii adsiduitate suggestio, ni uotum loquendo prodidero? domine sancte ac beatissime, specialis aput deum patrone conuersationis angelicae et apostolicae dignitatis: ego conscientia perurguente credideram etiam hoc fuisse nimium, quod potueras notare temerarium, ut ad illam uirtutum tam perspicuam claritatem quasi inluminandus accederem, lucemque tam claram te-
2 nebrarum mearum nube restringerem. sed benigne de his quae scripseram sentiendo duplicatis audaciam iussione, ut etiamnum

3] cf. Num. 22, 28.

1 Domne *R* sancto *om. R* 4 obtecto *R:* obiecta *PS* conticiscerem *RP* contitiscerem *cod. Iureti* 5 imperita *S* quae erit *scripsi:* quaerit *RPS cod. Iureti* 6 assiduitate *PS* suggestio, ni *scripsi:* suggestioni *RP* suggestionem *S* uotum quod *S* prodedero *P* 7 apud *PS* 9 perunguente *R* perurgente *S* credederam *P* 11 quasi] quas *R* 12 nubei *R* restringere *P* 13 scribseram *P* audacia *P cod. Iureti* passione *S* etiã nunc *S*

illi parietes consecrati uersuum meorum ferant lituras, uel oboedientiae studiis obsequamur, qui ad remedium humilitatis inbuimur. uersus per Domnissimum meum diaconum sicut praecepisti emisi, quos pagina in pariete reserata susciperet. etiam illos de uisitatione nepotuli mei memor tanti fauoris adieci, quem charta inscripta uirtutibus et manu beatitudinis uestrae subscripta sanauerat. uestra praestabit oratio, ut credulitas crescat auxiliis et quae adipisci cupimus scribere, quia permittis, audeamus.

UERSUS PAULINI DE UISITATIONE NEPOTULI SUI.

Quam modicam stillam quanto torrente rependis,
sancte deus, licet ipsa huius uel guttula roris
a te tam sterili data sit uel praestita cordi.

1 parietes consecrati] cf. Greg. Tur. hist. Franc. X, 31 hic (Perpetuus) submota basilica, quam prius Briccius episcopus aedificauerat super sanctum Martinum, aedificauit aliam ampliorem miro opere. in cuius absida beatum corpus ipsius uenerabilis sancti transtulit.

1] Greg. Tur. de mirac. S. Martini I, 2 sub fin. Haec Paulinus in sexto operis sui libro uersu conscripsit accepto a sancto Perpetuo episcopo de his indiculo. uerum cum ad eum huius indiculi charta uenisset, nepos eius graui tenebatur incommodo. at ille confisus in uirtute sancti: si tibi, inquit, placet, beate Martine, ut aliquid in tua laude conscribam, appareat super hunc infirmum. impositaque charta pectori eius extemplo recedente febre sanatus est qui erat aegrotus.

1 parietis *P* ferent S^1 uel .... obsequamur *R*: *om. PS* (uel = et) 2 qui] quibus *S* imbuimur *S* 3 uersos R^2P domnissimum *R*: dominissimum PS^2 *cod. Iureti* dominissumum S^1 diac̃ *S* diaconus *cod. Iureti* praecipisti *RP* praecepistis *S* 4 quos *R*: quo *PS* susceperet *RP* susciperetur *S* 5 illis *PS* niputuli R^1 neputuli *P* 6 chata *R* carta *P* inscribta *R* 7 suscripta *R* praestauit *P* 8 quae] qui *P* permittis *R*: permittetis *PS* permittemus *cod. Iureti* 9 audeamus. Incp̃ (Incp̃: *P* Incip̃ *S*) uersus (uer̃ *S*) paulini de uisitatione nepotuli (neputuli *P*) sui *RPS*

1 stellam *P cod. Iureti* 3 sterilis *S* corda R^1

non his obsequiis tam largum flumen egebat,
ut tenuis leuibus foliis qui decidit humor
tam profluo augmentum faceret dum labitur amni,
cum magis ad ramos de ripis surgeret humor,
dum uitreus fundit nebularum stamina gurges
contiguumque rapit sitiens uicinia frigus.
inde haec gutta meas tetigit tam prodiga fauces,
tangeret ut murmur solidi crystalla fluenti.
quantum haec sola mihi ferret patientia donum,
ut nullam incideret felix audacia culpam:
nunc uero his etiam duplicatur gratia signis,
ut nullo te fine canam, uenerande sacerdos.
non finitur opus quo susciter. addita crescunt,
quae meminisse iuuet. uirtus dum proditur, adstat.
tune meas uisis lacrimas? tu fletibus illis
fers miseratus opem? te uitae altissimus auctor
exorante grauis cohibet lamenta senectae?
ipsa salus uitam reuehit. deiecerat aegrum
et paene exanimem morbi uis tanta nepotem
coniunctamque eidem nubendi lege puellam,
ut uix iam tenui spirarent corpora flatu,
nec posset sollers tactus deprendere uenas
subtracto pulsu filo languente latentes.
me quoque submotum pietas arcebat ab omni
officio. exosam uitabant lumina lucem,
dum poena est quodcumque uident. spes una pauentis

4 egebat *scripsi:* negabat *R* agebat *PS* 5 ut *R*: et *PS* nec *Brandes* 6 augmentum *R:* augmento *PS* 7 ripis *uel* riuis *Gronov:* rupis *RP cod. Iureti* rupes *S* 10 inde *R:* in *PS cod. Iureti* stetigit *R*[1] prudiga *P* 11 tangeres *P* murmur *RS:* murmor *P cod. Iureti* marmor *Hartel* tangeris ut marmor *Gronov* tangunt ut ramos *Brandes* chrystalla *R* cristalla *P* 15 canaum *P* 16 finit *P cod. Iureti* quod *PS* suscitat *S* 17 iubet *P* iuuat *S* 20 cohibit *P* 22 poenae *P* pene *S* uisi *P* 24 et *P cod. Iureti* tenuis *R*[1] 25 nec *Iuretus:* ne *RPS cod. Iureti* posset *S:* possit *RP cod. Iureti* deprehaendere *R* depraehendere *P* 26 subtracti pulsus *Iuretus* languente *Iuretus:* lugente *RPS cod. Iureti* 27 summotum *S* argebat *R* 28 lumine *P cod. Iureti* 29 pauentus *P*

cor tetigit iuuenis, causam mandare patrono
indulti et totiens propius meminisse fauoris.
nuper contigerat perlatam euoluere chartam,
quae tanti ad nosmet meriti peruenerat, inde
innumera ut miris fulgeret gratia signis,
quis dominus ueri meritum testatus amici
ornabat sanctum per dona inmensa sepulchrum.
haec signa antistes dextra signauerat alma
Perpetuus, tanti gauisus laude magistri.
hanc igitur chartam uix linguae murmure paruo
incunctante fide spes non incerta poposcit.
exanimi iuueni uires fiducia fandi
praestitit et fessam laxauit gratia linguam.
ergo inter medios quos febris mouerat ignes
uirtutum palmas stomacho coniunxit anhelo
et rapuit, recolendo fidem quae scripsit, in ipsis
condita uisceribus quidquid conclusa tegebat
pagina, et ad uotum uelox medicina cucurrit.
exiluit iussus tanta ad miracula sudor,
creuit et ad numerum tanti quoque muneris ordo,
ut scribenda fidem faciant, quam scripta retentant.
non tam pernici suspendunt sucina saltu
fistucam faeni uicini glute uaporis,
quam citus ad chartam madefacti corporis humor
mandato celerante redit. spe uita reuertens
affectu quaesiuit auum quasi nuntia tanti
muneris, et reliquis iussit me iungere signis
quam persensit opem. tali mandanda patrono est

40] cf. VI, 299. 51] cf. II, 350.

30 mandare *Iuretus:* mandata *R* mandante *PS cod. Iureti* 31 toties *S* 32 perlatam *Brandes:* perlectam *RPS* 33 tanti *Iuretus:* tanta *RPS cod. Iureti* ad *R:* et *PS cod. Iureti* index *Iuretus* 37 antestis *ex* antistis *R* 38 laudi *P* 41 iuuenis *R* inueni S^1 42 et nefessam *RP* 43 ignis *RP* 44 anello *RP* 45 recoliendo *P* fides *Brandes* scripsis *R* 46 quicquid *RS* 48 exsiluit *P* 50 fatiant S^1 scribta *R* 52 festucam *S* 53 citius *R* cartam *P* madefacti *R:* madefacit *P cod. Iureti* madefecit *S* 54 spe uita] *lacuna in S* 55 afflictum *Brandes* auium *R* 56 numeris *RP*

causa rei. adsistit propior clementia sancti
et culpae offensam releuat tutella fauoris.
nec mora commoditas numerum praegressa dierum,
quo saepe ignaros spes dinumerata fefellit,
auxiliis orantis adest. nec clauditur ullis
gratia uera locis nec uires terminus artat,
quas deus adcumulat. propter curatio tangit,
qua saluator adest. tam longe abiuncta sepulchro
cellula suscepit, quod mens adtenta poposcit,
atque ipso ingressa est quo credita gratia puncto.
ille aeger letumque pauens uxoris amatae
fit medicus suadetque fidem mittendo salutem,
poscit et ille torus, quidquid persenserat iste.
est certamen opem retinere et quaerere partem.
hic possessa timet dimittere, at illa probatis
se quoque saluari festinat credula signis.
si + dure inque uices ambo optant, ambo retentant,
atque haerens uni pietas succurrit utrique.
grates, sancte, tibi, dum spiritus hos regit artus,
mens et lingua canet. nunc respice cetera clemens
membra domus, celeris reuehens fomenta salutis,
et tibi commissam propior solare senectam,
optata indulgens propere uel praestita seruans.

58 proprior *P* sancti *Iuretus:* sanctis *RPS cod. Iureti* 59 reuelat R^1S^1 reuellat *P cod. Iureti* tutela R^2S 60 piae gressca *P* piae praegressa *cod. Iureti* 61 quo *R:* qua *P cod. Iureti* quae *S* 64 adcomolat *R* accumulat *S* 65 qua *S:* quas *RP cod. Iureti* sepulchra *S cod. Iureti* 66 attenta R^2S 67 adque R^1 quod R^1PS^1 68 letumque *R* loetumque *S* 70 illa toris *Iuretus* quicquid *RS* 71 patre *R* partam *Iuretus* 72 possesa *R* ad R^1P *cod. Iureti* 73 quoque] quo *P* 74 durae *P: om. S* sique dure *cod. Iureti* sicque duo *P. Pithoeus* sic iure? obtant *R*: ortant *P cod. Iureti* orant *S* 75 adque R^1 76 regit *PS cod. Iureti:* reget *R Iuretus* *cf. Verg. Aen. IIII, 336* 79 proprior RP^1 80 prestitia *R* seruans. Finiunt (finit *P*) uers̄ (uer̄ *S*) paulini de uisitatione nepotuli (neputuli *P*) sui *PS: om. R* Incipiunt (item *P*) uersus (alii *S* alius *P:* uersus paulini *V*) de orantibus *RPSV*

UERSUS PAULINI DE ORANTIBUS.

Quisque solo adclinis mersisti in puluere uultum
humidaque inlisae pressisti lumina terrae,
attollens oculos trepido miracula uisu
concipe et eximio causam committe patrono.
nulla potest tantas conplecti pagina uires,
quamquam ipsa his titulis caementa et saxa notentur.
terrenum non claudit opus, quod regia caeli
suscipit et rutilis inscribunt sidera gemmis.
Martini si quaeris opem, trans astra resurgens
tange polum, angelicum scrutatus in aethere coetum.
illic coniunctum domino perquire patronum,
sectantem aeterni semper uestigia regis.
si dubitas, ingesta oculis miracula cerne,
quis famuli meritum uerus saluator honorat.
accedis reliquis inter tot milia testis,
dum narranda uides sollers et uisa retexis.
in sanctis quidquid signauit pagina libris,
instaurat renouante deo. quo munere gaudent
caecus, clodus, inops, furiosus, anxius, aeger,
debilis, oppressus, captiuus, maestus, egenus.
omnis apostolicis gaudet curatio signis.
qui flens adfuerit, laetus redit. omnia cedunt
nubila. quod meritum turbat, medicina serenat.
expete praesidium: non frustra haec limina pulsas.
in cunctum perget pietas tam prodiga mundum.

2 allisae *Barth* praessisti *V* 4 cōmite *R* 5 complecti *S* uires] laudes *Iuretus* 6 cementą *S* et *in ras. S* 7 regi V^1 8 ritulis *S* rutulis *V* 10 angelicam *V* 11 illunc *V* 12 semper ꝑ *V* 14 qui *V* 15 accedes *Iuretus* reliquos *S* testes *S* 16 solers *P* uisa *euanuit in V* 17 quicquid *RSV* 18 gaudet *R* 19 cladus *P* claudus *SV* ager *P* 20 oppraessus *V* captiuis *P* aegenus *R* egenis *P* 21 apostolicus S^1 23 turba *P* 24 expte *R* puluis *P* *cod. Iureti* pulsans *V et Iuretus* 25 pergit *S* perge *cod. Iureti* Finit opus paulini feliciter (filiciter *V*) *PV* Finit *S* *nihil subscriptum in R*

I. AUCTORES.

1. UERGILIUS.

II, 79 (= 319) tollitur in caelum clamor = Aen. XI, 745. XII, 462.
— 97 praecisi margine saxi. — Aen. VIII, 233 praecisis undique saxis.
— 118 famis inproba auri. — Aen. III, 57 auri sacra fames.
— 162 forte fuit iuxta tumulus = Aen. III, 22.
— 163 (= 209) uana superstitio = Aen. VIII, 187.
— 182 molis sepulchri. — Aen. VI, 232 mole sepulchrum.
— 201 luce fruuntur. — Aen. IIII, 619 luce fruatur.
— 204 peruenit ad aures = Aen. II, 81.
— 212 tincta uenenis. — Aen. VII, 341 infecta uenenis.
— 240. V, 414 cernere erat = Aen. VI, 596.
— 260 pandebat ramos, annosa et bracchia late nexuerant. — Aen. VI, 282 ramos annosaque bracchia pandit.
— 278 haec contra = Aen. I, 76.
— 290 nectuntur uincula. — Ecl. VIII, 78 uincula necto.
— 296 crebrisque bipennibus instant = Aen. II, 627.
— 297 spes uicina animos fessis uiresque ministrat. — Aen. VIIII, 764 Iuno uires animumque ministrat.
— 301 uulneribus donec paulatim euicta = Aen. II, 630.
— 379 miserata laborem. — Aen. I, 597 miserata labores.
— 402 obuius ire parat, manet inperterritus ille = Aen. X, 770.
— 407 diriguere artus. — Aen. VII, 447 deriguere oculi.
— — uox faucibus haesit = Aen. II, 774.
— 408 cecidere manus = Aen. VI, 33.
— — clamor hiantum. — Aen. VI, 493 clamor . . hiantis.
— 411 inlidit totas spumanti aspergine cautes. — Aen. III, 534 obiectae salsa spumant aspergine cautes.
— 412 rauco . . murmure. — Ge. I, 109 raucum . . murmur.
— 436 inmensa mole. — Aen. II, 185 inmensam . . molem.

II, 442 alte sublatum surgit furiosus in ensem. — Aen. XII, 729 alte sublatum consurgit Turnus in ensem.
— 459 reuocasti a sanguine. — Aen. I, 235 reuocato a sanguine.
— 472 ferri acies = Aen. II, 333.
— 539 (= IIII, 83. V, 47. VI, 72) uirtutis opus = Aen. X, 469.
— 551 rabido . . ore. — Aen. VII, 451 rabidoque . . ore.
— 552 dentibus infrendens = Aen. VIII, 230.
— 579 sq. miscere tumultu interiora domus. — Aen. II, 486 sq. domus interior . . tumultu miscetur.
— 586 sq. nec quisquam obsistere contra audet. — Aen. XI, 872 sq. nec quisquam . . ualet . . sistere contra.
— 602 subito turbantur . . tumultu. — Aen. VIIII, 397 subito turbante tumultu.
— 633 obstipuere aliis animi. — Aen. VIII, 530 obstipuere animis alii. II, 120 obstipuere animi.
— 670 (= IIII, 479) creber anhelitus = Aen. V, 199.
III, 24 (= V, 462) ueniamque precari = Aen. III, 144.
— 64 respersam sanguine. — Aen. VII, 547 respersi sanguine.
— 71 lecti proceres = Aen. X, 213.
— 75 hos inter medius. — Aen. I, 348 quos inter medius.
— 77 aurea fulchra = Aen. VI, 604.
— 81 descendit sacro montis de uertice. — Aen. VII, 674 sq. uertice montis ab alto descendunt.
— 82 fulgore coruscans. — Ge. IIII, 98 fulgore coruscant.
— 109 postquam exempta famis epulis = Aen. I, 216.
— 125 attonitis stupuere animis. — Aen. V, 529 attonitis haesere animis.
— 137 haut dubitanda . . prodere. — Aen. III, 170 haut dubitanda refer.
— 138 euentus belli uarios = Aen. X, 160.

V, 251 terram . . uerrere cauda. — Ge. III, 59 uerrit uestigia cauda.
— 281 triste ministerium = Aen. VI, 223.
— 329 ad sidera pulsat. — Aen. III, 619 sq. pulsat sidera.
— 330 proflabat pectore somnum = Aen. VIIII, 326.
— 342 diriguit uisu = Aen. III, 308.
— 385 morientia corpora = Aen. XI, 665.
— 387 sq. laetitia mixtoque metu . . credere = Aen. XI, 807 sq.
— 456 saxa sonabant. — Aen. XII, 592 saxa sonant.
— 463 depellere pestem = Aen. VIIII, 328.
— 541 rationis egentes. — Aen. VIII, 299 rationis egentem.
— 542 attonitis stupuere animis. — Aen. VII, 814 attonitis inhians animis.
— 568 scinduntur . . nubes. — Aen. I, 587 scindit se nubes.
— 596 fumantem . . nubem. — Aen. III, 572 sq. nubem . . fumantem.
— 598 (cf. 567) turbine uenti = Aen. VIIII, 91.
— 740 iactati turbine. — Aen. I, 442 iactati undis et turbine.
— 754 suspensa . . fluctu. — Aen. VII, 810 fluctu suspensa.
— 758 uela cadunt = Aen. III, 207.
V, 758 stridore rudentes. — Aen. I, 87 stridorque rudentum.
— 807 flamma medullis = Ge. III, 271.
VI, 34 diuersis . . partibus orbis = Aen. XII, 708.
— 76 (cf. 372) gurgite uasto = Aen. I, 118.
— 119 portis bipatentibus. — Aen. II, 330 portis . . bipatentibus.
— 147 sq. Euro ocior. — Aen. VIII, 223 ocior Euro.
— 257 rorantem . . sanguine. — Aen. XI, 8 rorantis sanguine.
— 258 caede peracta = Aen. VIIII, 242.
— 366 fluctus sub classe latent. — Aen. IIII, 582 latet sub classibus aequor.
— 381 madida . . ueste. — Aen. V, 179 madidaque . . ueste.
— 385 perfundit harenas. — Aen. XI, 626 perfundit harenam.
— 419 dorsa maris. — Aen. I, 110 dorsum . . mari.
— 428 uerum nulla datur miseris exire potestas. — Aen. VII, 591 uerum ubi nulla datur . . potestas; VIIII, 739 nulla hinc exire potestas.
— 441 fama uulgante per orbem. — Aen. I, 457 fama totum uulgata per orbem.
uis. nep. 76 dum spiritus hos regit artus = Aen. IIII, 336.

2. OUIDIUS.

I, 63. IIII, 23 glaciali frigore = Met. VIIII, 583.
— 75 uentorum et rabiem. — Met. V, 7 uentorum rabies.
— 269 uiscera terrae = Met. I, 138.
II, 44 liuor edax = remed. am. 389.
— 236 sanctum et uenerabile signum. — Trist. I, 8, 15 sanctum ac uenerabile nomen.
— 263 arboris unius densum nemus. — Met. VIII, 733 sq. quercus, una nemus.
— 416. V, 781 campus aquarum = Met. I, 315.
— 552 lacerum . . corpus = Met. VI, 562.
III, 110 arentem releuare sitem. — Her. 4, 174 arentem quae leuet unda sitim.
— 357 nitidus sol. — Trist. III, 5, 55 nitidi solis.
— 409 tenues dilapsus in auras. — Met. XIIII, 824 sq. corpus mortale per auras dilapsum tenues.
IIII, 279 funus miserabile. — Met. XIIII, 751 miserabile funus.
— 506 uolucrum . . . equorum = Met. IIII, 245.
V, 344 nuntia uerba = Her. 15, 10.

3. LUCANUS.

4. IUUENCUS.

5. PRUDENTIUS.

6. PAULINUS NOLANUS.

II, 508 corde humili. — C. XXIIII, 483 humili corde.
— 690 medicina salutem. — C. XVIIII, 297 medicina saluti.
— 709 fulta columnis = C. XXVII, 393.
IIII, 647 speciale decus = C. XXVII, 31.
V, 451 annua uota = C. XV, 1.
VI, 471 meritis uirtutis. — C. XV, 70 uirtutis meritis.

7. CLAUDIANUS.

II, 657 moderamina rexit. — III. cons. Hon. 183 regunt . . moderamine.
V, 475 senserunt damna = in Eutrop. I, 405.
V, 557 cui militat aër. — III. cons. Hon. 97 cui militat aether.
— 576 o nimium dilecte deo = III. cons. Hon. 96.

8. SEDULIUS.

I, 49 nascendi lege. — C. P. II, 39 nascendi sub lege.
— 385 (= II, 514) miracula Christi = C. P. I, 26.
II, 44 (cf. IIII, 128) nigrantis felle ueneni. — C. P. III, 190 nigri . . felle uenêni.
— 215 (= V, 313. 320—321) silentia noctis = C. P. IIII, 219.
— 288 (cf. 496) dei cui prona facultas. — C. P. IIII, 6 deo cui prona facultas.
— 463 quid uota moraris. — C. P. III, 61 nil uota moratus.
— 488 sq. motu torpentia membra carebant officiis priuata suis. — C. P. III, 92 sq. resolutaque membra iacebant officiis deserta suis.
III, 202 uelamina carnis. — C. P. IIII, 97 uelamine carnis.
IIII, 599 (cf. V, 154) crucis sanctae . . uexilla. — C. P. I, 337 sacrata crucis uexilla.
V, 187 (cf. 603) dederat documenta fidei. — C. P. III, 2 uirtutis documenta dedit.
— 407 rapido . . uolatu. — C. P. III, 68 rapidoque uolatu.
— 582 nec dispare causa. — C. P. V, 206 sed dispar causa.
— 668 (cf. 691) concludent retia praedam. — C. P. V, 395 traxerunt retia praedam.
— 698 uirtutum signa = C. P. I, 95.
VI, 88 trans fluuium siccas stupuerunt agmina uestes. — C. P. I, 140 sicca peregrinas stupuerunt marmora plantas.
— 407 cantemus domino. — Hymn. I, 1 cantemus, socii, domino.

Addo locos aliquot in commentariis omissos, quibus ipsius poetae uerba uel sententiae repetitae uidentur:

II, 60 per tot documenta probatum = I, 181.
— 133 fessis ieiunia membris. I, 296 fessis solacia membris.
— 218 simplex animus = II, 32.
— 268 uecors insania = I, 300.
— 497 sanctis precibus = 368.
III, 79 sancto uenerabilis ore = II, 715.
III, 352 conpositosque dolos. — 318 conpositi . . doli. — 273 conpositis . . dolis.
— 370 spirans . . . uirus = 276.
— — extremum uirus = 220.
— 408 totiens molimina perdens = 206; cf. 219. 364.

II. LOCI SCRIPTURAE SACRAE.

III. INDEX NOMINUM ET RERUM.

(P = Prologus. E = Prol. carm. min. V = de uisit. nepot. O = de orantibus.)

IIII. INDEX UERBORUM ET LOCUTIONUM.

III, 23ᵃ, 30. VI, 1, 97 *et Wiener Studien 1881, p. 306.*

quilibet *pron. rel.* = quicumque: II, 388 quaelibet opposito consurgat turba tumultu, auxilium satis esse dei.

quin: nec mora quin I, 100. III, 187. — quin etiam I, 206.

quin potius *sequente imperatiuo* I, 31.

quis *adi.* I, 173 quis cuneus. IIII, 625 quis locus.

quisque *pron. rel.* = quisquis I, 315 tu, quisque legens tam uilia temnis carmina. VI, 67 quisque fide nutante labas, adtende. *O* 1 quisque solo adclinis mersisti in puluere uultum.

quiuis *pron. rel. cum coni.* III, 152 quouis temptasset fallere uultu.

quo = ut II, 139 degustare merum, quo tabem corporis aegri sustentaret odor uini. III, 333 quo pellant segnes uegetato corpore somnos.

quod *cum coni. (sine causa)* I, 127. — nec desperarem, quod te de mediis raperet clementia flammis III, 248—253. non dubitans quod posset IIII, 135 sq. credidit quod faueret V, 149—151. uxori minitans, quod fletibus eius expletum pensaret opus VI, 272 sq. fidens quod adesset VI, 470 sq.

ratio: III, 66 crebra ratione. III, 398 tanta dolos ratione cauebit.

raucisonus turbo V, 570.

rea supplicii . . . uoti V, 12.

reatus = culpa, scelus commissum V, 308. 382. 395.

rebellare *cum dat.* IIII, 210.

rebellis *cum dat.* III, 195.

recolere *cum accus.* = in memoriam reuocare I, 298. IIII, 617. V, 112. 305. VI, 209. *V* 45.

recti discipuli II, 158.

rectores = episcopi II, 153.

redhibere salutem II, 480. honorem IIII, 337.

rediere ad caelum preces II, 184. — III, 328. VI, 482.

redolens nectare VI, 499.

reduces in semet mentes VI, 92. redux annus VI, 352. reducis ad sidera Christi V, 119.

referor *cum infin.* I, 285.

reformare = reddere VI, 247.

regalis = caesareus III, 68. 90. IIII, 328. 341. 384.

regia culmina III, 71.

regina *(Maximi uxor)* IIII, 363. 371. 391.

regnans (= regina) IIII, 387.

reicere *cum dat.:* stratis artus I, 101. II, 660. V, 332. VI, 169.

relator V, 205. 483.

renuere *cum infin.* II, 562. III, 43. — *cum accus.* IIII, 400.

respergere (= mittere) uinum in pocula II, 140.

respersio pulueris IIII, 626.

respicere = conspicere: II, 188 ad laeuam sordentem respicit umbram.

resultare uoce III, 230.

retexere = narrare II, 14.

retractare: nihil retractans = nihil moratus II, 441.

reuocare = irritum facere: II, 365 temptatum reuocauit opus.

reuehere *cum dat.* VI, 393 ripisque reuexit.

reus = peccator *V* 58. = diabolus, daemon *(praecipue qui in energumeno est)* V, 412. 428. 521. VI, 41. 59. 147.

rex = imperator: I, 150. 169 (Iulianus). — III, 47 (Gratianus). — III, 79. 114. 121. 123. 126. V, 714 (Maximus). — III, 142. IIII, 300. 303. 324. 326. 334 (Ualentinianus II.). — I, 286. IIII, 239. 244. 348.

rogatu adsiduo II, 510. sollemni IIII, 86.

roseus pudor IIII, 587.

rotatu celeri II, 312. continuo IIII, 92.

rubor = pudor. V, 4 si rubor est tam magna loqui.

rudis = insolitus, inexpertus. III, 389 at qui non rudibus suetus sudare sub armis.

ruina = clades, laesio, damnum. II, 663 (febris) crebras semper repetendo ruinas. V, 443 uites proterent crebris nimborum tela ruinis. = morbus. V, 841 post depulsam Martino orante ruinam. = partes aedificii ruentis. II, 396 funditus euersis sternuntur templa ruinis. V, 574 dissiciens sparsam procul

---

V. INDICULUS ORTHOGRAPHIAE.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

pag. 12, *lin.* 7 *dele:* 413 inuictos inuictus
I, 168: *cf. Verg. Aen.* VIIII, 459 et iam prima nouo spargebat lumine terras.
II, 8 *sq.:* traxerit unda nos: tantum ut placidam *Schenkl.*
II, 455 aggere terrae = *Verg. Aen.* XI, 212.
II, 612 = *Verg. Aen.* XII, 600.
V, 394 *sq.: post* prodat *colon, post* reatu *punctum ponendum.*

ORIENTII CARMINA.

RECENSUIT

ET COMMENTARIO CRITICO INSTRUXIT

ROBINSON ELLIS.

PRAEFATIO.

Uenantius Fortunatus (Uit. S. Martini I, 14—17) ubi de scriptoribus agit, qui in euangeliis enarrata tractauerant carminibus, post Iuuencum Seduliumque commemorat Orientium: *primus enim docili distinguens ordine carmen maiestatis opus metri canit arte Iuuencus. hinc quoque conspicui radiauit lingua Seduli, paucaque perstrinxit florente Orientius ore,* sic enim nomen exhibent Leonis plurimi codices, quamquam in nonnullis *Orentius* est. his mox, interiecto Prudentio (A. D. 348—410), subicit Paulinum Petricordiensem, Aratorem, Alcimum Auitum: unde uidentur Orientius cum Sedulio ut Iuuenco posteriores sic Paulino Aratore Auito antiquiores fuisse. nam Iuuencus quidem teste Hieronymo in Catal. c. 84 *floruit sub Constantino principe,* et quidem, ut idem Hieronymus testatur in Chronico *euangelia heroicis uersibus explicauit* anno XXIII Constantini, $\frac{329}{330}$ A. D.: Paulinus uero cum Aratore et Auito exeunte saeculo quinto aut ineunte sexto scripserunt (470—550 A. D.): ut in hos fines 330—470 ut Sedulii aetas sic Orientii includenda uideatur.

et de Sedulio ut taceam, Orientium sua scripta demonstrant ineunte saeculo V uixisse. haec enim dicit II, 165 sqq.

respice quam raptim totum mors presserit orbem,
  quantos uis belli perculerit populos.
non densi nemoris, celsi non aspera montis,
  flumina non rapidis fortia gurgitibus,

non castella locis, non tutae moenibus urbes,
  inuia non pelago, tristia non heremo,
non caua, non etiam tetricis sub rupibus antra
  ludere barbaricas praeualuere manus.
multis ficta fides, multis periuria, multis
  causa fuit mortis ciuica proditio.
insidiae multum, multum uis publica fecit:
  robore quae non sunt, sunt superata fame.
concidit infelix cum prole et coniuge mater,
  cum seruis dominus seruitium subiit.
hi canibus iacuere cibus, flagrantia multis,
  quae rapuere animam, tecta dedere rogum.
per uicos, uillas, per rura et compita et omnes
  per pagos, totis inde uel inde uiis,
mors dolor excidium ⟨strages⟩ incendia luctus.
  uno fumauit Gallia tota rogo.

His uersibus significari Uandalorum Alanorumque stragem in Gallia saec. V factam Edmondus Martene, a quo primum ex Turonensi codice editi sunt, iam intellexerat. si quaeris quam stragem, ne id quidem perpense exigenti dubium erit. nam quod dicit Orientius *uno fumauit Gallia tota rogo* nihil aliud potest respicere nisi ad id tempus, quo simul et coniuncto impetu Alani Sueui Burgundiones Uandali in Galliam irrumpentes omnia ferro ignique uastabant anno 406 A. D. audi Gibbonem nostrum de hac incursione sic loquentem c. XXX. 'This scene of peace and plenty was suddenly changed into a desert: and the prospect of the smoking ruins could alone distinguish the solitude of nature from the desolation of man. The flourishing city of Mentz was surprised and destroyed: and many thousand Christians were inhumanly massacred in the church. Worms perished after a long and obstinate siege; Strasburgh, Spires, Rheims, Tournay, Arras, Amiens experienced the cruel oppression of the German yoke; and the consuming flames of war spread from the banks of the Rhine over the greatest part of the seventeen provinces of Gaul. That rich and extensive country, as far as the Ocean, the Alps and the

Pyrenees, was delivered to the Barbarians, who drove before them in a promiscuous crowd the bishop, the senator, and the virgin, laden with the spoils of their houses and altars.'

Neque haec mea tantummodo sententia fuit: sed, quod multo est grauius, Eduardus Freeman, historicorum nostratium longe sagacissimus, ad unam hanc Uandalorum incursionem uersus Orientii referendos esse persuasum habet. sane eandem rem uidetur tetigisse scriptor carminis de Prouidentia Dei (Migne XXI, p. 617) 25 sqq.

> quo scelere admisso pariter periere tot urbes?
> tot loca, tot populi quid meruere mali?
> si totus Gallos sese effudisset in agros
> oceanus, uastis plus superesset aquis.
> quod sane desunt pecudes, quod semina frugum,
> quodque locus non est uitibus aut oleis,
> quod fundorum aedes uis abstulit ignis et imbris,
> quarum stare aliquas tristius est uacuas,
> si toleranda mali labes heu caede decenni,
> Uandalicis gladiis sternimur et Geticis.
> non castella petris, non oppida montibus altis
> imposita aut urbes amnibus aequoreis,
> barbarici superare dolos atque arma furoris
> eualuere, omnes ultima pertulimus.

Quibus adde Saluianum de Gubernatione Dei VII 12, 50: *primum a solo patrio effusa est in Germaniam primam nomine barbaram dicione Romanam: post cuius exitium primum arsit regio Belgarum, deinde opes Aquitanorum luxuriantium et post haec corpus omnium Galliarum:* qui locus a Clintono ad annum 406 A. D. merito relatus est, Fast. Rom. I p. 564.

Hanc Uandalicam Galliarum stragem uidit Orientius iam fortassis aetatis adultae, ut ante 400 A. D. natus uideri possit.

Undecimo demum p. Chr. saeculo Sigebertus Gemblacensis (1030—1112 A. D.) libello de uiris illustribus c. XXXIV haec intulit *Orentius Commonitorium fidelium sripsit metro heroico, ut mulceat legentem suaui breuiloquio.* ibi quid signi-

ficarit *metro heroico* Sigebertus ipse ostendit c. XXXIII *Marcus poeta familiaris Benedicti Casinensis uitam eius a Gregorio descriptam deflorauit heroico breuiloquio et pauca superaddidit.* extat enim hoc carmen Marci Mign. LXXX, p. 185 scriptum metro elegiaco; unde etiam Orientium elegos scripsisse credo significasse Sigebertum. latebat tamen Commonitorium Orientii, nisi quod (teste Riuino in ed. Orientii Lips. 1651) citatus est in ed. Lips. a. 1494 Distichorum Catonis ad illud *Blandus esto* unus uersiculus lib. I, 198. *Hoc aliis facias quod tibi uis fieri,*[1]) sed sine scriptoris nomine, donec exeunte saec. XVI Heribertus Rosweyd in monasterio Aquicinctensi (*Achin* siue *Anchin* in Hennegau siue Hainault), elegos 618 inuenit inscriptum habentes *S. Orientii uersus.* hos transcripsit et edendos suscepit Martinus Delrio e Societate Iesu; cuius quae editio Antuerpiae prodiit anno 1600 cum duplici praefatione altera ad lectorem scripta Louanii IIX. kalend. Februar. ∞. IↃ. XCIX, altera ad Cardinalem Baronium Louanii V. kal. Septemb. CIↃ. DC, praesto mihi fuit commodante familiari meo Ingram Bywater. liber est minutus paginarum 46, quarum 31—46 commentarium habent Delrii. adiecit Delrius emendationes tum suas, tum Schondonchi Fabricii Lipsii. alteram Delrii editionem uidi in Museo Britannico, formae quadratae quam minorem dicunt, Salmanticae impressam a. 1604, paginarum 56, quarum in prima Ramiresii de Prado praefatio est. *D. Laurentius Ramirez de Prado Pium et res Hispanas amantem lectorem saluere iubeo.* hic dicit Delrium relicta Flandria Germania et illis septen-

---

[1]) Locum ex Monacensis Bibliothecae exemplari exscripsi, p. 11. l. 26 *(Blandus esto) ·i· mitis et affabilis non causa adulationis sed causa curialitatis et benignitatis. Esto inquam blandus tribus modis scilicet corde uoce et opere. Blandus ·i· humilis corde quod non cogites malum contra proximum sed pocius bonum dulcis et suauis uoce et non irascaris contra deum murmurando sicut aliqui faciunt propter aliquam aduersitatem que eis euenerit sed si* (l. *sis) mitis benedicendo pocius quam male dicendo. Inde infra successus indignos noli tu ferre moleste. Sis fauorabilis et benignus opere auxiliando pocius aliquem inopem quam ledendo Vnde Thobias hec facias aliis q̄ sis (? sint) tibi commoda etc. Et alibi Que tibi uis fieri, mihi fac etc. Vnde quidam hoc facias aliis quod tibi uis fieri.*

trionalibus regionibus, in quibus tot tantasque utilitates catholicae Ecclesiae peperisset, Hispanos suos tandem respexisse et ad eos longo temporis interuallo migrasse. *ego qui hominem ex doctissimis operibus iam diu cognoueram et miratus fueram, nunc autem cum eo magna amicitia coniunctus humanitatem summam et seuerissimos eius mores amo uehementer, uolui beati Orientii libellum Louanii primum in lucem emissum, nunc iterum operis excudendum tradere, ut de te quomodo cumque bene mererer; et ut sanctissimi Hispani uiri poemata haberes et scires etiam Martinum Antonium Delrium apud nos in Salmanticensi collegio commorari: cuius notas ab eodem recognitas adiunximus Orientio, ut si forte adeo fueris in politiori litteratura peregrinus, qui hunc uirum ex aliis operibus non agnoscas, possis ex his notis, possis tanquam ex ungue leonem. uale.*

Inter eos qui hunc Orientii librum I ediderunt post Delrium, unus ante a. 1700 commemorandus est Riuinus, a quo is cum commentario nonnulla noua continente denuo uulgatus est Lipsiae a. 1651. sed ne hic quidem codicem Aquicinctinum umquam uidetur inspexisse: nec post Delrium ad hoc usque tempus quemquam scimus cuius oculis submissus fuerit.

Anno 1700 Edmondus Martene, Christianae antiquitatis acerrimus scrutator, inter anecdota quae ex codicibus uaria protulit *Ueterum Scriptorum et Monumentorum Collectionis* Tom. I., Orientii (p. 1—37) totum Commonitorium h. e. librum I antea repertum cum altero 418 uersuum, additis etiam hymnis quibusdam, de nouo edidit ex codice Collegii S. Martini Turonensis: quo inuento codice tota crisis carminum et inmutata est et in firmiore posita fundamento. nam et scriptura uetere et orthographia, quae ad incorruptum saeculum rediret, et uniuerso genere sinceritatis liber hic Turonensis inter pretiosissimos habendus est; unde etiam periculum adiit τῶν καλῶν, ut inhiantium oculos ac cupidinem moueret. nam postquam subuersis antiquae Galliae rebus ex monasterio suo codex in bibliothecam municipalem migrauit a. 1791, diu ignotus latuit, donec renascentibus his studiis, a. 1842 in manus incidit furis et philologi notissimi, Librium dico, qui

dum inter alios Turonensium codices hunc quoque euoluit, furandi ductus rabie, qua mirum in modum insaniebat, eam partem codicis, in qua carmina Orientii inerant quaeque his subnexa est *Uisio fratris Wettini,* exsecuit, abstulit, denique Baroni Ashburnham, ex Angliae optimatibus, uendidit; de qua re luculentissima est diatriba Leopoldi De Lisle, *Notice sur les manuscrits disparus de la bibliothèque de Tours pendant la première moitié du XIXe siècle, Paris 1883.* hinc fit quod in Catalogo codicum Ashburnhamicorum inter Librianos hic numeratur 73, *Orientium* dico et *Uisionem fratris Wettini:* nam ex septem fasciculis, qui codicem complebant qualis a Montfaucono descriptus est in Bibliotheca Bibliothecarum II. p. 1338 et in Dorangii Catalogo codicum Turonensium p. 161, duos tantum furatus est Librius, reliquos quinque reliquerat. sed cum anno 1884 inter alios Ashburnhamicae bibliothecae hic quoque Museo Britannico demandatus esset, per litteras precatus sum Baronem Ashburnham ut mihi Orientium ibi inspicere liceret: quod ut impetraui, quam potui diligentissime totum excussi.

Codex hic Orientii, quem *A* designaui, scriptus est, ut iudicauit E. M. Thompson, curator codicum Musei Britannici, saec. X uergente, nouem foliis membranae, quorum octauum ex loco suo motum et in fine uoluminis additum fuerat, cum inspicerem, fortasse a Librio. singulae paginae binas columnas habent; singulae columnae lineis ad hoc ductis 32 uersus amplectuntur. ultimi folii uerso latere (9^b) alia manu exarata incipit *Uisio quae fratri nostro Wettino ostensa fuerat pridie ante transitum eius.* scriptura, quam Gallicam credo, singularis est neque usitata, praecipue si formam litterarum quot insunt capitalium consideres. sic *P* aliquando sinum habet tam non spatiosum ut paene cum erecto ductu literae coaluerit. Q plerumque **Q**, cauda tenuiore, interdum ꟼ uerso sinistrorsum sinu est. caret A sua iunctura ubi saepius legitur in titulo Hymni et hexametro sequente EXPLANATIO NOMINÚ DŃI IANUA Q̄D̄ RESIDETCELOSECRETAQ'PANDAT. est ubi litterae super lineam productae exsurgant ut ĪNCIPIUNT, quod et in L notaui.

Ex compendiis scripturae frequentissimum est ´, quod plerumque pro *m* uel *n* positum est, *tú iactatú tamquá íproba dápno immsum contépne,* nonumquam alia significat *ńſ* pro *non sunt, uix́ reǵ perdideŕ* pro *uixit regit perdiderit* ŃRI pro NOSTRI, *é* pro *est, nata* pro *natura.* saepenumero inuenitur *&* pro *et* siue principio siue medio loco siue ultimo uocabulorum, *&iá inueni& m&uis m&uendis l&iferum l&o und&imę* pro *etiam inueniet metuis metuendis laetiferum laeto undetimae,* quod antiquitatis indicium habetur. In II. 136 ÷ pro *est* positum uidi; semel *p. ne* = *post ne.* cetera compendia uulgatiora, *ɥ* pro *rum, ę* pro *ae, b'* pro *bis,* — uel 7 pro *m.*

Color atramenti languit; non raro uitiosa correxit manus, ut mihi uisa est, non multo recentior, sed nigriore usa atramento.

Iam si codicis *A* lectiones cum eis conferantur quas Delrius exhibuit in editione sua ex codice Aquicinctino depromptas, quas *B* signaui, sincerior plerumque *A* euadet, ita tamen ut nonnullorum locorum sanitatem B potius praestiterit.

I, 220 crimine falso alios insimulare noli *A*
time *B*

I, 244 alterius cuperet qui rapuisse uitam *A*
animam *B*

I, 310 semper habere tamen, fundere semper aquas *A*
fundere semper aquas semper habere tamen *B*

I, 391, 2 coniuge possessus, contempta et coniuge liber *A*
cont. coniuge *B*

uerius hic iudico quod habet *B:* melius enim opponuntur caelebs, maritus, si *et* absit.

At in multo maiore parte uersuum praeferenda est lectio Turonensis.

I, 20 te sine nec linguam soluere, Christe, potes *A*
ne *B*

I, 347 praetereo clades Spartanas, Troica bella, *A*
praeterea *B*

I, 379 ut iam pollutis *A*
uitam *B*

I, 321 famosos despice uultus *A*
cultus *B uitiose*

I, 324 nemo inter lituos non trahet aure sonum *A*
ore *B*

I, 332 uel bene securus uel bene tutus erit *A*
aut aut *B*

I, 255 ut te quem raptim fugiens commendat honestas *A*
uitae quem rectae *B*

I, 264 aut arauum solidans puluis odorque tegit *A*
aruum tenet *B*

I, 283 spiceus densis calamus flauescit aristis *A*
apiceus *B*
Spiceus en iam anno 1600 coniecerat Lipsius: nec potest dubitari uerum esse *spiceus,* quamuis incertum sit quid exciderit.

I, 290 utque hominum res est, hoc uenit illud abit *A*
abit illud uenit *B*

I, 340 tu decepta cito, tu cito decipiens *A*
cito decepta *B*

I, 383 uindictae studio totas in bella dedisti *A*
uel *B*

I, 401 supplicibus lacrimis gemitu prece pectore tunso *A*
tonso *B*

I, 437 atque ut sis penitus ut corde sic corpore purus *B*
sic corde ut corpore *A*

Sunt alii loci ubi uersus nonnisi amborum *AB* ope corrigi possint. in exemplo est I, 343 quem *B* sic exhibet

ut laqueos ignis ualidos et acuta uenena

A sic

ut laqueos ignis gladios et cuncta uenena.

sed Orientius scripserat

ut laqueos ignis gladios et acuta uenena.

Interdum in errorem ambo conspirant. notabile exemplum habes I, 535

dic rogo quid miserum tantus furor laxat habenas? *AB*

ubi suspicor *exit* scribendum esse.

I, 299 uiuet homo: fletus est hic mea uerba sequuntur *AB*
ast Orientius.
I, 315 sequitur se uita perennis *AB*
si Orientius.
I, 252 seruet set domino quod dedit ille sibi *A*
se *B*
seruet si Orientius.

Codicibus *AB* addendus esset tertius Anglicus, si uere ex codice Oxoniensi profluxissent lectiones, quas Schurzfleischius, post editionem Orientii Uitembergae Saxonum a. 1706 uulgatam, quae tota ex *AB* pendet, decem interiectis annis postea in libello protulit rarissimo neque a me inspecto nisi post multas inquisitiones. prodiit Vimariae a. 1716 hoc titulo, *Orientius supplemento auctus siue noua e cod. ms. Oxoniensi recensio.* sed cum mihi Falconer Madanus adseuerasset persuasum se habere omnia quae in supplemento suo Schurzfleischius uulgasset ex editione Riuiniana Orientii (Bodl. Linc. 8vo D. 137) sumpta fuisse, neque in Catalogo codicum Angliae et Hiberniae codex Orientii ullus aut a me aut ab amico adulescente H. E. D. Blakiston inueniretur, quod unicum restabat, editionem illam Riuini diligentissime scrutatus, pro certo habeo fontem esse Schurzfleischii lectionum. fuit inter *libros latinos cum ueteribus exemplis collatos* Eduardi Bernard, in Catal. Codd. Angl. et Hibern. 7520. 174 *Dracontius et Orientius:* fuit inter eosdem *Uictor in Genesin;* uterque in Bodleiana bibliotheca nunc est, et hic quidem titulum habens Auct. S. V. 30, quo nuper usus est Carolus Schenkl (cf. eius Praefat.). in hoc uolumine textum Orientii, qualis a Riuino impressus fuerat, nescio quis subinde correxit atramento languidiore et hodie legentibus euanido, nec tamen ut adspectum fallat: quae correcturae omnino sunt 22: I. 29 *Mandato coniussa* Riuinus, *cussa* corrector, 49 *prius* Ri, *uitam* Corr., qui in margine addidit *f. iubar uel lucem* 50 *consequitur* Ri *f. mur* C 127 *iacta semina* Ri *iacto semine* C 129 *qui* Ri *quae* C 132 *metis* Ri *legis* C 154 *laetiferum* Ri *lethi* C 160 *Deque* Ri *Se* C 180 *docilis* Ri *les* C 231 *Certe* Ri *Si qua* C 327 *perustis* Ri

us C 341 *pectore* Ri *ra* C 377 *Sanctus et uictor* Ri *ad haec* C 378 *femineis* Ri *feminei* C *choris* Ri *chori* C 417 *ictus* Ri *digitus* C 433 *quod* Ri *f. quam* C 437 *ut — sic* Ri *et — et* C 441 *obuia, uentis:* Ri *obuia: uentis Pabula* C qui addidit *leg. uenti* 459 *moritura parauit* Ri *nocitura parabat* C 486 *regunt* Ri *tegunt* C 572 *dabit* Ri *dedit* C 611 *minor immo* Ri *minus uno* C. his correcturis aut saltem ipsi textui Riuiniano ita conspirant ea, quae Schurzfleischius tamquam ex cod. Oxoniensi enotauit, ut ex lectionibus locorum 115 ab eo inde commemoratis, 9 tantum in Linc. 8vo D. 137 discrepent. sunt autem hae:

I. 29	superauerat *Schurzfl.*	superauerit ed. Bodl. (Linc. 8vo D. 137)
I, 32	terruerat	terruerit
I, 120	ammotis	amotis
I, 281	marcens	marens
I, 437	e corde e corpore	et corde et corpore
I, 499	et saeuas proflare	et saeuas flare
I, 592	qui bene uel cupit	quae bene uelle cupit
I, 602	cum ratione ('liquido legit codex Anglicus' *Schurzfl.*)	cō r̄one *(h. e.* con ratione)
I, 608	frenat	premit

Hanc tam leuem discrepantiam in tanta multitudine lectionum non magis admirabere quam in Alani codice Catulli Tibulli et Propertii, quem Cuiacianum Scaligeri fuisse primus intellexit Arturus Palmer, uterque id demonstrauimus in Hermathena III, pp. 124—158, cf. Catull. ed. altera pp. LIV—LVIII. et profecto multo minoris aestimatur in re tali rara et in paucis repugnantia quam consensio in plerisque, praecipue uero si in his aliqua sint singularis ut ita dicam monetae, nec nisi duorum communia. quod ut in Alani codice cum Cuiaciano, sic in Schurzfleischii lectionibus cum editione Bodleiana collatis uerum esse intelleges. huiusmodi sunt I, 244 *cupiat* 508 *discoperetque* 530 *Itar* 545 *Queitur* 437 *nocitura parabit.* Ex his *cupiat discoperetque Itar Queitur* in textu ed. Bodl.

impressa sunt: *nocitura* et *parabit* correcta in margine. sed quod dicit Schurzfleischius *parabit* scriptum fuisse in codice Anglicano librariorum uitio B et V commutantium, crederem equidem si istius codicis uestigium ullum appareret: nunc *nocitura, parabit* (sic enim correctum est in ed. Bodl.) ex emendatore profecta suspicor.

Uix prodierat Marteni editio cum in Diario Triuultino (Journal de Trévoux) anni 1701 p. 112 sqq., et p. 332 sqq. anonymus quidam, quem constat Commirium fuisse, et ipsum ex sociis Iesu, in Orientii carminibus quae nondum emendata fuerant pleraque corrigere orsus est, adeo ille quidem feliciter ut solis Lipsio Delrioque comparandus sit: nam ceteris qui Orientium tractarunt minus bene res successit. sane non pauca Caspar Barthius, ut erat immensae eruditionis et inexhaustae, etiam de Orientio ediderat in Aduersariis; post quem Nicolas Heinsius duos locos temptauit ad Ouid. Metam. XIV, 534, utrosque ex Commonit. lib. I: unum alterumue errorem sustulit Georgius Eckart in Censura ed. Martenianae, quam a. 1701 dedit: libellus est rarior sic inscriptus *Monatlicher Auszug aus allerhand neu herausgegebenen nützlichen und artigen Büchern.* post hunc Schurzfleischius aliorum diatribas suis augens librum edidit non inutilem, sed tenui acumine. praeter haec mihi Orientium edituro praesto fuit cum edd. Pisaurensi (1766) et Migniana (1861) altera ipsius codicis Ashburnamici collatio, diligentissime confecta a Noltio, quam is Carolo Schenkl, hic mihi in usum dedit. sciat igitur si cui Orientii carmen in hac nostra editione uenerit in manus, ubicumque incertum me mea collatio codicis reliquisset, cum Noltiana comparasse. unde non parum spero fore emolumenti. coniecturas Schenkelii et Aem. Baehrensii, ubi licebat, apparatui adieci: ceteras in supplemento ante Indices.

Carmen Orientii qui unus post Uenantium uidetur memorasse Sigebertus Gemblacensis *Commonitorium fidelium* appellat. seruauit id nomen Delrius, sed omisso *fidelium,* qui *fidelibus* uideatur apud Sigebertum legisse. fuit non infrequens titulus libellorum quos eis saeculis Christiani ad consectaneos scripserunt, praecipue ubi de haereticorum erroribus commonendi erant,

sic Marius Mercator A. D. 429 (Clinton F. R. II, p. 468) Commonitorium super nomine Caelestii et Iuliani eorumque haeresi traditur edidisse (Act. Concil. III, p. 350): sic Uincentius Lerinensis (A. D. 434, Clinton F. R. I, 621) Commonitorium, siue ut ipse potius loquitur duo Commonitoria, promulgauit ad euitanda haereticorum Collegia (Gennad. Illustr. 64 ap. Teuffel. Hist. Latin. Litter. 451. 1—4). nec dissimulabo uideri mihi Orientium Pelagii haeresin oblique perstrinxisse II, 1, 2

si monitis gradiare meis, fidissime lector,
caerula securus colla premis colubri

cum a Prospero Aquitano Pelagius *coluber Britannus* appellatus sit in carmine de Ingratis cap. I, 2. ipse de opere suo dicens Orientius *monita* non semel usurpauit I, 92 *tamquam nulla Dei sint super hoc monita,* et in l. c. II, 1. sed nihil eiusmodi codices habent: nam ex *B* Delrius dedit S. ORIENTII UERSUS, *A* autem in principio lib. I non multum dissimilia INCIPIUNT ŪSUS LIBRI PRIMI S̄C̄I ORIENTII, in calce EXPLIĆ LIB̄ I. INCIṔ II^{I}···, in fine autem lib. II EXPLICIT S̑C̑I ORIENTII SCđS.

ORIENTII COMMONITORIUM.

LIBER PRIMUS.

Quisquis ad aeternae festinus praemia uitae,
  perpetuanda magis quam peritura cupis,
quae caelum reseret, mortem fuget, aspera uitet,
  felici currat tramite, disce uiam.
nam nos, et carnis uitiis et tempore uicti,
  terrenum gradimur siue doloris iter:
solaque permixtis haec sunt modo gaudia uotis,
  si, quod non facimus, saltem alii faciant,
ut quia nunc istud, quod protinus effugit, aeuum
  infidis capti degimus inlecebris,
lasciuum miserum fallax breue mobile uanum,
  † heu noxarum malus origo praecipitat,
omnibus his, raptim quae sunt moritura, relictis
  tu forti teneas non moritura fide.
ergo, age, da pronas aures sensumque uacantem:
  uita docenda mihi est, uita petenda tibi.
sed, quo sit melior nostri doctrina libelli,
  et teneat rectas carminis ordo uias:
te, deus omnipotens, et corde et uoce rogare,
  te sine nec linguam soluere, Christe, placet.
demere qui tenebras reuocato lumine caecis,
  auditum surdis auribus inserere,

INCIPIUNT USUS LIBRI PRIMI SCI ORIENTII *A*   1 premia *A*   3 uincat *B quod rectius uidetur Baehrensio*   8 Si quid *A*   10 egimus *A*   12 Ceu *B omissis quae secuntur*   *fort.* Ceu mox praecipitet (uasta *add. Schenkelius)* uorago mali   20 ne *B*

corporis et mentis saeuos depellere morbos,
  soluere mutorum qui pius ora soles:
te penes officium nostri est et cordis et oris:
  da sentire mihi, da mihi posse loqui,
nimirum ut nostram uegetent tua munera linguam,
  ac per te de te sit tibi sermo placens,
mandato cum iussa tuo superauerit omnem
  naturam nostra uoce loquens asina
atque sua stimulis subigentem terga Balaam
  terruerit miro quadrupes alloquio,
qui magno trepidi regis crebroque rogatu,
  dira super sanctum uerba parans populum,
non potuit proprie motam sibi subdere linguam,
  ore aliud dicens, corde aliud cupiens.
nam male dicturus nimie benedicere coepit,
  impendens aliis ora parata aliis.
ergo nisi eloquium, sensum nisi, Christe, ministres,
  conatusque animae tu nisi, Christe, regas,
ora homines omnes et muta et bruta tenebunt
  quodque etiam possunt, hoc quoque non poterunt.
principio geminam debes cognoscere uitam,
  a domino indultam cum ratione homini,
ut, quoniam brutum terreno est pondere corpus,
  ast anima afflatu est uiuificata dei,
nullum sentirent animae dispendia finem,
  esset in hoc fragili corpore uita breuis.
unam nascendi ratio prius omnibus affert,
  hanc cura et propriis consequitor meritis.

24 *sic B* mul̥torum qui solus ora soles *A* 25 ḥoris *A* 27 Nec mirum *A* 28 de te per te *A* 29 coniussa *B* 30 fruens *pro* loquens *B* 31 Et stimulis propria *B* et propria stimulis *Barthius Aduers. XXVII, 6* 35 proprię *A* proprie *B* propere *Delr.* 37 male dicturus *A* 39 ministras *A* 40 Conatus *B* 41 et brutę et mutę A^1 et bruta et muta A^2B ut bruta *Commirius* 45 epondere *A sed nota* ' (é = est) *facile intercidere potuit* est pondere *B Delr.* 47 *an* stipendia? 49 Unica *B quam seruabat Delr.* primam *pro* prius *coniciens praetulerim* illam n. r. 50 consequitor *Delr.* consequitur *AB* consequimur *Schondonchus* ex *pro* et *Schenkelius* e *uel* ec *Baehrensius*

nasci non nostrum, nec longum uiuere nostrum:
uitam quae sequitur uita parare potest.
et licet arbitrio domini sumamus utramque,
ac neutra obueniat, ni deus hoc iubeat,
prima tamen celeri fertur per prona rotatu,
quae sequitur totis est data temporibus.
in primam ignari nulla mercede uenimus,
altera de summo parta labore uenit.
nascimur ut dominum caeli terraeque marisque
quaeramus toto peruigiles studio.
quaerimus, ut qui sit, quantus uel qualis, agat quid,
uero possimus noscere iudicio.
noscimus, ut digna compertum laude colamus:
ut uitam tribuat perpetuam, colimus.
et colimus non ture dato, non sanguine fuso,
non uino madidi, non epulis grauidi.
aurum uestis odor pecudes libamina gemmae,
et quae rara homines uel pretiosa putant,
ante deum, ut uiles terreno e pondere moles,
ut caenum, ut sordes, sic inhonora iacent.
omnia sunt eius, cuius nos esse fatemur.
nil proprium est nobis: ipse habet, ipse dedit.
ecce etenim sancto proclamat in ore prophetae:
nolo tuos hircos, nolo tuos uitulos.
et species agri mecum est et gloria caeli:
orbis enim meus est, et quod in orbe meum.
debita soluantur sancto mihi pectore uota:

74] Es. 1, 11. 75] Ps. 49, 11. 12.

53 Et *A* At *B* 54 Ac *A* Et *B* 56 tutis *AB* totis *Lipsius* 57 ignaui *Barthius Aduers XXIV, 5* 60 Queramus *A* 61 Querimus *A* qui sit quantus uel quales *A* quis sit qualis uel quantus *B* 62 possimus uero *B* nosscere *A* 65 rure *B* 66 grauidi (gruidi) *A* *num* cruidi? 68 tanta *B* lauta *Lipsius* speciosa *Schondonchus* 69 ut *om. A* 70 cenum *A* 72 proprio *A* proprium *B* 74 hyrcos *A* 75 speties *A* agri *A quod coniecerat Delr. ex Psalm. 49, 11* igitur *B* 76 Orbis et meus *B* et meus est orbis *Delr.* orbis et hic meus est *corr. ed. Bodl.*

hostia me laudis puraque uox celebret.
ergo nihil noster poteris praetendere lector,
istis quod tibi sit difficile in monitis.
non longe positum, non est aliunde petendum,
non re, non sumptu, non opus est pretio.
sufficit ut dominum mundi rerumque parentem,
cuius in arbitrio uel bona uel mala sunt,
sensu maiori uincentem uerba loquentis,
unum, incorporeum, perpetuoque sacrum,
omnia complexum uel semper in omnibus unum,
corde pius credas, credulus ore roges.
sed quid sic nudis tantum sermonibus utor,
tamquam nulla dei sint super hoc monita?
nam primum ueteri cautum sub lege memento,
quae dudum in solidis scripta fuit tabulis,
quod nunc per dominum renouat data gratia Christum,
atque euangelii uox ueneranda sonat,
ut, quod saxa prius, modo pectora nostra tenerent,
esset et uberior bis repetita fides.
affectu toto dominum totisque medullis
atque tuum toto dilige corde deum.
et recte: quid enim poteris tu iustius umquam
obstrictus tantis soluere muneribus?
qui tibi, cum limus terrena in faece iaceres,
dempsit perpetui temporis esse lutum:
qui tibi, quod membris constas, quod mente moueris,
quod lingua loqueris, quod ratione sapis,
quod manibus tangis, graderis pede, lumine cernis,
aure audis, sentis naribus, ore probas,

78] Ps. 115, 8. 92] 2 Cor. 3, 3. 98] Matth. 22, 38.

78 Hostia *AB* 83 mundi dominum *A* 85 Sensu *AB* Censu *Delr.* maiore *BA*¹ maiori *corr. A* 86 perpetuumque *Schondonchus* 88 roges *AB* sones *Schondonchus* probes *Delr.* 90 hęc *A* 91 cantum *A ut mihi uisum est* 96 Cesset *B* 98 tuo *B Delr.* 99 úquam *A* 100 Obstrictus *AB* 101 face *A* 106 maribus *A*

ante aliquod meritum propria pietate ministrat,
corporis atque animae sic pater ut dominus:
et non hoc solo contentus munere, quo te
instruxit membris, sensibus excoluit:
qui tribuit uitam, largitur commoda uitae,
omnibus ut tibi sit praedita deliciis.
ecce tibi caelum pendet, tibi terra recedit,
aera librantur, fluctuat oceanus:
noctes atque dies succedunt mensibus anni,
sol splendet, lucent sidera, luna rubet.
uer fundit blandos uario sub germine flores,
aestas iam grauida fructibus arua coquit,
autumnus musto madidus, praepinguis oliua est,
ignibus admotis frigora nescit hiemps.
imbribus arcendis confirmas pendula tecta;
ignoras uentos aedibus oppositis;
hirtaque lanigerae depectens terga bidentis
mollibus inuolucris algida membra tegis;
leuia nec desunt niuei uelamina lini;
sunt etiam Eois pallia uelleribus:
illa ferax iacto reddet tibi semine tellus,
haec carpent celsis Seres in arboribus.
denique per totum qui circumuoluitur annum,
quidquid habes, totum dat tibi cura dei.

122] Cat. 26, 1. 2. 128] Sen. H. O. 667. 129] Uerg. Aen. III, 284.

108 Ac *B* 109 quo *AB* qui *Commirius* *fort.* quod 111 tribuat *B* 113 residit *Delr.* 114 Aera librantur *AB quod recte tuetur Barthius, cum ex Charisii excerptis p. 550 K. fortasse et ex Uenantio Fortunato (V. M. III, 424 ed. Leo) appareat* aera, aethera *pluralia nonnumquam fuisse* Aer libratur *Schondonchus* 115 Noctibus *B Delr. quo perit asyndeton* 116 sydera *A* 117 Uer fundet blandus uarios ut germine flores *A quod correxi* Uer uarios blandus perfundit g. fl. *B* uer uarios blandum perfundit g. fl. *Commirius* 120 admotis *Delr.* ammotis *A* amotis *B* frigida *A* 123 lanıgere (r *supra*) *A* 124 inuoluis a. m. togis *Schondonchus* 125 Leuia *A* Lenia *B* 127 iacta *B* semina (e *supra*) *A* semina *B* 128 celsis carpent *B* seris (e *supra*) *A* 129 quae *corr. ed. Bodl.* qua *Schurzfl.* 130 Quicquid *A*

campus messe uiret, uestitur palmite collis,
  arbore diuersa mitia poma metis,
et studium impendens fecundo prouidus horto
  utile quo libuit tempore sumis holus.
accendis pinguem quaecumque in lumina pinum,
  nobilibus mensis cerea flamma micat.
nec modo terreno tantum seruire iubetur
  per uarios usus subdita terra homini:
ipsa etiam quidquid fertur prope nubila, quidquid
  alto subductum uoluitur in pelago:
nunc fallente cibo, nunc texto in retia lino,
  artibus innumeris inde uel inde petis.
et tibi nunc imo trahitur de gurgite piscis,
  aere nunc summo decipiuntur aues.
agmina uenanti procumbunt densa ferarum
  icta procul iaculis uel laqueata plagis.
prona petis ferro, canibus fugientia sistis,
  contundis frenis ora ferocis equi.
ad iuga panda boues cogis, ad mulctra capellas:
  destillant crispis dulcia mella fauis.
de saxis gemmas, aurum producis harenis,
  lentaque de terris igne metalla coquis:
gramina discernis tristes medicantia morbos,
  pellis letiferum sedulus arte malum.
quin etiam ut mercem peregrino a litore sumas,
  et tua des aliis atque aliena petas,
flumina remigio percurres, aequora uelo:
  ibis longinquas absque labore uias.

135] Uerg. Aen. VII, 13. 149] Ouid. Am. I, 13, 12.

132 legis *corr. ed. Bodl.* 133 fęcundo *A* preuidus *A* 134 stempore *A*[1] *nunc* s *ex parte erasa est* 135 Acendis *A* 139 quicquid *A* nubila *Delr.* nubile *B* nobile *A* quicquid *A* 142 petes *B* 143 detrahitur gurgite *A* 147 Prona *h. e. uelocia ut* pronos lepores *Ouid. Met. X, 538* 148 freno *A cf. Gell. VI, 20* frenis *B* 149 *an* cogisque 150 Distillant *B* 151 harenis *A* 152 lectaque *uel* sectaque *coni. Commirius* 153 dişcernens *B* 154 lętiferum *A* 157 percurres *ego* percurris *A* percurris et *B*

aut si formidas pelagus, carpenta mouebis,
seque tuis sternet terra notanda rotis.
tum si iactatum quaerit blanda otia corpus,
umida puluereum balnea suscipient;
atque cauo tota spoliatus ueste lauacro,
marcida perdomitis membra fouebis aquis.
tot tantisque bonis domini tibi munere partis
quid tandem dignum reddis amore pio?
aut quibus haec opibus, quibus et persoluere donis,
uel quanto poteris pendere seruitio?
nec tamen haec dominus, cuius sunt omnia, quaerit:
sufficit ut dominum seruus amatus ames.
haec quoque mandati succedit forma secundi,
proximus ut tibi sit sic, uelut ipse tibi es.
nosco salutiferam mansuro munere legem,
uno quae cunctis prospicit officio.
nam cum aliena mihi mandatur cura, necesse est
ut mea mandetur sic quoque cura alii.
ecce pecus pecudem fecunda ad pabula ducit,
ammugit proprio bucula laeta gregi.
murmure respondent, qua possunt uoce loquuntur,
inque uicem docilis lambere lingua solet.
nec caret affectu quod fluctibus occulit aequor,
et uolucris uolucri est et fera blanda ferae.
tum si quando uenit quocumque ex agmine praedo,
fortior inualidos ungue uel ore premens,
seu uolucrum res est, siue est res illa ferarum,
undique collectis tenditur auxiliis,

172] Matth. 22, 39.

160 Teque *A* Deque *B* *correxit Delr.* 161 Tunc *B* lassatum *B* *fort.* quaeret 162 Vmida *A* 163 spoliatus *Delr.* spoliatur *AB* 167 hęc copiis quibus persoluere *A* *fort.* quibus haec 177 petus *A* 178 Ammugit *AB* 180 dociles *corr. ed. Bodl.* solent *B* 181 Non *B* occulet *A* 182 uolucres uolucrié *A* blanda fera ferae *B* 183 praeda *B* 184 Fortioré ualidus *h. e.* Fortior est ualidus *A* *quamquam ex é pars erasa est* inualidos *B* 185 seu res est *B*

captiuam comitem cursu grege uoce uolatu,
etsi non possunt, eripuisse uolunt.
cumque ita se solo naturae munere seruent,
quae nec consilio nec ratione uigent,
quid mirum domini si iussa uerenda secutum
mutua constringet cura hominis hominem,
atque usu ingenio rebus ratione peritus
ut sua quae tua sunt commoda frater agat?
hinc uenit illa placens merito sententia, nectens
humanum parili condicione genus:
ne facias aliis quidquid fieri tibi non uis,
idque aliis facias quod tibi uis fieri.
quod genus est hominum, qui ritus sexus et aetas,
quis neget hoc rectum, quis neget hoc facile?
quid non mandatum late conplectitur artum?
plenius hac tradi quid breuitate potest?
namque ea quae mala sunt, fieri modo sic mihi nolim,
ut rursum cupiam quae bona sunt fieri.
indice non opus est, doctor nec quaeritur ullus:
de nobis scimus quae bona, quae mala sunt.
gaudebis certe, si quis te nocte uiantem
blandus uicinum ducat in hospitium:
tu quoque sollicitus prouisis excipe tectis
illum, qui sera nocte uiator erit.
ueste tegi nudus, sitiens ad pocla uocari,
esuriens optas ut satiere cibis:
te quoque permoueat proprii par cura laboris,
diuide cum miseris pallia, pocla, cibos.

198] Caton. Dist. IIII (Columban.) 24 Quod tibi uis fieri, hoc alii praestare memento *(Baehrensius indicauit)* 205] Mart. I, 53, 11 Indice non opus est nostris nec iudice libris.

191 secutus *A an* secutis? 192 constringat *Delr.* 194 Vt tua quae sua sunt *A* 196 conditione *A* 197 Nec *B* quicquid *A* 198 Inque *A uix recte* 199 quis sexus ritus *B* 200 qui — qui *Delr.* quis neget esse probum *B* 201 late conplectitur *AB h. e. latitudine sua siue prout amplitudo est eius* 202 breuitate tradi quid *B* 205 Indice *AB cf. Mart. I, 53, 11* 207 Gaudebit *B* 208 hospicium *A* 212 satiare *A* saciere *B* 213 causa *B*

ecce manum poscis lapsus, solacia maestus,
  auxilium trepidus, consilium dubius:
id maestis dubiis trepidis labentibus offer:
  in simili causa fac ut ameris amans.
certe incusari te falso crimine non uis:
  crimine falso alios insimulare time.
odisti furem: furtum fuge; perdere non uis
  per uim quae tua sunt: nil uiolenter agas.
pacta tibi dubio non uis nutare paratu:
  promissam certo pectore redde fidem.
quae tibi detraxit uelles succidere linguam:
  cura sit ut nullum liuida uerba notent.
mutua cum poscis, uis sumere protinus aera:
  mutua poscentem dextera prompta iuuet.
elatos fastu damnas: depone tumorem;
  quod fugis in celsis nesciat inferior.
certe si soror est uel mater caraue coniunx,
  quarum ne uitam fama grauis maculet,
perpetui curam cauta pietate pudoris
  filius aut frater siue maritus agis:
haec ueneranda tibi si nomina temptet adulter,
  ferrum in uindictam non satis esse putas.
nonne eadem poena reus es, si tu quoque furtim
  aggrederis castos sollicitare toros?
hinc fuit, ut dominus prima sub lege iuberet
  pensari paribus crimina suppliciis:
pro damno damnum, uulnus pro uulnere, dentem
  dente lui raptum, lumina luminibus.

215 solatia *A* 217 offers *AB corr. Delr.* 218 *fort.* redameris 219 falsò de crimine *B* non uis *AB* *malim* nolis 220 instimulare *B quod correxerat Delr.* time *B* noli *A* *sane* nŏluit *corripuit Ennodius C. I, 4, 34* 221 fuge *A* caue *B* 223 nutare *B* mutare *A* paratum *A an* patratu? 224 Commissam *B* 225 uelis *A* 227 cumque petas *B* cumque petis *Schondonchus* 229 Elatus A^1 Elatos A^2B 230 ne sciat *Baehrensius h. e. experiatur* 231 Certe tibi soror est *B* carau A^1 *e supra lineam add. manus posterior* ciunx *A* 233 pudoris *B* custodis *A* 235 temptat *B* 238 thoros *A* 242 Pro dente lui raptum *A* Pro dente atque lui *B correxit Martene, nec tolerabile est ter repetitum* lu.

nec minus ut propriam sub iudice redderet audax
alterius cuperet qui rapuisse animam,
iudiciumque reus non posset dicere prauum,
prauis decreta est ultio criminibus.
et licet haec melius mutarit gratia Christi,
mitia quae potius quam uiolenta docet,
est tamen est rectum, quidquid iubet ista uel illa,
seu cito restituas, seu patienter agas.
hoc tamen est melior qui Christo uindice gaudet,
seruet si domino quod dedit ille sibi.
ergo piis uotis et sanctis perfice rebus,
uita quod haec praesens, quodque futura probet,
ut te, quem raptim fugiens commendat honestas,
perpes post obitum gloria suscipiat.
nam nostris certus monitis, mansura memento
omnia, nunc stulti quae peritura putant:
atque animas isdem membris redeuntibus ipsum
crede recepturas corporis inuolucrum.
ora color sanguis uenae cutis ossa capilli,
ut nunc labuntur, sic iterum uenient,
non modo quae tumulis bene condita saxa reseruant,
aut Arabum solidans puluis odorque tegit:
sed dicto citius, formanda in membra redibit
portio de tumulis, portio de fluuiis.
quod uentus flatu minuit, quod bestia morsu,
flamma quod exussit, quodque ruina premit,
totum aderit, totum diuersa ex parte coibit,
pars uolucri aut pisci, pars laniata feris,

244 cupiat *ed. Bodl. quod commemorauit Schurzfleischius a. 1716 tamquam ex cod. Anglico* rapuisse uitam *A* 245 ne *Schondonchus* 246 Paruis *A*¹ Pa(r)uis *A*² 248 docent *A* 249 Ast tamen est *B* quicquid *A* 252 si *Lipsius* sic *Delr.* se *AB* 255 Uitae quem rectae *B* comdat *A* 261 Olra *A* 263 credita *A* reseruent *A*¹ 264 arauum *A h. e.* Arabum *quod coniecerat Sirmondus ad Sid. Apollin. XIII, 9* aruum *B* artus *Commirius* tenet *B* 265 firmanda *B* 268 exussit *A quod coni. Delr.* excussit *B* 269 adherit *A*

et quod nunc aetas sensim longaeua resoluit,
  id raptim domini bucina restituet.
ut pro factorum meritis in corpore eodem,
  in quo gesserunt seu bona siue mala,
scilicet ad motus animarum carne reuersa,
  poena reos, iustos gloria suscipiat.
cur autem dubites, cum praecedentia monstrent
  ut tibi uenturi sit manifesta fides?
respice nudatas brumali frigore siluas
  iam desperatis luxuriare comis.
quae stabat maerens decusso palmite uitis
  uestitur foliis, fructibus induitur.
spiceus ⟨at⟩ densis calamus flauescit aristis,
  in terra granum quod modo putre fuit,
et quae nunc tristi squalebant arua ueterno,
  laeta nouo rident germine, flore rubent.
ipse etiam uariis conclusus mensibus annus
  tempore mutato mortis habet speciem,
cum uer autumno, frigus depellitur aestu,
  utque hominum res est, hoc uenit, illud abit.
hoc tamen aeterno, donec deus annuit, usu
  inque uicem alterno uoluitur officio:
et dum se longi sequitur rota mobilis anni,
  nascitur et moritur, succidit atque redit.
nam finem noster finis non accipit, et mors
  qua primum morimur, perpetuo moritur.
uicturo semper motu sensuque manente,
  omnis perpetuo tempore uiuet homo.

271 longeua *A* resoluet *A* 272 bucina *A* 275 animọrum *A* animorum *B* 278 *malim* et 280 luxuare *A* 281 merens *A* marens *ed. Bodl.* marcens *Schurzfl. tamquam ex cod. Angl.* 283 Spiceus densis *A* Apiceus densis *B* at *addidi* spiceus en *Lipsius* adspicis ut *Delr.* flauịscit *A* 286 florent gramine *A* flore uirent *B* 288 spetiem *A* 290 hoc abit illud uenit *B* hoc abit ille uenit *Delr.* *quod edidi est in A et sic coniecerat Riuinus* 291 *fort.* alterno annuat *A* *fort. recte* 294 succedit *A* 295 Nam finis noster finem *B* *fort. rectius* 296 primo *B* 298 uiuit *B*

uiuet homo: fletus ast hic mea uerba sequuntur:
  nam puto sic hominis sors melior fuerat,
cum sensu uitae sensum deponere poenae
  et natum innatis consimilem fieri,
quam nunc, peccatis toto dominantibus aeuo,
  extingui uitae, uiuere suppliciis.
nam rogo ne credas dirae ad conpendia poenae,
  quod raptim insontes debita flamma uoret.
ignibus aeternis inmersos respice colles
  iugiter amburi, non tamen inminui:
et gelidos fontes et caerula flumina cerne
  fundere semper aquas, semper habere tamen.
sic miseros uindex semper populabitur ignis,
  ut semper seruet pabula laeta sibi.
haec si falsa putas, merito post uera probabis:
  at falsa effugies, si modo uera times.
quare post mortem sequitur si uita perennis,
  laetificans iustos discruciansque reos,
uiribus et totis et totis nitere uotis,
  quae rectum ducunt continuare uias.
contere calcatum mortis cum principe mundum
  et fuge lasciuis credere deliciis.

DE LASCIVIA

praecipue semper famosos despice uultus
  iudiciumque tuis eripe luminibus.
nemo feret rutilos intactis uestibus ignes,

299 ast *Schondonchus* est *AB* en *Baehrensius* (ẽ) 300 Nam *B* *in A prima littera incerta est propius ad Q accedens* 301 pęne *A* 305 cópendia pęne *A* 306 insontes *A* sontes *B* fontes *ed. Mignianus tamquam de fontibus tepentis aquae diceret Orientius* 307 immensos *B* 308 inminui *AB* 309 flumina cerula *A* 310 Semper habere tamen fundere semper aquas *A uix recte* 312 Et *A* l&a *A* 313 putes *B* 314 at *Fabricius* Vt *AB* 315 si *Lipsius* se *AB* 316 *Prima littera incerta in A* discrutiansque *A* 318 *an* rectim? 319 cum mundi principe mundum *B* mortis cú prime *A*[1] mortis (et) cũ prime donum *A*[2] 321 *in margine huius u. extant in A litterae hae* SCI *quae relliquiae sunt tituli* DE LASCIVIA: *ex B, ut uidetur, adscripsit Delr.* CONTRA LASCIVIAM ET VENEREA famosos *AB* *malim* formosos *cum Commirio* cultus *B*

nemo inter lituos non trahet aure sonum.
nemo inter flores blandorum ambitus odorum
naribus assiduam non metet ungue rosam.
nemo diu sitiens et multo sole perustus
incumbet gelidis nec potietur aquis.
nemo uias pedibus brumali tempore carpens
conspersus pluuia nec madefactus erit.
nemo, licet mediis muris, sub tempore belli
uel bene securus uel bene tutus agit.
congressus praestat uisum, mox lumina uisu
concipiunt flammas, parturiuntque nefas.
dum ueluti iacto piscantis fraudibus hamo
primo animus capitur, post etiam moritur.
prima mali labes heu femina! te dolus anguis,
atque hominem per te reppulit a domino.
erepti tu causa boni, tu ianua mortis,
tu decepta cito, tu cito decipiens.
ergo age, qui nullo maculari pectora naeuo
et purus puro niteris esse animo,
ut laqueos ignis gladios et acuta uenena
cernere laudatam sic fugies faciem.
non ego nunc repetam per tot iam saecula quantos
feminei uultus perdiderint populos.
praetereo clades Spartanas, Troica bella,
et raptu excidium quam prope, Roma, tuum,
cum gentes nulla domini sub lege nec ullis
sanctorum ad uitam perdomitas monitis,
qua furor impulerat, lasciuus duceret auctor,
esset et hoc licitum quod fuerat libitum.

324 trahet *Lipsius* trahit *AB* aure *A* ore *B* 330 Comspersus *B* Aspersus *A* 332 Aut — aut *B* erit *B* 333 prestat *A* lumina uisum *B* 335 amo *A* 338 Ac *B* 340 cito decepta *B* 341 qui *Delr.* quae *AB* neuo *A* 343 gladios *A* ualidos *B* et acuta *B* ac cuncta *A* 345 referam *A fort. recte* 346 perdiderit *A* 347 Praetereo *A* Praeterea *B* et troica *A* 348 raptu *Delr.* raptum *A* raptim *B* 351 duceré *A ' scriptura euanida* auctor *ego* uictam *A ut mihi et E. M. Thompson uisum est* uictum *A ut Martenio et Noltio uisum est* error *B*

de sacris, inquam, de sacris percipe libris,
  obprobrio quantis turpis amor fuerit.
te Dinae species nimio sub amore ruentem
  exstincxit, Sichem, cum patre, cum patria.
nam male compressam fratrum pia cura sororem
  promittit thalamo, uindicat in gladio.
hunc quoque laudatum psalmorum carmine Dauid
  forma placens celso deposuit solio,
cum male lasciuum comperto crimine corpus
  sacco contegeret, contereret cinere.
Thamar forma duos sub eodem tempore fratres
  incesti et ferri perpulit in facinus.
unus corrumpit, corruptam ulciscitur alter:
  ultio quae iusta est, desinit esse pia.
ipse etiam Salomon, cuius sapientia prisco
  tempore et ⟨in⟩ toto nobilis orbe fuit,
ducitur in facinus uetito laqueatus amore,
  femineo subdens turpia colla iugo,
et domini inmemorem merito praeconia laudum,
  quae iuuenem ornarant, destituere senem.
forma placens regi leto te tradidit, Aman:
  forma tuum rapuit, dux Oloferne, caput.
illum mirifico famosum robore Samson
  forma decens saeuis tradidit allophylis.
sanctus ⟨is⟩ et uictor per tot modo proelia miles,
  heu male femineis subditur arte choris,
ut iam pollutus, pariunt quia crimina poenam,
  oscula uirginibus, terga daret gladiis.

355] Gen. 34. 359] 2 Sam. 11 et 12. 363] 2 Sam. 13. 367] 2 Chron. 9. 369] Eccles. 47, 19. 373] Esther 7. 374] Iudith 13. 375] Iudic. 16. 377] Num. 25 et 31.

354 Obprobrio *A* 355 dinę speties *A* 356 Exstincxit sychem *A* 358 Permittit *B* 361 cópertú *A* cõmpto *B* 364 pepulit *A* 365 corrupit *A* 368 in *add. Delr.* 371 inmemorem *A* 373 l&o *A* 376 seuis *A* allofilis *A* 377 is *addidi* Sanctus et uictor *AB* sanctus et inuictus *Commirius quod probat Schenkelius cum Baehrensio* sanctus ad haec *corr. ed. Bodl.* 378 foeminei chori *corr. ed. Bodl.* 379 Ut iam *A quod conieccrat Delr.* Uitam *B*

tu quoque Leuitis tantum dilecta nec uxor,
  insano iuuenum subdita nocte toro,
uindictae studio totas in bella dedisti
  perdere contentas siue perire tribus,
ut membris lacero dispersis funere Gabaat
  efficeret diris ignibus usta rogum.
non, mihi si linguae centum sint oraque centum,
  expediam quantum forma placens noceat.
lasciuo clamat benedictus apostolus orbi,
  dans etiam licitis iura seuera toris;
coniuge possessus, contempta coniuge liber
  non similem causam relligionis habent.
coniugis implicitum detentat cura maritum:
  solum uult caelebs emeruisse deum.
sed quia nonnumquam succumbunt lumina et omne
  ancipiti rectum labitur in biuio,
si purum maculare animum parat impius hostis,
  semper ouans castam sollicitare fidem,
accipe tela, quibus cordis pia moenia serues:
  crux tibi sit clipeus, crux tibi sit gladius.
supplicibus lacrimis gemitu prece pectore tunso,
  quaere salutiferum nocte dieque deum.
ac ne paulatim facilem spes palpet amorem,
  lapsum a praecipiti perge referre pedem.
non ignarus enim miseris succurrere tempto,
  omnia perpessus, quae fugienda loquor.
respicis ad formam? sed saeuas respice poenas,
  respice quid laudes, respice quid timeas,

381] Iudic. 19 et 21. 387] Uerg. Aen. VI, 625. 391] 1 Cor. 7, 32. 33. 405] Uerg. Aen. I, 630.

381 leuitis *B* *in A uix legitur* 383 in *A* uel *B* 385 gabaath *A* gabaat *B* 390 thoris *A* 391 contempta et *A* 392 religionis *A* 393 implicitum *A* 394 celebs *A* 395 et omne *A* formae *B* 396 rectum *A* rectus *B* 398 auens *Riuinus* 399 męnia *A* 400 Crux tibi sit gladius crux tibi sit clipeus *A* 401 tunso *A* *quod coniecerat Delr.* tonso *B* 402 solutiferum *A* 404 Labsum *A* 405 quaero *B* 407 seuas *A* aspice *A*

internisque oculis et uero lumine cerne
  de terra ad caelum deque homine ad dominum.
hic breuis est fine exiguo claudenda uoluptas:
  illic perpetuo sulphure flamma uorax.
audi clamantem celsa cum uoce propheten,
  seu mandata legas pristina, siue noua:
'quae laus in uultu est? faenum omnem credite carnem,
  quippe ut flos faeni gloria carnis erit.'
nam ueluti flores ictus metit, atterit aestus,
  confundunt imbres, fortior aura rapit,
sic uultum quicumque placet, consumere tempus
  et tumor et liuor despoliare potest.
atque ipsam ut taceam, quae conterit omnia, mortem,
  quanta licent morbis febribus ulceribus?
hi modo qui canent albo sordente capilli,
  conlatas olim non timuere pices.
pendula quae maerent rugis deformibus ora,
  praetulerant uanum conspicienda decus.
qui nunc in laxa tremulus pes pelle uacillat,
  uix dederat tenui signa notata solo.
ceruix colla manus et quod nunc omnibus horret,
  heu miseris quondam causa furoris erant.
lumina, quae madidus deformia subluit umor,
  stellarum rutilae ceu micuere faces.
respice quod paucis floret nec permanet annis,
  et tamen aeternis culpa manet lacrimis.
ergo puellares uultus formasque decentes

413] Esai. 40, 6. 7. 423] Maxim. El. I, 131 sqq. 429] Maxim. El. I, 206.

412 sulphure *A* 413 celsa cum *A* cum magna *B* 415 fęnum *A* omne A^1 omne^{m} A^2 416 fęni *A* agri *ed. Bodl.* 417 digitus *corr. ed. Bodl.* m&itat terit *A* 419 quodcumque A^1 quicumque A^2 quandoque *B* 420 dispoliare *A* 423 Hii *A* capillo *AB sed est gradatio, capilli ora pes ceruix colla manus lumina* 424 Collatas *B* 425 merent *A an* marcent? 426 Protulerant *B* d&us *A* 427 luxa A^1B laxa A^2 *Delr.* pes *Delr.* per A^1B iam A^2 pella *A* folle *Riuinus ex A. A. I, 516 refutatus ab Heinsio ad Ouidii uersum* 430 erat *A* 431 madid̄ *A* humor *AB* 433 quam *A* respice quam paucis flos est nec permanet annis *Baehrensius* 434 culpa *AB an* causa?

aut uerso aut merso despicies capite.
atque ut sis penitus sic corde ut corpore purus,
ut nullum facias suspicione reum,
da studium curans et semper prouidus opta,
ut sit nulla tibi femina iuncta nimis.
amittet uires, si non sint obuia, uentus:
pabula si desint, irritus ignis erit.
ac ne mandatis tantum pars una putetur
ad uitae rectas sollicitata uias,
si qua uiri discunt, credat sibi femina dici:
et meritum et poenas hic quoque sexus habet.
oderit ignotos audax attendere uultus
seque tamen notis abdere luminibus.
nam male permixto ludentia lumina risu
blandum saepe solent ore tacente loqui.
atque amor, ut lacrimae, quas fundi iniuria cogit,
ex oculis surgit, pectoris ima petit.
ergo qua iuuenes praecepti lege monentur,
hac fugiat cunctos femina casta uiros.
iam si corporeas calcaris corpore casto
inlecebras, reliquum discute cordis onus.
namque subire solet nigri de felle ueneni, DE INVIDIA
multiplicis mater criminis inuidia.
inuidia infelix mortem moritura parauit:

451] Publ. Syr. 28. 459] Uerg. G. III, 37.

437 ut corde sic corpore *B* et corde et corpore *corr. ed. Bodl.* 438 suspicione *AB* 439 Da studium curans *A cum rasura post* studium curans *etiam B* curas *Lipsius* 440 Vt sit nulla tibi *A* Vt tibi sit nulla *B* iuncta nimis *B* iuncta tibi *A* 441 Amittent uires si non sint obuia uentis *B quod retinebat Delr. corrigendo* uenti 443 Hac *A* 446 meritum *hic est praemium, quod significauit Barthius Aduers. XXXXII, 17* 447 ignotis *Delr. Sed* attendere *hic est intente conspicere* 448 tam &notis *A* etiam *Delr.* abdere *Delr.* addere *AB* 449 risu *Riuinus* uisu *AB* 450 Blande *B* sepe *A* 453 Ergo ea qua *A* Ergo ea quae *B correxit Schondonchus* 455 Iam *B* Nam *A* torpores *A* 456 Illecebras *B* decute *A* mentis *A* 457 E INVIDIA *marg. A* CONTRA INVIDIAM *B* 459 nocitura *corr. ed. Bodl. ubi et* parabit

angelus hac celsi decidit arce poli,
dumque hominem properat caelesti pellere regno,
detrudi in tenebras ipse prior meruit.
hinc domini in cunctos uindex sententia uenit,
omnibus haec reliquis mortibus una rea est:
haec belli rabies, haec est discordia pacis,
plus sibi, quam cui uult saeua nocere, nocens.
haec Ioseph nimio fratrum sub crimine causa
primum seruitii, mox fuit imperii.
haec iusti fratris maculauit sanguine Kain,
haec Dauid mortis quam prope causa fuit,
cum, iam confecto solius robore bello,
extolli nollet laude socer generum.
hac primae cogente gemens operarius horae
uincere fossorem nititur undecimae.
haec postrema dedit crucis in ludibria Christum,
dum peragit liuor credulitatis opus,
et praeceps populus signa ac miracula rerum
obtutu cernit, pectore non recipit.
in tantum studiis furialibus improba cunctos
a uero in facinus uerterat inuidia,
ut non nescirent, sed nollent credere, quod tunc
esset per dominum glorificandus homo.

DE AVARITIA

nec cura leuiore dehinc uitare memento
unius innumerum crimen auaritiae.

467] Gen. 37, 11. 41, 40. 469] Gen. 4. 470] 1 Sam. 19, 10. 473] Matth. 20, 9—12. 475] Matth. 27, 18.

467 nimio fratrum sub *A* fratrum sub *B spatio relicto* 469 fratrem *B* Kain *A* Cain *B* 472 Extollit *A* 473 operarios (u *supra*) *A* 474 undetimae *A* 475 postrema *ex* postremo *ut uidetur A* et (in *supra*) *A num* ad? 476 credulitatis *Delr. quod sic interpretor, dum cruci figitur Christus propter Pharisaeorum inuidiam, non propter plebis credulae libidinem. nam ut nimis credulum est uulgus, Christum modo pro rege accipiebant, modo pro nequam et malefico interficiebant* crudelitatis *AB* 477 ac *A* et *B* 480 A uero *B* A (h *supra*) uerū (ū *ex* o) *A* Ah uerum in facinus *Martene* 483 DE AVARITIA *marg. A* IN AVARITIAM *B*

omnibus in terris, quas sol uidet, aequora claudunt,
quasque dies adeunt, quasque tegunt tenebrae,
ignoto nobis quidquid diffunditur orbe,
omnibus in regnis, omnibus in populis,
infectis morbo multorum mentibus haec est
radix causa caput fons et origo mali.
innocuos quidquid dominus formarat in usus,
haec male mutatis perdidit officiis.
quid quereris diros portus uentosque furentes,
tristia famosis aequora naufragiis?
tu caesam siluis annoso robore quercum,
si tignis non est utilis, adde focis.
contentusque tuo, submotum si qua per orbem
nascuntur, patiens crede negata tibi.
et pelagi motus et saeuas flare procellas
securus tuto litore prospicies.
usum naturae uitium fecistis, auari,
nata bona prauis usibus esse mala.
e terra genitum terrena in munera ferrum
falcibus incuruum, uomeribus rigidum,
in caedem et diras, bellorum crimina, mortes
armamus contis missilibus gladiis.
pelleret ut frigus uiolentum accepimus ignem,
pelleret ut tenebras discoqueretque dapes:
coepimus insani flammas inmittere tectis
atque exurendis subdere corporibus,
tamquam esset paruum praedandi in crimine crimen,
ni ferret sparsas sanguine raptor opes,
et miseros poenis uariis uis ultima cogat,

485] Iuuen. X, 1.

485 quos *B* 486 tegent *A* regunt *ed. Bodl., sed* tegunt *corr. eius in marg.* 487 quicquid nobis *A* 491 quicquit *A* 493 motus *Baehrensius* 495 Tu *AB* i *Heinsius ad Ouid. Met. XIIII, 534* 496 si tignis *Heinsius* Sit ignis *A* Si lignis *B* 497 sub motú *A* 499 et *om. B* 500 perspicies *B* 502 bona et prauis *B* 505 Incedem *A* mentes *A* 506 Aptamus *Baehrensius* 508 Pelleret *AB sed in B inter lineas manu alia scriptum fuisse* Uinceret *testatur Delr.* discoperetque *ed. Bodl.* 509 immittere *B* 511 ṕdandi *A* 512 Si *A* 513 Ut *A* uariis poenis *A*

cum quod habent perdant, dicere si qua latent.
fratribus inuisos fratres, uitamque parentum
exosam natis fecit auaritia.
de uero falsum, de falso fingere uerum
saeua per innumeras haec docet insidias.
hac faciente reus dum partem subtrahit auri,
in mortem totus transiit Ananias,
nec solus; sociam nam foedi in crimine falsi
coniunxit misero par quoque poena uiro.
haec miseros homines mortis sub tempore fecit
non bene postremis fidere iudiciis.
subduntur tabulae, conquiritur undique testis,
ore ferens falsum, pectore uera premens.
scalpuntur gemmae similes, manus improba discit
heu male mentitas assimulare manus,
ut pater alterius factus credatur et heres
non possit proprii filius esse patris.
hac duce custodes inter securus adulter
peruenit ad castos muneribus thalamos.
itur in omne nefas animis manibusque paratis,
aurum si pretium constituas sceleris.
dic, rogo, quid (miserum) tantus furor † laxat habenas,
ut tibi non sat sit, quod tibi iam satis est?
inmensis properas terris coniungere terras,
claudendus parui marmore sarcophagi?
alterius damno fieri locupletior ambis?
quod rapis ex aliis, mox erit alterius.
et cursu celeri sic post amissa dolebis,

515] Lucr. III, 72, 73. Catull. 64, 398, 9. 520] Act. Apost. 5.

519 subthrahit *A* 520 annanias *A* 521 sotiam *A* foedo *Martene* 522 Coniunx̃ *A* 528 assimilare *B* 531 custodis (e *supra* i) *A* 534 sceleri *Schondonchus* 535 *sic AB* quis misero tantas furor aptat habenas *uel* quis miserum tantus furor urget habendi *Riuinus* *fort.* exit *h. e. liber habenis fertur* 536 non satis sit *A* sat non sit *B* 537 Inmensis *A* 538 *malim* paruo sarcofagi *AB* 539 dampno *A* 541 cursu *in A sic scriptum est ut ad* rursu *accedat*

ut doluere illi qui tenuere prius.
ceu non casuras inmensum construis arces,
ipse tamen raptim qui moriturus eris?
comitur in somnos tenuato lucida uitro
marmoribus uariis lubrica cella tibi:
tamquam non adeat lignis coeuntia tecta
in bene securo pectore tuta quies.
certe non aliter sitientia proluit ora,
quem palmae obtulerint, quem caua gemma liquor:
et sic suscipient rabidi ieiunia uentris
quos crystalla dabunt quosque patella cibos.
an non pellendo glacialis frigora brumae
hirta tibi melius pallia praebet ouis,
quam quae, lentato per lubrica fila metallo,
alternos frangit uestis onusta gradus?
quo tibi perlucens habitus, qui tegmine raro
offerat ignotis membra tegenda oculis?
argentum atque auri moles et gemma coruscans
e mundo et mundi est: hinc uenit, hic residet.
uenisti in uitam nudus, nudusque redibis:
nil tecum attuleras, ferre nihil poteris.
ferre tamen poteris contempta hic munera mundi:
mitte secuturus, quae duplicentur, opes.
nam seruata nimis quae mox bona non tua fient,

557] Catull. 69, 3. 562] 1 Tim. 6, 7.

543 immsum *A* immensas *B* 544 oris *A* 545 Comit˜ *A* Curitur *B* quaeritur *Lipsius* tenuata *A* 547 tectis coeuntia lignis *B* sectis c. lignis *Heinsius ad Met. XIIII, 534* 548 blanda quies *A* 549 proluit *Delr.* proluis *AB* 550 Quem (Hunc) *A sed* Hunc *nigriore atramento* quem *AB probante Heinsio an* quam? 552 cystalla *A* 553 frigore *A* 554 Hyrta *A* 558 Afferat *A* 559 atque *ego* et *AB* 561 inuen (itam) *A* in mundum *B* 563 DE ELEEMOSYNA *marg. B* hic *AB an* hinc? 564 seqtur' *A* secuturas *Delr.* 565 *sic AB h. e. nam quae bona mox fient non tua si nimis seruata fuerint, tua erunt si serues non tibi* tua mox *Riuinus*

si tibi non serues, sic erit ut tua sint.
munera quae donat moriens, haec munera non sunt:
donat enim quod iam desinit esse suum.
qui sanus metuensque nihil, qui mente quieta,
qui sibi dum uiuit dempserit, ille dedit.
quodque sibi dempsit, melius reparabitur illi:
integra mox capiet, qui peritura dabit.
condita nam caelo non fur, non auferet hostis,
non tinea aut pluuiae flammaque carpet edax:
caelo autem condes quidquid pro nomine Christi,
Christum respiciens, pauperibus tribues.
qui post assumptae carnis mysteria dicit:
uestior in nudis, subleuor in miseris,
uisitor in clausis, curor confotus in aegris,
adiuuor in paruis, protegor in uiduis,
et quodcumque facis misero uel non facis, illud
crede mihi fieri, uel mihi non fieri.
ac ne pauperiem pauper praetendere possis,
ut color iniustae detur auaritiae,
si tibi non fuerint sumptus quos quaerit egenus,
non cibus aut calida est qua foueatur aqua,
cum poscit sitiens, gelidus sub nomine Christi
oblatus poterit praemia ferre calix.
hoc, quo quisque potes, miserum solare rogantem,
et si defuerint munera, uota dabis.
ipsa etenim ante deum non est peritura uoluntas,

573—574] Matth. 6, 19. 20. 577—580] Matth. 25, 35—40. 587] Marc. 9, 41.

566 erit *A uti correxerat Delr.* eris *B* 572 dedit *corrector ed. Bodl.* 573 Condita enim *A* auferat *A* 574 tineae *A* 575 quicquid *AB* 576 recipiens *A* 580 uidus *A* (v *nigriore atramento*) 581 miseris *B* 583 possit *A* 584 *fort.* et 586 calida é *A* calida *B recte fortasse, cum saepius producantur breues syllabae ante* qu *apud Prudentium* calidae *alia manus in B* quo *Delr.* 587 gelidus sitiens *B sed perspicuum est* gelidus calix *hic idem esse quod* gelidae calix *cf. Matth. 10, 42* 588 p̃mia poterit *A*

si bene non poterit, quae bene uel cupiet.
hinc fuit ut dominus monitis felicibus omnes
coniungi uellet pacis amore homines,
et quae per sanctos laudauerat ante prophetas,
discipulis proprio traderet ore suis,
dum nihil iniustum, nil durum, nil uiolentum,
nil leue, nil cupidum, nil graue, nil uarium,
uel facere in rebus, uel uerbis dicere posset
casto seruatus pectore pacis amor.
hinc cohibet totum pacis concordia mundum,
quae brutis etiam cum ratione datur.
et cum flammiferis frigentia, mollia duris,
siccis cum pugnent umida, lenta citis,
omne per ignotas tacito moderamine causas
uno consociat foedere pacis opus.
sic, modo si paruis cupias componere magna,
corporeum frenat pacis amor populum,
ut sub terreno sociatus principe discat
regi caelorum soluere uota simul.
ergo mei similis peccator, me minor imo —
omnes criminibus namque ego uinco meis —
pacem placatus, pacem quoque laesus amato:
pax in uisceribus, pax sit in ore tuo.
pelle odium, contemne minas, depone tumorem,
offensam teneant tempora nulla tuam,

603] Ouid. Met. I, 20.

592 uelle cupit *B* qui bene uel cupit *Schurzfl. 1716 tamquam ex cod. Anglico* 595 quam *A* praedixerat *B* 602 cum *A* con *B* *hoc Barthius sic explicat Aduers. XLIII, 9 'Cum bruta suo ingenio suaque natura fera sint minimeque omnium pacem colant, sed immanibus iris in mutua exitia animentur, ratione tamen ea mansuefieri et pacis amorem humana industria induere'. an est* cum ratione *idem quod* cum rationabilibus *h. e. cum hominibus?* condicione *Riuinus* 604 conpungnent humida *A* 606 consotiat *A* 607 modo si *coniungenda ut Ouid. Trist. II, 263 et saepe in Digestis* 608 premit *B* reprimit *Barthius Aduers. XLIII, 9.* 611 minus uno *corrector ed. Bodl. idemque Schurzfl. 1716 tamquam ex cod. Anglico* 615 contempne *A* tumorem *ego, quod idem et Noltius coniecerat* rumorem *A* rigorem *B*

ut te sol blandae seruantem uincula pacis
deserat abscedens, inueniat rediens.

LIBER SECUNDUS.

Si monitis gradiare meis, fidissime lector,
caerula securus colla premis colubri.
cumque aderit Christus iudex, mox obuius ibis
per tenerum blandis aera uecte notis.
tantum ut mandatis quouis sub tempore in istis
praetereat curam portio nulla tuam.
an si uentosae moueat te gloria linguae,
quam suadet uano Tullius eloquio —
sin fugienda, iocus conuiuia sermo uoluptas,
sic etiam aequaeuis dissociande tuis, —
quo studio nostri seruabis uerba libelli,
ut uitae meritis consociande deo?

DE VANA LAUDE

praecipuus labor est blandam contemnere laudem,
quae trahit in praeceps ambitiosa homines,
et semper tacito festinat ad intima motu
uisceribusque ipsis pestis acerba sedet.
omnia dum uolumus, facimus quaecumque, probari,
utque suis nullus non faueat uitiis,
lenito titulo parcum se dicit auarus,
acris uelatur nomine saeuitia,
ac studiis totis et tota nitimur arte,

7] Uerg. Aen. XI, 390.

618 inueniet A EXPLIC LIB I· INCIP II'··· A

2 premes *Schenkelius* 4 nothis A 7 An A at *Commirius; sed uidetur duplex esse interrogatio, orta ex parenthesi* sin fugienda—tuis *'an, si moueat gloria . . quo studio seruabis?'* 9 Sin A *fort.* seu sint *Baehrensius* 10 sic *ego* Siq. A sisque *Baehrensius* ęque uis dissotiande A 12 consotiande A 13 DE VANA LAVDE A 18 fau& ịnuitiis A ([a] *et puncta nigriore atramento*) fauet et uitiis *Baehrensius*

ut quidquid loquimur uel facimus placeat.
at tu si Christo soli uis esse probatus,
gloria quaeratur nulla tibi ex homine.
nam cum deiectus, mox exaltabere, erisque
pro domino paruus, magnus apud dominum.
contentum uexet quaecumque iniuria, nulli,
si male pertuleris, par quoque redde malum.
ecce patrem Christus pro se lacerantibus orat,
supplicat et Stephanus, supplicat et Iacob,
dum miti magnoque animo licet ultima passi
poenarum nulli causa uolunt fieri.
nullum saeua reum faciat sententia, nullum
austero properes plectere iudicio.
festucam tenuem fraterno in lumine cernis,
luminibusque tuis nescis inesse trabem.
iniuste alterius cupiet describere uitam,
assertor uitae qui nequit esse suae.
sed nos damnati uitiis insistimus et quae
ipsi persequimur mox etiam facimus.

DE CAUENDO MENDACIO

fallere crede nefas! durat sententia dicens:
os, quod mentitur, morte animum perimit.
et quod erit uerax semper dixisse memento,
et non quod non est sermo tuus resonet.

DE GULA

dulci praeterea frenos impone palato,
ne sapor antiquum saeuiat inlecebris.
illos caelorum donis regnisque potitos

24] 1 Thess. 2, 6. 28] 1 Thess. 5, 15. 1 Petr. 3, 9. 35] Matth. 7, 3. 42] Prouerb. 26, 28. 43, 4] Matth. 5, 37.

22 quicquid *A* 27 contentum *ego* Contemptum *A* 28 Simile *A* si male *Martene* si mala *Commirius* 30 Iacobus *Martene edidit* 31 miṭti *A* passiṃ *A punctis utroque loco nigrioribus* 33 reṛum *A* 34 properes *Commirius* proceres *A* 35 cernes A^1 cernis A^2 36 nescis *A* noscis *Schurzfl. uix recte* 37 decrimine *A* describere *marg. A* 38 qui nequit *Commirius* qui nescit *A* 39 dampnati *A* DE CAUENDO MENDATIO *A* 43 erit uerax *ego* quod est uerax *A* ergo quod est uerax *Baehrensius* DE GVLA *marg. A* 46 antiquû sęuiat *A* antiquus *ed. Martene* antiquis *Commirius* *fort.* seruiat illecebris *A*

fecit mortales ambitiosa gula.
dum magis in uetitum ruimus cupimusque negata
et, quod difficile est, hoc potius uolumus.

DE EBRIETATE

praecipue largo uenas perfundere uino
respue, ne raptim uina uenena fiant.
ut nimiis quotiens sitit aestibus arida tellus,
solers in fructus quam parat agricola,
si prius euulsas quam sol internecet herbas,
inrorent madidos nubila densa dies,
protinus et sentes et gramina noxia messi
seminibus uictis heu male laeta feret:
corpora sic multo fuerint quae dedita uino,
consiliis pereunt, luxuriant uitiis.
et quid sordidius, quid erit deformius umquam,
quam si te tibimet subtrahat ebrietas?
cum caput huc illuc uergat, gressusque uacillet,
mensque neget sensum, lingua tenere sonum,
claudantur grauido uergentia lumina somno,
quid facis ignores, tu quoque cum facias.
quid loquar adlatum uultu fumante calorem,
et male compositis uerba soluta modis,
labentes manibus calices, mensasque per ipsas
immixtos uino saepe redire cibos,
teque per innumeros, cum uult mens saucia, motus
uel gaudere nimis uel modo flere nimis,
et nunc saltatu uergentia membra rotare,
nunc dare lasciuis brachia mota choris?
exclamare libet, uino dapibusque sepultum,
forte etiam proprii nominis immemorem,

49] Ouid. Am. III, 4. 17. 75] Iuuen. VIII. 29. Uerg. Aen. III, 630.

48 Fecit ambitiosa gula mortales *A* DE EBRIETATE *marg. A* 51 Precipuę *A* 52 fiant *corripuit more Prudentii* 53 quoties *A* 56 inrorent *ego* Inroret *A* *possis etiam* inroret madidus *uel* madidans 58 leta *A* 65 mergentia *Schenkelius* uertentia *Baehrensius an* turgentia? 66 *an* quod? tu *A* tum *Baehrensius* 67 adlatum *ego* ablatum *A* oblatum *Martene* uultus *A* uultu *Martene* 71 saucia *Eccardus* sauciat *A*

eius, qui donet largus tibi talia, quando
  orandi subeat tunc pia cura dei?
pascere tam magno sumptu quot posset egenos,
  quotque dies laetos haec daret una dies?
at te nunc saturo pauper ieiunus oberrat:
  tu uinum reuomis, uix habet alter aquam.
et si forte cibum uox poscit egena, negabis
  ollis, quis nihil est, hoc, tibi quod superest.
sentio iam dudum tacitum te dicere, lector:
  uera quidem, sed sunt ardua quae statuis.
ardua praecipimur; de terra scandere caelum,
  non est quod paruo stare labore putes.
magnus enim labor est; sed merces magna labori.
  praemia qui sperat, desidiam fugiat.
palmam nemo feret, nisi qui certauerit ante.
  non nisi uictori blanda corona datur.
an tibi ⟨si⟩ fragiles mundi quaerantur honores,
  munere quo speres emeruisse hominem?
quidquid id est uariis quod uexat corpora saeuis,
  dum celeri uitam currimus in stadio:
contemptum pluuias frigus ieiunia rixas
  contento poteris sustinuisse animo,
discurrens urbem totis lustrare diebus,
  uix media fessus nocte redire domum,
continuoque iterum prima consurgere luce,
  ut clausas possis primus adire fores.
et cum te tenuis per dura sedilia somnus
  compulerit fessum deposuisse caput,

101] Cat. 14, 14.

77 eiu' *A* *h. e.* eiuụs 79 magnoṣ súptv (v *nigriore atramento*) *A* quot poss&̣ (s *nigriore atramento*) *A* posses *uulgo* 81 aberrat A^1 oberrat A^2 82 uina re(uo)mes A^1 re(uo)mis A^2 84 ollis *A* 86 quẹsta tuṭis *A punctis nigrioribus* 88 labore stare *A* 93 an tibi si *Commirius* An tibi *A cf. ad II, 7* 94 quo *ego* qua ł quos *A* quos *nigriore atramento* hominem (tū) *A* hominum *Commirius* 95 quicquid (id) est *A* 100 de(ł o)mum *A*

ille prior forsan qui serior adfuit ibit,
  at tua pulsabit stulta querella notos.
aut si lictorem tanget uox clarior, opta
  ut bene submotus nec male caesus eas.
sed fac quod rarum est, ut uictus ianitor auro
  ac precibus tandem dicat 'adire potes'.
ingrederis lingua blandus uultuque modestus,
  corpore subiectus: nil tamen ista iuuant.
omnis honor pretii est: ibis pro pondere numi,
  carta seu foliis siue petes tabulis.
nam si cessarit diues manus, irrita res est,
  et si uerba dabis, tu quoque uerba feres.
en honor arrisit, quem semper in ordine mos est
  sumere sero quidem, sed posuisse cito.
nam quod tu dederas, mox conferet alter et alter:
  quod multi cupiunt, nemo diu tenuit.
fac tamen ut longum durans honor inflet, agat te,
  numquidnam finem non habiturus erit?
finge age mansuri signent tua nomina fastus,
  atque tuo felix annus eat titulo:
quid tandem prodest, cum desinit esse, potestas?
  in quo sentitur quod fuit atque abiit?
et quod paulatim succedens nesciet aetas,
  et quod si scierit, quid tibi mercis erit?
sed qui terreno tantum dependis honori,
  tanta nunc homines ambitione colis,
ut domino placeas, cuius sunt omnia, Christo
  insuper et regnum promereare dei,

109] Ouid. Trist. IIII, 10. 121. 124] Ouid. Fast. I, 26.

105 ibit *Commirius* ibi *A* 106 at tua *Commirius* Atria *A* querela *A* notos *Commirius* notus *A* 107 lectorem *A*[1] lictorem *A*[2] obta *A* 111 bland̄ *A* 113 ib̄ *A* numi *A* 114 Qarta (c suprascr.) *A* cartae *Commirius* foliis *sc. membranae* petes *ego* potens *A* tabulis *sc. cereis* 116 dab̄ *A* 117 En (ᴬ suprascr.) *A sed* ᴬ *nigriore atramento* 121 agat te *Martene* agté *A h. e.* agentem *an* auentem? 126 habiit *A* 128 mercis *A* 130 Tantaque *A quod correxi* tantaque hic *Baehrensius* 131 placeat *A*

ante feres uerum falsis, ingentia paruis,
  uilia magnificis, perdita perpetuis.
deuotum uincet quae tandem iniuria pectus?
  ecquid erit celsum? quid tibi difficile est?
namque nihil durum est, cum spes succedit, et omnis
  peruenit ad fructum uictus honore labor,
et fructum, toto qui duret tempore, quem non
  auferat ambitor prodigus impatiens.
audis spondentem dominum noua praemia iustis,
  promissis semper qui meliora dabit,
non conspecta oculis, non auribus insinuata,
  ipso non sensu praemeditata prius.
nunc tibi distillant pretioso cortice myrrhae,
  turis odorato caespite terra tumet.
adde thymum uiolas casias melilota crocumque,
  candida puniceis lilia iunge rosis.
cum tot in his terris peccator munera sumas,
  in caelis sanctus quae bona percipies?
finge age quod clarum, quod pulchrum, quod pretiosum,
  et toto magnum quidquid in orbe putas,
hoc meritis dandum felicibus, aurea tecta,
  gemmatos postes purpureumque solum,
ruraque uernanti semper redolentia flore,
  lacte et melle simul flumina plena trahi.
haec quia conscendunt animos, et mente uidentur,
  inferiora illis crede futura bonis.
nec uereare tamen, longo ne tempore uictus
  impar mandatis reperiare dei.
nil habet haec longum, longo licet acta rotatu,

143] 1 Cor. 2, 9.

133 feres *ego* ferens *A* 136 ecquid *ego* Et quid *A* 139 fractum *A*[1] frvctum *A*[2] 145 nunc *Schurzfl.* Non *A* distillant *A* myrrę *A* 146 turis *A* 147 Add& hymnú (tymum) *A* cassias mellilota *A* 152 toto *ego cf. 180* totum *A* quicquid *A* 155 uernanti *Commirius* uernantis *A* 157 Hec *A*[1] Nec *A*[2] 159 ne té tépe *A*

quo nunc perfruimur tempore, uita breuis.
lassa senescentem respectant omnia finem
et iam postremo uoluitur hora die.
respice quam raptim totum mors presserit orbem,
quantos uis belli perculerit populos.
non densi nemoris, celsi non aspera montis,
flumina non rapidis fortia gurgitibus,
non castella locis, non tutae moenibus urbes,
inuia non pelago, tristia non heremo,
non caua, non etiam tetricis sub rupibus antra,
ludere barbaricas praeualuere manus.
multis ficta fides, multis periuria, multis
causa fuit mortis ciuica proditio.
insidiae multum, multum uis publica fecit.
robore quae non sunt, sunt superata fame.
concidit infelix cum prole et coniuge mater,
cum seruis dominus seruitium subiit.
hi canibus iacuere cibus, flagrantia multis,
quae rapuere animam, tecta dedere rogum.
per uicos uillas, per rura et compita et omnes
per pagos, totis inde uel inde uiis,
mors dolor excidium   incendia luctus.
uno fumauit Gallia tota rogo.
cur tamen enumerem labentis funera mundi,
quae per consuetum semper aguntur iter?
cur repetam quanti toto moriantur in orbe,
ipse tuam uideas cum properare diem?

163 respectant *ego* despectant *A* 167 non densi *ego* Condensi *A* 168 gigutibus (gurgitibus) *A* gurgitibus *nigriore atramento* 169 N̄ *A* 171 tetricis *ego* metuis (endis) sub *A* endis *nigriore atramento* *possis et* mediis *uel* madidis 172 þualuere *A* *malim* eualuere, *ut in uersibus de Prouidentia, quos hic citat ed. Mignianus, 35 sqq. (Tom. LI, p. 618)* non castella petris, non oppida montibus altis | imposita, aut urbes amnibus aequoreis | barbarici superare dolos atque arma furoris | eualuere 179 cib. *A* 180 rogum *ego* rogo *A* 181 uicus (os) *A* os *nigriore atramento* 183 strages *suppleuit Martene,* clades *Schenkelius*

praetereo gladiis quantum, quantumque ruinis
igni grandinibus fluminibus liceat;
quantos bellą fames perimant morbique furentes
et quae per uarias mors ruit una uias.
quantos et mediae pacis sub tempore, ut esse
pax possit, † cruciat debita poena reos.
omnis paulatim leto nos applicat hora:
hoc quoque quo loquimur tempore, praemorimur.
et per fallentes tacito molimine cursus
urget supremos ultima uita dies.
dum cibus et somnus, dum uerba et pocula mulcent,
siue domo sedeas, seu peregrina petas,
dumque geris quodcumque geris uel non geris, ultro
mors mouet alternum nil remorata pedem.
cereus ut caecae positus sub tempore noctis
compensare diem luminis officio,
dum non sentimus, lento consumitur igni,
semper et ad finem flamma uorax properat:
sic hominum res est: pereunt quaecumque geruntur,
proficit et moritur quod sibi uita trahit.
sed fac uiuacis spatia haec tam longa senectae,
orbis ut immunis funera respicias,
sero licet ueniat, ueniat tamen ille necesse est
qui non in totum finis abesse potest.
nam quae nascuntur, crescunt post atque senescunt,
et senio fessis nil nisi mors superest.
† intereunt decies qui ternos uixerit annos

204] Ouid. Ib. 624.

190 grandinibus *Schurzfl.* graminibus *A* 194 cruciat *alia manus nigriore atramento scripsit in A eraso quod fuerat uocabulo* 195 lẹto *A* 196 quo *Schurzfl.* quod *A* p̄morimur A^1 p̊morimur A^2 199 dum *ego* Cum *A* cibǒs et sónǒs *A* 201 non geris, ultro *ego,* non geris ultro *uulgo* 203 cecę *A* 204 Compensare *A h. e. ut compenset* 207 ic *A* 209 ed *A* 211 ero *A* 213 nam *ego* am *A* iam *uulgo* crescunt post atque senescunt *alia manus add. nigriore atramento* 215 ntereunt *A*

atque illum uixit qui modo † millesimus,
postquam postremus finis retinebit utrumque,
certe supremo tempore mortis idem est.
quid uitam traxisse iuuat, si uiuere cessas?
quaeue bonis merces, si teneare malis,
† cum, nisi dum frueris, fructu tangere fruendi,
et uita haec uitae uiuat in officio?
nam quod iam fuerat nihil est, si desinit esse;
et quod non sentis, non iuuat an fuerit.
quid tandem prodest si te ieiunia uexent,
hesternis large membra onerasse cibis,
cumque tuas hodie stringat sitis ⟨arida fauces⟩,
ante diem nimio praemaduisse † cibo?
cum mediis celeri quae sunt decursa rotatu
eripiat sensum non reditura dies?
sed nos, decurso primaeuae flore iuuentae,
iam dubii gressu lumine uoce manu,
cum quidquid fuimus, dolor est meminisse, fidemque
omnibus eripiunt proxima praeteritis,
incuruos querulos consumpto corpore numquam
haec quoque quae grauis est uita satis satiat.
hinc est quod toto penitus uelut orbe remoti

231 sqq.] Maxim. El. I, 119—122. 237] Uerg. Ecl. I, 66.

216 *locus uitiatus* Atque illú uix́ (illum uixit) qui modo missile ſim' A^1 *ut uidetur* missịle ſim' A^2 *ita ut* ſ *ad* l *accedat. fort.* inter eum *(sic Schurzfl.)* decies qui ternos uixerit annos | atque illum, uixit qui modo mille simul *ut* modo mille simul *sit 'just a thousand in all', h. e. si quaeras quid intersit inter eum qui XXX annos uixerit et qui mille omnino impleuerit, nihil inuenies discriminis certe mortuis esse, cum uterque eadem mortis condicione utatur* millesimum *Schurzfl.* 217 ostquam *A* 218 suppremo *A* 219 uid *A* 221 um *A* cur *Commirius* fructu *A* *fort.* luctu *h. e. dolore quem ex amisso fructu habebis cf. Maxim. El. II, 39, 40* 223 nam *ego* am *A* 225 uid *A* 227 umque tuaș hodie stringat sitis *tum in marg.* assidua *A* arida fauces *Commirius om. A* 228 mero *H. Nettleship* 229 um 231 ed *A* decursę A^1 decurso A^2 primęuo *A* 232 dubiis *uel* dubio *uel* dubios *coni. Commirius credo* dubii *ad sententiam* cum quidquid fuimus *referendum esse* gressu. lumine. uoce. manu *A* 233 um *A* quic quid *A* 234 eripiant *A* 235 ncuruos *A* 236 faciat (r *supra*) *A* 237 inc *A*

spectamus toto quidquid in orbe perit.
haec miseros alio tamquam sub sole manentes
mortis nos propriae mors aliena monet.
ante oculos longeque simul fraudamur amicis,
luminibusque illinc, hinc uenit aure dolor.
intereunt dulces aeuo uergente parentes,
eque ipso coniunx eripitur gremio.
et fratris fratrem mors e complexibus aufert,
at natu forsan iunior ille fuit.
ordine nec uitae senior subducitur aetas,
cum uideat nati funera saeua pater.
nemo tamen cautus credit quod cernit, et illum
quod non uult, cernit se quoque posse pati.
hoc tamen inde uenit, factis quia semper iniquis
mortem perpetuum ducimus esse malum,
et quas criminibus poenas lex sancta minatur,
serius excipere credimus esse lucrum.
felix qui licitum finem putat esse laborum,
quod, post ne timeat, cauerit ante timens.
felix qui magnum magnaque indage mouendum
urbibus et populis nobile iudicium
constanti sperare animo uultuque sereno
securus uitae de probitate potest,
quem faciat certis bene mens sibi conscia causis
sub tanta intrepidum mole tenere caput.
illic imperio quondam regnoque potentes,

244] Cat. 68, 146. 261] Uerg. Aen. I, 604.

238 quic quid *A* 239 ec *A* *restat tamen ex initiali littera* I *unde* haec *scripsi* nec *uulgo* 240 nos *A* proprie *A* 241 nte *A* 243 ntereunt *A* 245 t *A* ecóplexibus *A* 246 at *ego* Et *A* 247 rdine *A* 249 emo tam incautus *A*¹ emo tam‿encautus *A*² credet (i) quod cernet (i) *A* illum *sc. pati* illud *Schenkelius* 250 cernet (i) *A* 251 oc *A* 253 t *A* pęnas *A* 255 elix *A* *fort.* liquidum laborem (v) *A* 256 Quod p. ne *A* poenae *Martene* cauerit *ego* cauerat *A* 257 elix *A* 259 onstanti *A* 261 uem *A* faciat *A* *an* faciet? 263 llic *A* imperio quandam (o) *A*

illic conspicui fascibus et trabeis,
quis aurum lectis dapibus, crystalla Falerno,
substratosque ostro mos onerare toros:
robore famosi, laudati munere formae,
ac male fidentes corporeis opibus:
quorum uenter erat dominus, lasciuia uotum,
spes in praesenti, gloria diuitiae:
qui neglexerunt miseri uel morte sub ipsa
claudendis dominum quaerere luminibus,
poenam expectabunt clausi. ne quaere doceri
quam poenam: factis congrua poena manet.
hos tenebrae iuges caeca sub nocte manebunt:
his lumen † tunc flamma seuera dabit.
isti sulphureo flagrantes igne caminos
cogentur laceris scandere corporibus.
illos constringet uiolento infusa rigore
flatibus hibernis dura gelu glacies.
et cum tam discors pugnet natura gehennae,
nominis unius uis tamen est uaria.
nec tam diuersa possis dinoscere poena,
igne sit an grauius frigore supplicium.
non quod nos, istic, terrena morte peremptis,
excipient unam crimina multa necem,
cum quamuis saeuus pro rerum pondere iudex
non aliud possit quam rapuisse animam,
et quodam scelerum lucro, si plurima restent,
uindictam reliquis ultio prima neget.
ast illic omnes persoluet in ordine noxas

269] Phil. 3, 19. 273] Uerg. Aen. VI, 614.

265 uis A 266 Substratoṣque *A punctis nigrioribus* 267 obore *A* 269 uorum *A* uenter *Martene* uent' *A* 273 Pẹnam *A* 275 ceca *A* 276 tenue *Commirius* toruum *Baehrensius* 277 sulphureo *A* 279 uiolenta (o superscr.) *A* 283 dinoscere *A* 285 q' A^1 q^a A^2 ^{a} *nigriore atramento* non qui mos est hic *Commirius fort. recte* *sed retineo quod est in A, idque sic expedio*: non quod nos (facimus) terrena morte peremptis, istic *h. e. in gehenna* (fiet), ut crimina multa unam necem excipiant.

succedens factis congrua poena suis.
atque unum corpus per singula membra patebit,
quot potuit uitiis, tot quoque suppliciis.
altera crudeles, lex altera plectet auaros:
facta aliter soluent et meditata aliter.
est sua periuris, est ⟨et⟩ sua poena superbis,
atque alia effusi causa cruoris erit.
inuidus inpatiens mollis falsator adulter,
et uini totus, totus et inlecebrae,
dextram caede nocens, linguam in conuicia promptans,
peruasor iactans inpius indocilis
iudicii ante diem poenas dabit, ut neque paruum
supplicii spatium det mora iudicii.
ambibunt alios sinuosis flexibus angues,
ast alios candens igne catena teret.
omnia plena illic lacrimis terrore dolore,
et uox nulla, nisi quam dederit gemitus.
ecquidnam ulterius per singula crimina curram
uexabunt diris quae miseros crucibus?
quando etiam incauto si quid nunc ore loqueris,
sermonis ratio est discutienda tibi.
hos inter, rerum dominum quicumque negarit,
summittens saxis stipitibusque caput,
ille miser uere, nec erit miserabilis ulli.
excipiet solus quidquid ubique nocet.
innumeri uermes morituro in corpore uiuent,
nec finis fumo quem dabit ignis, erit.
at parte ex alia blandorum † uerba piorum,

311] Matth. 12, 36. 315] Ouid. Ib. 117 sisque miser semper nec sis miserabilis ulli. 318] Esai. 34, 10. Apoc. 14, 11.

295 auoros (o *supra* u) *A* 297 et *om. A add. Martene* 299 inpatiens *A* 300 illecebrę *A* 301 conuitia *A* promptans *ego* promptam *A* 302 Peruasor. iactans. impius. indocilis *A* *uu. 300, 302 transponendos censet Baehrensius* 304 supplitii (e *supra* ti) *A* 309 ecquidnam *ego* et quid nam *A* 310 miseris (o *supra* i) *A* o *nigriore atramento* 314 sûmittens *A* 316 quic quid *A* 319 uerba *uix sanum; an* turba?

si nec uexati restituere malum,
auxilium miseris, uictum tribuere petenti,
affectum notis, seruitium patribus,
instar flammantis fulgebunt lumina solis,
uelati niueis splendida membra togis.
praecipueque illi, quos Christi in lege paratos
excipiunt noctes inueniuntque dies,
quisque fuit uotum niueam baptismate uestem
numquam femineis commaculare toris,
corpore nec solo, sed toto et pectore casti,
et qualem lector te meus esse uelim,
uel iam felices, quae prima est gloria, uictis
lucis et infidi corporis inlecebris,
ueram quaerentes uitam, pro nomine Christi
fundere deuotas non timuere animas.
atque sacerdotes hoc sanctorum agmen habebit
secretosque hominum turbinibus monachos,
qui nunc spernentes blandae oblectamina famae,
uenturi sperant praemia iudicii.
mollia securis ducentes otia rebus
pro merito uiuunt nunc bene, post melius.
namque ipsi denso stipabunt agmine regem,
cum terris iudex institerit dominus,
atque omnes agnus quoquo se uerterit ibunt,
perfusi uero lumine, luce dei.
et tantum ipsorum capient uegetata decoris
cernentum ut non sint ora uidenda oculis.
ergo ubi terribilem dederit caua bucina cantum,
aduentum tandem testificata dei;

323] Matth. 13, 43. 327] Apoc. 14, 4. 339] Ouid. Met. I, 100. 342] Hiob 19, 25. 343] Apoc. 14, 4.

320 si *ego* Sed *A* qui *Martene* 323 flammatis *A* 327 babtismate *A* 328 thoris *A* 329 casti *Commirius* cauti *A* 331 Uelium *potius quam* Ueliam *mihi uisum est in A* uictis *Commirius* uittis *A* 332 illecebris *A* 335 sanctorum *ego* sanctum *A* examen *Commirius* 340 p. melius *A cf. ad 256* 345 tantum A^2 totum A^1 348 testificata *Commirius* testificanda *A*

mox longis tellus rimis diuulsa patebit,
ac passim flammae fulgura grando ruent,
imis concusso penitus de sedibus orbe
dum totae feruent inde uel inde uiae.
hinc tristes gemitus, illinc pia gaudia uitae:
una in diuersis uox erit agminibus.
atque omnis raptim celeratis gressibus ibit
deducens subolem prosapiamque pater.
cunctaque contento ducetur linea tractu,
cum fuerit medius progenitor genitis.
nec tibi famosas urbes gentesque remotas
regnaque, quae nunc sunt quaeue fuere, loquar,
frigore non segnes populos, non sole perustos,
quosque habuit nascens occiduusque dies:
sed fuit a primi genitum quod tempore mundi
usque diem mundo qui modo finis erit,
omnibus e terris animas iustasque reasque
uno constituet iussio prima loco.
nec tamen ulla illinc tanta inter milia perget,
quae non sit domino dinumerata suo.
mox rutilum scandens eadem cum carne tribunal,
quam caelo intulerat glorificans hominem,
omnia quae reliquis labantur in ordine saeclis,
quae tunc, quaeue dehinc lege manente fiant,
ore sacer, celsus solio, terrore uidendus,
conspicuus, sed uix conspiciendus aget.
atque inter flammae tractus sonitusque tubarum
angelicosque choros militiamque sacram,
inter et infantum matrum iuuenumque senumque
pallores fletus gaudia uota metus,
ultima suspensae dabitur sententia turbae,
quae sacrosancti iudicis ore sonet:

362] Ouid. Fast. IIII, 832.

349 rimis *nigriore atramento scriptum est ubi prius spatium fuerat* 355 oṁif, *A non* oṁib. 356 sobȯlem *A* prōsapiamque *produxit more Prudentii* 366 prim *A* 367 illuc *Commirius* 371 babantur *A* 380 quae *Martene* qạ̄a *A* sacro sancti *A*

in requiem et laudem iustorum perge caterua,
a regno numquam dissocianda meo,
quae uobis gnarus meriti uitaeque futurae
dat modo, sed dudum dona parata pater.
at tu mandatis semper contraria nostris,
inpia tartareis claudere turba locis.
illic stridorem dentes et lumina fletum,
ignibus inmodicis discrucianda, dabunt.
et tamen, ut uere maneant quaecumque iubentur,
haec erit aeterni formula iudicii:
gloria quae iustum, submota morte tenebit
atque reus poenae non moriturus erit.
haec ego debueram factis tibi tradere, lector,
ut pondus uerbis uita probata daret.
sed quia neglegimus miseri quaecumque monemur
et satis est leuius discere quam facere,
tu si commendes animo demissa per aurem
omnia, quae scriptis sunt numerata meis,
constanter dicam, caeli statione receptus
discuties saeuae uincula dura necis.
atque etiam fueras qui filius ante gehennae,
incipies summi filius esse dei.
his illud superest, sine quo nihil omnia prosunt,
ut Christum credas de patre cumque patre;
spiritus et sanctus nullo discrimine iunctus
unum consumment nomina trina deum.
at tu † cum legis nostrum quicumque libellum,
nostri, seu malus est seu bonus, esto memor.

397] Hor. A. P. 180.

382 dissotianda *A* 386 Impia *A* 388 inmodicis discrutianda *A* 389 tm̃ *A* 391 *h. e. gloria quae iustum tenebit, summota morte tenebit* 392 pęnę 393 facſtis *A* 397 orbem *A*¹ arḅem *h. e.* aurem *A*² 400 suę *A* 404 *post* cumque patre *cum Schurzfl. distinxi. uulgo sententia sine interpunctione decurrit usque ad u. 406* 405 Xp̄c *A*¹ ſx̣p̄c *A*² 407 cum legis *A* *an* relegis? *sed uocatiuum potius latere credo, uelut* care quando *Baehrensius*

et quotiens dominum perlecto carmine Christum
  orabis, simus semper in ore tuo.
quod ne me primis credas iniungere labris
  neue istud tuto dissimulare putes,
sic te nulla dies curis compungat amaris,
  sic Christo totum quidquid agis placeat,
sic sumas sanctam domino tradente coronam,
  nominis abscedat ne tibi cura mei,
ut peccatores uincens Orientius omnes
  sanctorum ueniam promerear precibus.

CARMINA ORIENTIO TRIBUTA.

I. DE NATIUITATE DOMINI.

Splendidior lux luce micat, maiorque diebus
fulget clara dies, toto festiuior anno,
natalis quae lecta deo, qua nascitur ille,
cum patre qui semper caeli in consortia regnans,
uirtus magna patris, carnis primordia nostrae,
mox hominem in caelum reuehens, sic morte peracta
sumere qui carnem uoluit, nec carne senescit.

II. DE EPITHETIS SALUATORIS NOSTRI.

Ianua Uirgo Leo Uirtus Sapientia Uerbum
  Rex Baculum Princeps Dux Petra Pastor Homo,

409 quoties *A* 412 neue *Commirius* neque *A* meque *Eccardus et Schurzfl.* 413 ēpungat *A* 414 quic quid *A* 415 dono *A* domino *Commirius* EXPLICIT S̑C̑I ORIENTII scđs INCIPIT DE NATIVITATE D̑N̑I *A*

1 diei *A* diebus *ed. Mignianus* 3 natalisq. *A* 4 regnat *Martene tamquam ex A* regnans *A* 7 Mumere *A* *locus uitiatus est. an* uirtus magna patris, carnis primordia nostrae | sumere ubi carnem uoluit, sic morte peracta | mox hominem in caelum reuehens nec carne senescit. DE EPI TH&IS SALVA TORIS N̄RI *A* 2 baculú *h. c.* baculum

Retia Sol Sponsus Semen Mons Stella Magister
  Margarita Dies Agnus Ouis Uitulus,
Thesaurus Fons Uita Manus Caput Ignis Aratrum
  Flos Lapis anglaris Dextra Columna Puer,
Mitis Adam Digitus Speculum Uia Botruo Panis
  Hostia Lex Ratio Uirga Piscis Aquila,
Iustus, Progenies regis regisque Sacerdos,
  nomina magna deo, maior at ipse deus.

III. ITEM EIUSDEM DE TRINITATE.

Quod fuit a seclis, quodque est in secla seclorum,
semper erit, quia semper erat, sine fine manens est.
et super omne quod est, sine quo nihil, omnia cui,
omniparens uerbum, uerbum deus omnipotens †
cum patre qui solus, cum quo pater et deus † solus,
hoc erat, et nondum natura acceperat ortum.
semen enim Christus, Christus primordia rerum,
Christus honor terrae, tremor orbis, gloria caeli.
ex dominante deo rex et dominator in altis,
unicus ante omnes genitus, genitore sed illo
quem genuit nullus, per quem gignentia cuncta:
† quaesumus optamus tremimus ueneramur amamus.
totus et ⟨ex⟩ toto, totum diffusus in orbem.
non idem, sed prorsus idem, similisque simulque,
tantundem et pariter, sic filius et pater unum
nomine diuisum nomen, substantia mixta est,
consummans sacri mysteria sancta profundi.
plenitudo potens, sibi dedita, nexa uicissim

6 anglaris *Schurzfl.* angularis *A* 7 Mitis. adá digitus sp&ulum. uia. botrus. pat'. nis *marg. A* botruo *Eccardus* 8 uirga. piscis. aquila *A* *Post 10 A habet* ITEM PLUS D̅E̅ DE TRINITATE *quod correxit Baehrensius*

1 seculis *A* insecla seclorum *A* futurum *ego* futura *uel* saecula cuncta *Schurzfl.* 2 manens + *A* 4 est *add. Martene* rex *Schurzfl.* 5 solus *A* unus *uel* idem *Schurzfl.* 6 nata *A* *h. e.* natura natum *Martene quod scribendum erat* natú 12 *an* quem simul? 13 ex *addidi* totus et toto *A* 17 mysteria *Commirius* mysterii *A* 18 dedita sibi *A* *corr. Commirius*

trina potestatum conclusio parificatur,
spiritus et uolitans perfectio tota superne.
ergo honor in Christo est, laus est patris, in patre Christi est.
ipse patris mens est et sermo et testis et heres,
ipse recognoscit quantum pater audet in ipso,
ipse caput nostrum sapientia gratia uita est,
ipse hominum custos speculator et arbiter ipse,
ipse salutis iter, luxque immutabilis ipse,
de uero uerus splendor, de lumine lumen,
de bonitate bonus, de pleno et diuite plenus,
prouidus indulgens clemens miserator abundans,
perfectus patiens iustus pius inmaculatus,
aeternum aeterni donum, tutela priorum,
firmamentum animae, fuga daemonis, arma fidei,
perpetuum regnans, censor iudexque futuri,
tempore non clausus, clausurus tempora iussu,
principium ac finis, uegetator et intus et extra,
uelle tenens et posse potens et mite seuerus,
pax mundi et gaudium, prauique bonique diremptor.
37b naturae duplicis uir baiulus et mediator,
dum, mortale quod est, deus inmortale probauit.
o felix domini dominatio, nobile letum!
o miserae gentis cor durum et perfidus error!
impie damnator, tua mors hoc stipite pendet:
credule confessor, tua uita hoc sanguine uiuet.
† flecteris iudicante † deo, qui plectere uisus
saluauit populos, populus quem † odit iniquus.
hic est ille suis reprobus prius et maledictum,
sputamenta hominum, perituri obprobria uulgi.

19 parificatur *A* 20 *aut ante aut post hunc u. uidetur aliquid excidisse* supernę *A* 26 immutabilis ipse. *A* 27 uoro (e *supra* o) *A* 29 habundans *A* 31 domum *A* priorum *A* piorum *Martene* 32 fidei *A* 37 *fort.* gaudia pax mundi dirétor *h. e.* diremptor *A* 37b *om. Martene et post eum omnes* 38 inmortale *A* 39 lętum *A* 41 Impie *A* stipete *A* 42 uiuet *ego* uiuat *A* uiuit *Commirius* 43 *fort.* plectitur is 44 *fort.* fodit 46 obprobria *A*

hic cui saeua manus fel mixtum fudit aceto,
palmea quem caeco uiolarunt uerbera pulsu.
aspice, percussor demens, uenerabile lignum,
cerne profanati uictricia signa cruoris.
estne deus uiuus, deus insuperabilis hosti,
ultio perfugium requies lux uita fides spes?
a patre noscendus, quod sit sator atque animator:
a cruce, quod uindex propulsatorque gehennae,
errorum ablutor, pax fida, remissio larga.
natus amore hominis, passus ratione salutis,
functus lege obitus, rediuiuus in aethera celsum,
sede sedens patria, super omne salutifer aeuom,
unde humilem dignatus humum, remeabilis illo.
peccati pretium, peccandi nescius ipse,
participans famulos, conformans glorificatos.
en tibi quam pulchrum per limina nostra tropaeum,
Christe, micat; quam clara patri uexilla reportas,
sanguinolentus adhuc, etiam quod et antea, semper
in uirtute potens, in maiestate perennis.
cur tamen hanc speciem teneat crucis edita forma
monstrat adorandum tota ratione character.
quod diuisa nota est in partes quattuor extans,
dat mundi dominum cognosci † et archangelos omnes.
tot regit ipse plagas, caeli quot crux uidet oras.
crux imitata pias orantis imagine palmas,
crux testata dei pacem † pingit, et est pax,
quae data per lignum est: pax ligno scripta tenetur.
uis Graias mirator item spectare figuras?

51 inseparabilis *A* 57 celsum *ego* celsus *A* 58 aeuom *ego* aeuo *A* 61 ć formans *A* glorificatos *A* *pro quo* et uiuificans *edidit Martene nescio quo errore* 62 tropheum *A* 63 reportas *Commirius* reportans *A* 65 perhennis *A* 66 spetiem *A* 67 adorandum *A* adorandus *ego, cum ne apud Ducangium quidem neutri generis character reperiatur* caracter *A* 68 quatuor extans *A* 69 *fort.* dat m. d. cognosci: archangelos omnis tot regit ipse plagas *ut* archangelos *nominatiuus sit* cognoscier angulus omnis *Commirius* 71 imitata *A* 72 depingit *Martene* se pingit *Commirius* 74 Graias *ego* gratias *A* gratas *Commirius* mirator *Commirius* miratur *A*

aspice perfectum signi locupletis enigma.
P Graecum uideas, caput est, uel brachia fixi.
Iota quod erectum est suspensio corporis hic est.
littera proloquitur poenam, fert poena salutem:
alpha dehinc iuxta est, atque altera comminus est Ω.
prima quod hic primus, postrema, nouissimus hic est.
haec elementa apicum, deus hic super omne elementum:
omnia conueniunt caelesti insignia signo.
cum subit in ligno, lignum deus indicat esse
materiem fructus; cum ramum extendere in altum,
altior excelsis dominus supereminet omnes.
fixorum est medius: numerus dat trinus honorem.
percutitur, cruor exit, aqua † de uulnere facto
exit et ex ipso mox sanguis uulnere. nempe
martyrium sanguis, sibi uindicat unda lauacrum.
sic ope diuina mors arbore uitaque uenit.
per pomum, protoplaste, cadis: cruce, Christe, mederis:
illic mortiferam draco pestifer † detulit escam.
nec mirum, uix digna deo si nomina mille
laus numerosa trahat, laus tot uirtutibus inpar,
quot titulos peperere pii miracula Christi.

EXPLANATIO NOMINUM DOMINI.

Ianua, quod residet caelo secretaque pandit.
uirgo incorruptae matris cui partus origo est.
et leo rex hic est regum: rex ille ferarum

76 grecum *A* uel *A* X *Commirius nam monogramma* ☧ *describitur* 77 Iᵒᵗᵃ *A* 78 littera proloquitur pęnam *A* pęna *A* 79 alfa *A* ω *A* 82 celesti *A* 84 extendere *A* extendit *Commirius malo sic interpretari ut infinitiuus pendeat ex* subit *'cum subit animum lignum id extendere ramum in altum'* 87 aqua et *Schurzfl. an* it? 89 uendicat *A* 91 proto plauste *A cf. Alc. Auit. de origin. peccato II, 35* his protoplastorum sensum primordia sacra continuere bonis Christe mederis *Commirius* Christus medens· *A* 92 obtulit *Commirius malim* extulit *post 92 excidisse aliqua putauit Schurzfl.* 94 inpar *A* 95 Quor *Noltius uidit* 96 IANVAQDRESIDETCELOSECRETAQ'PANDAT· *A* pandit *ego*

dicitur ⟨et⟩ uirtus: nihil hoc quoque fortius uno.
unde autem dictus sapientia? regula uitae est.
quomodo sit uerbum? patrio quia fluxit ab ore.
cur modo rex idem, modo regis filius idem?
cum patre quod solium caeli commune retentet.
cur baculus? lapsos quod subleuet, erigat aegros.
cur princeps? subiecta throno quia cuncta gubernet.
cur dux militiae caelestis? ab agmine sancto.
cur petra? quod ualido statuat fundamine firmum.
unde bonus pastor? maculam quod ouilibus † obstet.
nunc homo: natus enim est et carnem a uirgine sumpsit.
retia cur? sparsas quod colligat undique gentes.
cur sol iustitiae? quia iustum illuminat omnem.
cur sponsus? desponsa deo quod ecclesia uirgo est.
cur sanctum? quod regna serat felicia uerbo.
mons: quod in ascensum non omnibus ardua cedant.
stella: quod incertos duce lumine dirigat † itus.
unde magister? amat famulantia corda docere.
margarita: quid hoc pretiosius inueniatur? `
unde dies? quod luce magis † resplendeat.
tunc quia sit sanctus † innoxius agnus habetur,
qui potuit solus peccatum tollere mundi.
et modo fertur ouis, quod se iugulantibus aptet:
dicitur et uitulus: contenta hoc passio monstrat.
fons, quia purificat uitium baptismate largo.
uita, quod aeternum dat uiuere uiuificatis.
est manus: occurrit uirtutum operatio diues.
est caput: in promptu est, quo nostro auctore creemur.
ignis: in hoc quod adhuc probatio nostra supersit.

99 et *add. Martene, om. A* forcius *A* 100 dictus est *A* 104 baculus *(sic) A* 108 *fort.* macelum *Hesych.* μακέλα φράγματα δρύφακτοι et μάκελος δρύφακτος. μάκελλα τὰ αὐτά, *ubi Schmidtius citat Varr. l. l. V, 146* Iones ostia hortorum macellotas hortorum et castelli macella 112 *fort.* deo est Ecclesia uirgo 114 Ḟmons *A* cedat *A* cedant *ego* 115 itus *A* intus *ego cf. 2 Pet. 1, 19* 118 ipse *Martene* unus *ed. Mign.* 119 *an* factis? 126 quod *Schenkelius* *an* nos? 127 probatio *suspectum*

unde † aratrum? subigat quod pectora fructificetque.
flos, quia confessos et martyres ipse coronat.
cur lapis anglaris? populum quia nectit utrumque.
dextera, qua patrium latus assidet, ornat, honorat.
saepe columba: dolum quia nescit ac sine felle est.
unde puer? quod purus eat genitoris ad arcem.
uitis: adoptiuo quod se⟨se⟩ herede propaget.
unde secundus Adam? quia sit caput ipse renatis.
est digitus, stylus iste: dei est lex scripta per ipsum.
nunc speculum: quod imago patris perlucet in illo.
nunc uia: quod sanctis sit praeuius in paradiso.
botrio: quod sucis caelestibus irriget orbem.
panis: in hoc nostrae quod sint alimenta fidei.
hostia uiua deo, summus cur ipse sacerdos?
se quia sanctificans patriis altaribus offert.
nunc ratio: haec ratio est, per quam stat fabrica mundi.
uirga: quod errantes ut uerbere corrigat actus.
piscis natus aquis: auctor baptismatis ipse est.
saepe aquila: e terris quoniam reuolauit ut ales.

LAUDATIO.

Denique, ne multis tam multa et magna moremur,
est oculus: cognosco deum, uidet omne deus cor.
unde propheta? breui quoniam † futura reuelat.
angelus unde? sui quia nuntius extitit ipse.
brachium, ab amplexu quo continet omnia, dictus.
quidquid id est, agnosco, tuum est, quo, sancte, uocaris.
magnitudo operum tot rerum nomina celat:

128 aratrum *suspectum* *an* rutrum? sibigat A^1 129 confessos et *ego* confessor est *A* flos, confessores *Commirius* 130 angularis *A* 132 nescit *A* nesciit *Commirius* 134 adeptiuo *A* sese *Commirius* se *A* 137 spetulum *A* 138 paradyso *A* 139 sub (cis) *A* 140 nostra *A* 144 errentes *A* 148 st *A* *et sic alternis uersibus omissa est littera initialis* 149 uentura *Commirius* reuelet *A* reuelat *Martene* 150 nuncius *A* 152 agnosco *ego* agnosce *A* quo *ego* quod *A*

sed propriis meritis tanti censentur honores.
causa facit titulos, dat scire uocabula uirtus.
tu sublime sedens agios, benedictio nostra.
tu deus Emmauel: nobiscum habitabile numen.
tu dominus Sabaoth pugno tegis omne quod usquam est.
te domus Israel, confessoresque beati,
te patriarchae omnes, teque angelus omnis adorant.
tu super † ignotum cherubim, super astra coruscas;
qui promissus Abrae fueras, de semine Dauid,
glorificum in caelo osanna laudabilis audis. †
respice nos tantum, crucifixe, paraclite, Christe,
Nazarene; deus, quem credimus, et Galilaee
et deus Abraham sancti patris, et deus Isaac
et deus alme Iacob, spes unde est nostra fidesque.
respice, Christe, tuos longumque tuere redemptos.
supplico ego indignus, set tu dignare rogantem,
omnipotens, miserere mei, miserere meorum:
da dolor absistat, cura et formido facessat,
et socier sanctis famulus tuus et timeam te
et placeam dum uiuo tibi, nec sim reus illo
tempore, cum stetero meriti memor ante tribunal,
Christe, tuum uereque colam quod praedico numen.
crux tua fronte manu labiis, crux intima sidat.
crux clipeata domus, crux sit lorica salutis.
hoc melius signo fulgebit lucida turris,
quam cum sacrilego polluta cruore maderet.

157 numen *Commirius* nomen *A* 158 pugna *uel* pugnans *Schurzfl.* teges *A* 159 Israhel *A* 160 angelus omnis *Martene* angeli omnes *A* 161 te *A* ignitum *Commirius* 162 habrahe *A* 163 *fort.* laudabilis audis Osanna 166 habraha' *A* isac 169 set *ego* et *A* 171 facessat *Commirius* facesset *A* 172 famulus tuus *ego* famulis tuis *A* 174 stetoro *A* 175 predico *A* numen *ego* nomen *A* 178 lucebit A^1 lucida A^2 EXPLICIT ·,· *A*

IIII. ORATIONES.

† Tibique, Domine, celsum Cherubim dicatum est,
et illa moles quadriformis machinae
te sempiterno confitentur carmine.
et nos imago consonantis cantici
amen sonamus, alleluia dicimus.
Te septem primi deprecantur angeli,
ceu ciuitatis septem principes uiri,
solio propinqui, ianitores proximi.
et nos imago consonantis cantici
amen sonamus, alleluia dicimus.
Te solis astrum cum sorore menstrua,
Uergiliae Iugula Uesperugo Lucifer,
omnesque guttae praemicantes inuocant.
et nos imago consonantis cantici
amen sonamus, alleluia dicimus.
Aer aquosus siue sudus inuicem,
simulque uenti pluuiae grando flumina,
ritu suomet conditorem concinunt.
et nos imago consonantis cantici
amen sonamus, alleluia dicimus.
Solum statiuum cum fertura mobili
quae paret homini, quaeque † capta de una,
tibi cantat uni, conticescit ceteris.
et nos imago consonantis cantici
amen sonamus, alleluia dicimus.

IncIPiunt orationes orientii numero xxiiii *A*. *harum orationum restant tantum duae; prior incertum quem ordinem ex* XXIIII *habuerit, altera ultima est. misere deprauatae sunt, ut emendandi nulla sit probabilis ratio. neque tamen manifesta uitia uelut* molis (u. 2), gurgites (u. 27) *corrigere dubitaui. ceterum notandum est quod singulae strophae continua scriptura, uelut soluta oratione scriptae, decurrunt* 1 tibiq *A* *Fuitne Sapphicus scribae uitio omissus suo loco et huc per errorem translatus?* Et tibi celsum Cherubim dicatum est. 2 moles *Commirius* molis *A* 12 uesperago *ut uidetur A* 17 fulmina *Baehrensius* 21 olum *A* *an* fetura? captam se negat *uel* capta nemini *Schurzfl.* *an* tractu deuiat?

Oceane, cinctam qui coerces aream
et intestini fossa media gurgitis,
deum sonantes cum marinis beluis.
et nos imago consonantis cantici
amen sonamus, alleluia dicimus.
Infernae sedis flamma, fulua tartara,
trucesque praesidentes pariter angeli,
amen minaci decantantes carmine.
et nos imago consonantis cantici
amen sonamus, alleluia dicimus.

ORATIO XXIIII.

Postremo dico deprecandi canticum.
id facio quantum per uiginti cantica.
sed ne quis audax interpellet quippiam,
anguem magistrum falsitatis increpo,
ut non adiciat neue demat litteram.
Quod si quem laedit spiritalis lectio,
ei licebit lectionem spernere,
non commutare lectionis normulam.
anguem magistrum falsitatis increpo,
ut non adiciat neue demat litteram.
Si scriptor errat in mutanda littera,
ignarus errat; uenia Christo, † si praesto est.
nam non uoluntas, uerum dextra labitur.
anguem magistrum falsitatis increpo.
ut non adiciat neue demat litteram.
Ad illos homines interdictum pertinet,
qui uoce uera nominantur physici:
si non probatis, praeterire liberum est.

26 Oceane qui cinctam *A* aridam *Commirius* 27 gurgites *A corr. Schurzfl.* 31 inferna *Schurzfl.* furua *Commirius* 34 cantici consonantis *A* *post 35 scriptum est in A* INCIPIT XXIIII *huius cantici strophae singulae grandiorem initialem habent litteram praeter 51—55, atramento purpurascente* 37 xx *A* 39 anguen *A et sic* 44, 49, 54, 59 41 quem ċ lędit *A corr. Schurzfl.* formulam *Martene quem secuntur omnes* 47 uenia Christi praesto ei est *Commirius* 48 nam (u above) *A* uirum *A* 52 phisici *A*

anguem magistrum falsitatis increpo,
ut non adiciat neue demat litteram.
  et nos a faece ⟨hac⟩ ethnicorum emersimus,
eamque tandem rupimus caliginem,
dum spiritales exaudimus angelos.
anguem ma⟨gistrum falsitatis increpo,
ut non adiciat neue demat litteram.⟩
  designo sextum praecauendam spiritu
† mortis Dei prophetas instrumenta daemonum
† numa et mortis semper in saeculum.
deus sancte, te rogamus Patrem Unigeniti,
Christe Deus, te precamur uiuum Dei Filium,
sancte Christe, te obsecramus iudicem uerum Deum.

56 afece *A* hac *addidi* 59 Anguem ma *A ceteris omissis quae suppleui* 60 *fort.* sectam 61 *fort.* mortis prophetas, *ut* Dei *ex glossemate scripto super* spiritu *inrepserit* 62 *conflatus uidetur ex relliquiis uersus 61* (daemo)num mortis *Schenkelius scribebat* et mortis omne sempiternae in saeculum, *deinde* anguem m. f. increpo ut n. a. n. d. litteram. *quae secuntur* δοξολογία; *uice addita sunt uersibus qui dicuntur politicis h. e. scriptis ad accentum* EXPLICIT ORATIO XX^ma^ IIII^ta^ *A*

SUPPLEMENTUM.

Quia nolui turbare paginarum ordinem, inserenda hic statui quae ad me de crisi carminis miserunt Schenkelius et Baehrensius. ipsis uersibus ea tantum subieci, quae breuiora eademque probabiliora uidebantur.

I, 12 'heu [nos] noxarum fons male praecipitat' ut glossa 'origo' recepta causa fuerit deprauationis. 'fons noxarum' scil. inlecebrae. *Baehrensius.*
Idem pro ut *u. 9. legendum censet* et, *deleta post* inlecebris *distinctione.*

— 24 'qui solus ora soles'. aliquid latet. an 'scius'. 'pius' non placet. *Baehrensius.*

— 69 'uilis' puto. *Id.*

— 85 lego 'sensu maior*em* uinc. etc.' h. e. qui maior est quam ut sentiri possit, qui superat omnem praedicantis laudationem. *Id.*

— 130 haues *pro* habes. *Id.*

— 144 deripiuntur *pro* decipiuntur. *Id.*

— 181 occinit *pro* occulit. *Id.*

— 213 causa *quod B habet praeferendum uidetur Baehrensio.*

— 218 sic *pro* fac *Baehrensius.*

— 242 pro dente atque lui lumina luminibus *mauult idem.*

— 245 ne *pro* non. *Id.*

— 249 *Verba* est tamen est rectum *suspecta uidentur Baehrensio.*

I, 314 et *pro* ut. *Id.*

— 326 attiguam *pro* assiduam. *Id.*

— 344 fugias *mauult Schenkelius.*

— 368 'mihi 'et' inmutandum uidetur, quod plane superfluum sit.' *Baehrensius.*

— 383 choro *pro* toro. *Id.*

— 394 solus *pro* solum. *Id.*

— 428 tenuis *pro* tenui. *Id.*

— 449 luxu *pro* uisu. *Id.* '*i. q. libidine.*'

— 451 *Locum Publilii Syri indicauit Baehrensius.*

— 535 'conieci: 'quis tantus furor omnis laxat habenas'. *Id.*

— 548 blanda *quod habet A malebat Schenkelius.*

— 573 condita enim *malebat idem.*

— 602 'Uidentur tum temporis dixisse, *cum ratione*, quod Hispani dicunt, *con mucha razon*, merito, iuste, non sine causa. dicit ergo, merito etiam bruta inter se concordia colligari: uel sane rationem brutis tribuit' Delrius. non multo secus Schenkelius κατὰ λογισμὸν interpretatus est.

II, 7—10 *sic scribendos censet Baehrensius:*

> *cum* si uentosae moueat te gloria linguae
> quam suadet uano Tullius eloquio,
> *sint* fugienda iocus conuiuia sermo uoluptas,
> *sisque* etiam aequaeuis dissociande tuis, etc.

Schenkelius sic interpungebat:

> an si uentosae moueat te gloria linguae,
> quam suadet uano Tullius eloquio, —
> sin fugienda iocus conuiuia sermo uoluptas,
> sic etiam aequaeuis dissociande tuis — etc.

II, 33 *Pro* faciat *Baehrensius malebat* feriat.
Pro fiant *idem malebat* fuant, *collato uersu Lucretii IIII, 637* aliis fuat aere uenenum.
— 56 *Schenkelius cum Baehrensio malebat* inroret madidus nubila densa dies.
— 121 *quod proposui* auentem *scribendum esse censet Schenkelius.*
II, 169 iugis *pro* locis *Baehrensius.*
— 171 non caua nunc etiam mediis sub rupibus antra *Schenkelius Baehrensius malebat* metuendis rupibus.
— 221 tangare *Schenkelius.*
— 226 scito *Baehrensius, quod et mihi in mentem uenerat.*
— 239 hinc *malebat Schenkelius.*
— 285 nostra *pro* nos *idem.*

INDEX SCRIPTORUM.

a) LOCI SCRIPTURAE SACRAE.

b) SCRIPTORES QUOS ORIENTIUS CITAT AUT IMITATUR.

INDEX NOMINUM ET RERUM.

INDEX UERBORUM ET REI METRICAE.

PAULINI PELLAEI

EUCHARISTICOS.

RECENSUIT

ET COMMENTARIO CRITICO INSTRUXIT

GUILELMUS BRANDES.

PROLEGOMENA.

I.

Eucharistici carminis auctori nomen fuisse Paulino[1]) nullum iam nobis adest testimonium manu scriptum, siquidem Bernensis codex, qui unus tempora uidetur tulisse, opusculum hodie exhibet anonymum. putandum tamen censeo extitisse quondam nomen Paulini in altero codice nunc deperdito, e quo libellum anno 1579 primum in uulgus prodire iussit Margarinus de la Bigne. nam ab ipso Bignio uersibus affictum esse Paulini nomen et augendae fortasse fidei atque auctoritatis causa adiectum si quis forte homo suspicacior coniciat, primum, ut in alium locum differam, quae de mutila Bernensis libri condicione dicenda sunt, tantam in re tenui fraudem homini in summis rebus religiosissimo equidem non ausim tribuere. tum uero quis credat eum tunc temporis, cum auctor eucharistici nondum ab hominibus doctis inter Ausonii poetae cognatos numerabatur, casu delatum esse ad hoc maxime nomen ex uano fingendum, quod cum saepius occurrat in illa familia (cf. stemma Ausonianum, Schenkl praef. ad Auson. p. XIV, Seeck ad Symm. p. LXXVI), tantam prae se ferat ueri speciem?

---

[1]) Ita quidem nomen scribitur in editione principe atque adeo non abhorret ea scriptura a consuetudine temporum aut regionis, ut longe saepius in inscriptionibus Gallicis christianis inueniantur PAULINUS PAULINA PAULINULA sim., quam formae per geminatam litteram L scriptae. Cf. Le Blant, *inscr. chrét. de la Gaule:* no. 42 (a. 344) OPTATO ET PAULINO CONSULIBUS. no. 12 (a. 498) PAULINO V̄. K̄. Itaque unde pendeat Leipzigeri correctio, qua Paullinum primus appellauit auctorem eucharistici, non intellego.

Primus enim, qui auum poetae Ausonium fuisse collato eucharistici uersu 49 contenderet, Sirmondus extitit in notis ad Sidon. ep. VIII, 11. quem secuti sunt cum alii plerique, tum qui accuratius de Paulini uita disseruerunt: Barthius (animadu. ad Paul. Euch. in editione Daumiana, Lips. 1680), Tillemontius *(hist. des empereurs V, 1450),* Benedictini *(hist. litt. de la France II, 363 sqq.),* denique Leipzigerus in eis, quae ad editionem suam praefatus est (Uratisl. 1858). unus quantum scio Ebertus *(Gesch. der christl.-lat. Litt.* I, 389 adn. 1. 391 adn. 1) calculis aetatis perperam constitutis in alium nescio quem consulem Burdigalensem incidit. quamquam neque in scriptis Ausonii inuenitur alter eius ciuitatis uir consularis, et ipsius Ausonii gens, id quod de suis quoque maioribus Paulinus praedicat (euch. 332), Uasatis ex oppido erat oriunda (cf. Aus. praef. II, 5. epiced. 4), et quod auctor eucharistici patrem proconsulem Africae factum esse narrat, antequam auus consul fieret (euch. 35 sqq.), idem cum in Hesperium filium Ausonii tum in Thalassium generum quadrat (cf. Aus. epiced. 45 sq.).

Qua ex re maior oritur difficultas haud sane paucis expedienda, praesertim cum nuper, ut uetustiores illos et ipsos plerosque inter se dissentientes taceam, Seeckius uir inter paucos illorum temporum peritus in prolegomenis ad Symmachi opera (p. LXXVII sq.) acriter, quae ipse iam pridem disputaueram de Hesperio Paulini patre (Ephem. gymn. Austr. XXXII, 322 sqq.), impugnauerit, Ausonii nepotem illum ex filia fuisse ratiocinatus. itaque de integro uidetur instituenda quaestio atque primum quidem Paulinus ipse audiendus. eius matrem non fuisse filiam Ausonii uel eo satis ostendi, quod praedia materna saepius commemorat in Graecia Epiroque sita (euch. 273. 414. 481), et olim censui et nunc quam maxime affirmo. nam quod Seeckius nullius momenti hoc esse iudicat, recte id quidem se haberet, si, quod ille Leipzigerum secutus posuit (p. LXXVIII, n. 352), auita quoque in oriente praedia a Paulino essent significata. uerum enimuero poeta, ubi de Graecis possessionibus suis addita unde acceperit mentione loquitur (euch. 414 sqq.), maternas tantum appellat atque

etiam disertis uerbis opponit rebus auitis, quas citra mare in Gallia sitas fuisse cum uniuersus loci contextus, tum barbarorum rapinae, quas illae pertulisse dicuntur, Romanumque nefas, cuius ipsum fratrem participem arguit Paulinus, et Gothorum postea iurisdictio (euch. 570 sqq.) satis superque demonstrant. quae auitae res quin ad eundem auum consulem pertineant, quem poeta commemorauit unum, nemo puto dubitabit. iam computantibus nobis nusquam ne uerbo quidem paternam hereditatem a Paulino commemorari, quamquam satis diuitem fuisse patrem ex ipsis rebus apparet, auita illa bona a paterno auo uidebuntur fluxisse, praesertim cum Ausonii aui fortunas ipsa dote excepta non ad filiam, sed ad filium eiusque liberos transire oportuerit. inde quam firmissima ratione efficitur Hesperium Ausonii filium putandum esse patrem Paulini.[1]) cui rationi aptissime suffragatur, quod Ausonius inter tot propinquos, quibus nominatim triginta carminibus parentauit, nullum ex nurus familia affinem posuit, ut eam externae fuisse originis pro certo conicias. nec spernendum uidetur esse illud, quod Paulinus unius fratris facit mentionem, auus tertiam Hesperii progeniem mortuam queritur.

Aduersari tamen uel grauissimis, quae modo proposuimus, argumentis uidentur codicum Theodosiani et Justiniani leges quaedam ad Hesperium datae, si cum eis conferas, quae de patris honoribus Paulinus prodit. quae res ut satis perspici possit, cum Paulini tum legum testimonia breuiter examinare mihi liceat.

---

[1]) Auita dicere potuit bona paterna ea de causa, quia ex magna parte aui manserunt ad annum fere 395, quo mortem obiisse Ausonium ueri simile est. quod autem Seeckius filiam Ausonii praedia Graeca fortasse ab Arborio patris auunculo per hereditatem accepisse suspicatur, ut res auitae putandae sint dotales, non considerat uita decessisse Arborium, antequam filia ab Ausonio suscipi posset. an quam a. fere 377 Paulinum primum edidisse dicit, mox alterum filium, eandem natam esse statuemus ante annum 335? (cf. quae de Arborio proposuimus Auson. quaest. p. 24 sqq.) denique quominus Peipero accedamus Paulinum Thalassii filium e priore nescio qua coniuge susceptum putanti (prol. ad Auson. p. CI), obstant omnia, quaecumque de parentibus poeta narrat. (cf. in primis 248 sq. et 317 *genetricem meam*.)

Atque Paulinus quidem natum se esse dicit Pellis patre uices praefecti in Macedonia gerente (euch. 26), deinde nono aetatis mense nondum exacto Carthaginem esse translatum (31 sq.), iterumque, cum annuum et semestre tempus *sub genitore proconsule* in Africa degisset (34 sq.), prius Romam, deinde Burdigalam deuectum ita, ut ante primum aetatis triennium confectum ad auum perueniret eiusdem anni consulem (48 sq.), qui annus fuit p. Chr. n. 379.

At uero in codicibus Theodosiano et Justiniano leges ad Hesperium datae extant hae (Seeck p. CVII, adn. 501—504): *ad Hesp. proc.* Theod. XV, 7, 3 (10. Mart. 376). I, 32, 2 (8. Iul. 376). Iust. XI, 66, 3 (desideratur temporis significatio). *ad Hesp. praef. praet.* Theod. I, 15, 8 (21. Ian. 377). VIII, 5, 34 (27. Febr. 377). VII, 18, 2 + XIII, 1, 11 (2. Iul. 379). XIII, 5, 15 (21. Iul. 379). VIII, 18, 6 + Iust. VI, 32, 4 (31. Iul. 379). Theod. XVI, 5, 5 (3. Aug. 379). VI, 30, 4 (6. Dec. 379). X, 20, 10 (14. Mart. 380). ambigitur de lege Theod. XVI, 5, 4 (22. Apr. 376), quam Haenelius ad Hesp. praef. praet. perperam inscribi et ad proconsulem potius esse datam putat, Seeckius cum Gothofredo ad annum 378 pertinere suspicatur.

Quodsi Hesperius Ausonii filius iam ineunte a. 377 proconsulatu deposito ad praefecturam esset prouectus, luce est clarius eum non esse habendum patrem Paulini, ut qui eo tempore uixdum primos in Africa menses degerit. putaueram autem Haenelio praeeunte legem VIII, 5, 34 proconsuli utique esse tribuendam. quod ut contenderem, exordio potissimum legis adducebar: *Quia in omnibus aliis prouinciis ueredorum pars quarta reparatur, in proconsulari prouincia tantum detur, quantum necessitas postulauerit* — neque quibus Seeckius ad hanc sententiam refellendam usus est argumentis ex ipsa lege petitis, ut eius opinioni accedam, commoueor.

Primum enim quod contradicit Seeckius: *quamuis praefecturae iurisdictio in Africa proconsulari cessaret, res tamen uehicularis, de qua in illa lege agitur, per totum imperium ei subiecta erat* — non solum aliae de re uehiculari leges ad proconsulem inscribuntur, uelut Theod. VIII, 5, 7. 10. 64,

sed etiam in lege VIII, 5, 4 proconsules diserte inter eos numerantur, quibus cura erat cursus publici, mancipum autem, de quibus in ultima lege VIII, 5, 34 praecipitur, dispositio proconsuli Africae decernitur lege VIII, 5, 15. deinde Seeckius offendit in uerbis: *ab officio proconsulari,* quorum loco ad proconsulem utique scribendum fuisse censet: *ab officio grauitatis tuae* uel simile aliquid; occurrunt tamen Theod. XI, 30, 62 ad Diotimum proc. haec: *sacrum sollemniter hoc est proconsularis cognitionis praestoletur examen,* item VIII, 4, 23 ad Eucherium proc.: *quia plurimi consuetam proconsularem ceterorumque iudicum fugientes militiam,* alia id genus haud pauca. quibus ex rebus cum sit manifestum legem VIII, 5, 34 ad proconsulem dari potuisse, reapse ad illum datam esse meo quidem iudicio exordio, quod supra descripsi, euincitur. quid? *Quia in omnibus aliis prouinciis ueredorum pars quarta reparatur* — ignarumne eius rei fuisse putabimus praefectum praetorio, ut addi oporteret? et quae sequuntur: *in proconsulari prouincia tantum detur, quantum necessitas postulauerit* — cur separatim eam dispositionem factam neque cum eis, quae de ceteris prouinciis proponebantur, coniunctam esse dicemus? igitur ad proconsulem data est, cui et separatim praecipi, quae ad eam unam prouinciam pertinebant, omnino necesse fuit et oneris ceteris prouinciis impositi aptissime potuit mentio fieri, ne nimium ingeri in proconsularem quereretur rector Africae.

Restat sane, etsi hanc legem proconsuli uindicamus, altera, quae eam tempore antecedit, Theod. I, 15, 8, quam ad praefectum praetorio missam e uerbis: *illustris censura tua* recte argumentatur Seeckius. neque tamen ea re efficitur, ut omnia, quae hactenus disputauimus, irrita putanda sint, sed longe alia uia mihi quidem uidetur ingredienda, qua res ad liquidum perduci possit. nam aut fallor aut duorum Hesperiorum honores cum magna rerum obscuratione inter se coniunguntur adhuc et confunduntur, quorum alter fuit praefectus ille praetorio anni 377, alter Ausonii filius Paulini pater, qui proconsulatu Africae annis 376 et 377 functus sociatam cum patre accepit praefecturam Galliarum medio fere anno 379.

Quam coniecturam audaciorem quidem nec tamen refugiendam quibus commendem, non deesse mihi uideo argumenta. atque, ut inde ordiamur, primum suspicionem mouet, quod cum et alii et Seeckius Hesperium in praefectura mansisse continuo ab anno 377 ad annum 380 doceant, tamen ab ineunte anno 377 usque ad mensem Iulium anni 379 nulla omnino extat lex ad Hesperium praefectum data, inde uero ad initium anni proximi missae inueniuntur octo. sed quia casu illud quidem euenire potuit, ut tota legum series intercideret, missum facio et ad alteram offensionem me conuerto. neque enim satis mirari possum, quod Hesperio prius delata sit praefectura, quam patri — is enim *ad culmen honorum peruenit,* si Seeckium audimus, a. 378, cum filius praefecturae sedem alterum iam annum teneret — quamquam pater iam pridem illustri quaestoris munere functus erat, filius paulo antea proconsulatum acceperat spectabilem, nec tamen filio Gratianus, sed patri utpote magistro dilectissimo gratias et debebat et referre cupiebat quam maximas. sed ne hac quidem re satis mihi ipse probarem, Hesperium Ausonii filium non fuisse praefectum ante annum 379, nisi grauissimi testimonii loco accederet, quod Ausonius per tot carmina priorem filii praefecturam non attigit. quam eo ipso loco tacet, ubi commemorare debuit, qui est locus conclamatissimus epicedii in patrem a Seeckio iniuria tamquam nullius momenti spretus. ibi ille uarios familiae honores diserte enumerat ita, ut Iulium Ausonium patrem suum gloriantem faciat de filio poeta:

41 *maximus ad summum culmen peruenit honorum*
praefectus Gallis et Libyae et Latio.
. . . .
45 *huius ego et natum et generum pro consule uidi,*
consul ut ipse foret, spes mihi certa fuit.

Ex his uersibus ei, qui de uita Ausonii scripserunt, primum illud pro certo collegerunt omnes, Iulium Ausonium diem supremum obiisse intra fines anni 378, quandoquidem Thalassius poetae gener eo demum anno proconsul uocatur, proximi uero anni Kalendis Ianuariis poeta ipse consulatum erat ini-

tiaturus (cf. Schenkl proleg. ad Auson. p. VI). itaque Hesperius, si iam anno 377, postquam proconsulatum deposuit, praefecturam accepisset et retinuisset ad medium fere annum 380, hoc loco ea appellatione carere non debuit.

Neque enim otiosum est illud carmen aut futile, sed titulus patris imagini ab Ausonio sollemniter subscriptus (epiced. praef. 8), in quo filii honores premere, suos efferre tantum habuisset odii, quantum inter hos patrem et filium intercedere potuisse, non est cur auguremur. nisi forte quis credit poetam specie sententiae captum, ut in qua satis eleganter consuli opponantur proconsules duo, maluisse filio detrectare apud posteros, quam minus elegantem, sed eundem ueriorem uersum componere. igitur Ausonius filium dixit proconsulem, quia is praefecturam illo tempore nondum erat assecutus.

Fuisse autem eis temporibus plures Hesperios nec ipse infitiatur Seeckius; at Hesperium illum comitem illustrissimum, qui a. 385, ut Symmachi cum Damasianis controuersiam iudicaret, Romam missus est (Symm. relat. XXIII, 1), ipsius nostri Hesperii filium fuisse censet. quod tamen argumenti loco ponit ad eam coniecturam firmandam, rarius inueniri Hesperii nomen in monumentis, quam ut alteri quoque familiae usitatum fuisse putemus, mihi quidem non ita satisfacit. sit ut ipsum nomen Hesperii nusquam extet in lapidibus, nisi in duobus, quos Seeckius attulit, titulis, altero Africano C. I. L. VIII. 5423, altero Achaico C. I. L. III, 568 — qui utrum re uera ad Hesperium Ausonii filium eiusque progeniem pertineant necne, in medio erit relinquendum — at cognata certe nomina Hesperi et Hesperionis, e quibus leui mutatione ex temporum consuetudine adhibita facile filiis nomen Hesperii quaeri potuit, saepius leguntur, uelut C. Crispius Hesperio VIuir Brix. (C. I. L. V, 4418), Q. Ualerius Hesper [Aquileiensis] (ib. 1008) al. itaque Hesperii nomen ad unam Ausonii familiam referri necesse esse equidem non concedo. pluris tamen illud uidetur esse, quod nepotis illustrissimi mentio ab Ausonio fit nulla, nimio ceteroqui in honoribus suorum tamquam suis efferendis. denique plurimum etiamnunc tribuo argumento ex protreptici Ausoniani uersibus 35 sqq. petendo. nam cum omnino, si

temporum rationem spectamus, non sit ueri simile Hesperii filium a. 385 iam ad eam aetatem peruenisse, ut illustri munere fungi atque tantam tanti uiri causam imperatorum nomine cognoscere posset, illo loco poeta Censorium Magnum Ausonium nepotem ex filia,[1]) puerulum quinque ferme annorum, ita alloquitur:

tu senium, quodcumque superlabentibus annis
fata dabunt, qui nomen aui geris, indole prima,
prime nepos, uel re uel spe mihi porge fruendum.

In his quin *primus nepos* dicatur puer omnium Ausonii nepotum natu maximus, neminem puto dubitaturum, nisi cuius calculis ea res aduersetur. qua enim alia de causa — pace uiri doctissimi dixerim — Seeckius eam appellationem cum uerbis *qui nomen aui geris* artissime coniungi mauult, id quod et dicendi consuetudo et uerborum collocatio et quae intercedunt *indole prima* uetant, et nepotem docet significari eum, cui primo nomen inditum sit Ausonius? an uero quod legitur Auson. par. XII, 2 *primus nate meo nomine dicte puer*, illud cum ipso Seeckio de primo omnium nato interpretabimur, huic loco simillimo eidemque, si quid uideo, planiori tam intortam sententiam subiciemus? quid quod nomen Ausonii ut primo cuique nato inderetur, moris fuisse in ea familia uidetur? Iulius certe Ausonius auus et Ausonius poeta et qui ei natus erat maximus illo nomine fuerunt insigniti, quo post medici famam postque rhetoris laudes poeticas et consularem dignitatem clarius omnino nullum inueniri potuit. quae cum ita sint, Ausonium nepotem ex filia inter cunctos poetae nepotes maximum natu fuisse contendo. atque cum protrepticus scriptus sit a. 380 (cf. Schenkl prol. p. XVI. et quae ipse expo-

[1]) Patrem huius non, ut olim existimaueram (Eph. gymn. Austr. l. c. adn. 8), Ualerium Latinum Euromium fuisse, cui Ausonii filia prioribus nuptiis se coniunxerat, nomen illud plenius ex Harlei. codice 2599 protractum a Seeckio, collatis quae leguntur par. XXIV, 10. 16 et XXXII, 12, satis probari uideo. quod ut cum nostra ratione cumque eis conueniat, quae Ausonius de Euromio narrat par. XVI, 4, sufficiet eo loco *natae* rescribere pro eo, quod traditur: *nati*.

sueram Nou. ann. phil. 1881 p. 60 adn. 2), ab Hesperio filios non esse susceptos putandum est ante annum 375 ideoque alienum esse a familia Ausonii comitem anni 385. is quo necessitatis uinculo cum praefecto anni 377 fuerit coniunctus, nihil iam ad nos, ut qui diutius in hac quaestione uersati ad Paulini uitam ex eis, quae nobis uidemur assecuti esse, definiendam ipsa propositi ratione quodam modo prouocemur.[1])

Ergo natus est Paulinus ineunte fere anno 376 patre Hesperio uices tunc praefecti Pellis agente, matre Graeca, nobilioris, ut uidetur, originis censusque ditissimi femina. e Macedonia sub finem eiusdem anni nonum uitae mensem nondum egressus Carthaginem uenit, cum pater iam antea, id quod e lege Theod. XV, 7, 3 (10. Mart. 376) cognoscitur, ad munera proconsulis capessenda eo se contulisset. neque est, quod dilatam familiae profectionem miremur, quoniam et uniuersae domus in alias sedes terra marique discretas transportandae pigra obstabat molitio (cf. euch. 276) et pueri imbecillitas matrisque ualetudo quodque tot tam amplorum praediorum condicio relicturis erat constituenda. atque Carthagine manserunt duodeuiginti menses, si modo recte quondam edoctus probe recordatur Paulinus. is enim quaecumque de primis aetatis annis narrat, senex plus octoginta annorum (euch. 13) congessit neque sua ipsius memoria nixus, sed ut ab aliis acceperat (euch. 34 *ut didici*), neque temporum historiae diserta paraturus adminicula, sed ut deo, qui tenerum puerulum per tot itinerum discrimina seruasset, debitas grates subiungeret. quamquam igitur, cum olim in uitam Paulini inquirens Hesperium in Africam profectum esse ante filium natum suspicarer, nimium me fuisse in uerbis poetae interpretandis libens confiteor, idem tamen uereor, ne uerba inique premat Seeckius. qui, quoniam in legibus Theod. XI, 36, 23—25 datis 30. Ian. 378 Thalassius proconsul Africae appellatur,

[1]) Illud unum, ne temere uidear egisse, subiungere liceat non carere exemplo, quod de duabus Hesperiorum familiis suppari tempore eadem praefecturae dignitate ornatis proposuimus: duo enim Flauii Syagrii, alter Gallus, alter Theodosii affinis, duobus deinceps annis 381 et 382 consules fuerunt, de quibus conferantur, quae Seeckius disputauit p. CIX sq.

Paulino dicendum non fuisse asseuerat, se illud tempus *sub patre proconsule* degisse, sed *cum genitore proconsulatu functo.*[1]) immo uero si recte se habent rationes nostrae, Paulino scribendum fuit: *duodecim mensibus actis sub genitore meo proconsule, deinde sex mensibus, cum proconsulatu functus esset.* et scripsisset fortasse, si non uersificator, sed rerum scriptor fuisset tamque accurate etiam tum computare potuisset tempora, quorum nemo iam extaret aequalis et idem particeps. quod autem Hesperius priuatus aliquamdiu in Africa remansit, eo consilio uidetur fecisse, ut ibi cum sorore et sororis marito expectaret, quo imperator se esset missurus. comperto deinde fore, ut anno proximo patri collega in eadem praefectura adiungeretur, prima ut uidetur aestate anni 378 Romam se suosque contulit; ibi cum aliquantum temporis constitisset, nauigandi occasione oblata in Galliam profectus *tandem exacto longarum fine uiarum* (euch. 42) Burdigalam terra peruenit initio anni 379, antequam filius primum uitae triennium absoluisset.

Inesse in hac computatione quaedam subtilius concinnata ipse concedo, item, quae Paulinus de paterno proconsulatu narrat, facilius ea quidem conuenire cum temporibus Thalassii, ut qui a. 378 Africam rexerit et, cum inde a. 379 in patriam rediret, Romae conuenerit Symmachum (Symm. ep. I, 25). uetant tamen utique cum alia, quae modo exposuimus, tum maxime Paulini illa de maternis atque auitis rebus testimonia. nam ut calculi senem fefellerint in primis aetatis annis definiendis, rem familiarem unde acceperit, nemo hercle obliuiscetur, etiamsi Nestoris aeuum superauerit.

Restat, ut de reliqua uita Paulini breuiter exponamus temporibus maxime indicandis: plura et uberiora qui quaerat, uel

[1]) Quod autem contendit inter Hesperium et Thalassium annuum fere proconsulatum Hilarii cuiusdam intercessisse, quem quidem, cum leges taceant, inscriptio C. I. L. VIII, 1219 demonstret intra annos 375 et 378 eo honore fuisse praeditum, illud cum nullo certiore indicio sustentetur, ipsa lege Theod. VIII, 5, 34, quam supra Hesperio proconsuli uindicauimus, uidetur dilui. ceterum nihil impedit, quominus aut Hilarium ipsum aut alium proconsulem maiore magistratus tempore morte fraudatum esse putemus.

ipsum carmen uel indicem nominum adeat, ubi res a Paulino gestas ex ordine componemus. uxorem igitur cum duxisset circa annum 396 (euch. 177), patre orbatus est tricenarius eodem fere tempore, quo barbari primum in interiores imperii partes incurrerunt (euch. 232). quod cum acciderit primis mensibus anni 406 (cf. quae aduersus Ebertum l. c. disputauimus), uide quam apte hoc quoque cum nostra de natali tempore Paulini sententia conueniat. ingruentibus deinde Gothorum aduentu Galliae miseriis ab Attalo comes priuatae largitionis factus (euch. 294) Burdigala cremata expellitur a. 414 (euch. 314. cf. Dahn, *Könige der Germ.* V, 56). sequitur illud temporis spatium, per quod opibus ualde minutis ad religiosa proposita animum conuertebat monachalem uitam amplexurus, nisi ipsi uiri sancti, episcopum puta et presbyteros, obstitissent. eorum consilio commotus est, ut satis haberet confiteri tamquam lapsus et delicta expiare lectione aliqua ab episcopo imposita. quo facto ad cenam domini denuo admissus est die paschae anni ut uidetur 421 (euch. 468—478). eucharistiam enim hoc loco significari, non baptismum (cf. Ebert l. c. 391, adn. 1) his de causis iam mihi persuasum est: primum infantium baptismus saeculo quarto adeo iam more usuque ecclesiae receptus erat, ut cum parentes Paulini Christianae fidei fuerint addicti (euch. 95), filius pridem sacro fonte initiatus esse putandus sit. ipse uero ut hoc loco reuersum se esse dicit ad altaria Christi ibique recepisse sacramenta, ita lapsum se ad iura Christi refugisse euch. 109 diserte profitetur. adde quod paschae tempora ad paenitentes reconciliandos legitima fuerunt. scripta uero, quorum episcopus ei irrogauerat lectionem, postero demum tempore cum ab ipso Paulino tum ab ecclesia spreta esse puto et condemnata, utpote haereticis infecta erroribus, neque abhorret a ueri specie pertinuisse ea ad Semipelagianismum tunc temporis in Gallia meridionali quam maxime uigentem. nam si errores, ut refelleret, cognouisset, non esset cur culpam appellaret eam cognitionem.

Iam unum, quod ad calculos uocari possit, relinquitur tempus conscribendi eucharistici. quod duobus locis plane indicauit Paulinus. atque primum dicit euch. 12 sqq. sex aestates

se uidisse totidemque hiemes duodecimae annorum hebdomadis, unde computes eum carmen componendum suscepisse a. 459 post octogesimum tertium aetatis annum confectum. alterum testimonium extat euch. 478, ubi sacramenta se recepisse affirmat, si editiones et ipsum Bernensem sequimur, *ante hos ter decies super et his quattuor annos.* at uero cum reconciliatus sit a. 421, apparet corruptum esse numerum et reponendum, quod Barthius metri causa coniecit, *super et bis quattuor.* ea demum correctione admissa iustus duodequadraginta annorum numerus completur idemque suscepti operis efficitur annus 459 (cf. Ephem. gymn. Austr. XXXII, 329 sq.). utrum autem absoluerit opusculum eodem anno necne, non ausim disceptare. nam post uersum euch. 563 quae sequuntur aut omnia aut certe plurima aliquanto post carmini subiuncta esse eo fortasse recte colligitur, quod poeta in uersibus, qui antecedunt, condicionem suam miseram tamquam praesentem conqueritur, quam postea praedicat meliore mutatam esse.

II.

Ueri simillimum est Paulinum praeter eucharisticon [1]) nihil litteris mandasse. certe quod Busius *(Paulin v. Nola u. s. Zeit* I, 158) ei tribuit, carmen elegiacum *de domesticis suis calamitatibus* (Class. auct. ed. A. Maius V, 380, ubi Paulino Nolano uix credibili errore assignatur) ab eo alienum esse cum uersuum ratio tum sententiae euincunt. nam, ut cetera taceam, soror deuota et fratris uxor cum liberis ad mendicandi turpitudinem redactae deplorantur et frater ipse dilectissimus septimum iam annum in uinculis degens. itaque cuiuscumque sunt illi uersiculi, ad Pellaeum nihil pertinent.

Iam cum consilium eucharistici et lemmate et praefatione et ipsis uersibus satis demonstretur, ad dicendi et uersificandi

[1]) Formam εὐχαριστικός, siue libellum (cf. praef. 4) siue λόγον intellegere mauis, Bernensi codicis auctoritate fretus retinere non dubitaui; altera enim, quam editiones praebent, εὐχαριστικόν aut ex praefatione, ubi *eucharisticon opusculum* legitur orta aut ad similitudinem aliorum id genus lemmatum a Bignio constituta esse mihi uidetur.

rationes paucis describendas accedamus: exemplorum copiam indices suppeditabunt. atque uiribus omnino imparibus accessisse se ad opusculum uersibus conficiendum Paulinus probe intellexit ipse disertisque uerbis professus est (euch. praef. 4. u. 85). nec habemus, quod reprehendamus nimiam uel adeo fictam eius modestiam, quippe qui neque sententias ita formauerit, ut infinitas prope continuationes atque grauissima quae dicuntur anacolutha uitaret,[1]) et metricae artis ita expertem se praestiterit, ut nullam paginam foedis maculis non conspergeret. atque illud praefatione satis eleganti collata miretur, qui nescit, idem fere hominibus accidere plerisque, qui, cum in soluta oratione bene sint uersati, ad uersus pangendos inuita Minerua animum intendant. metricas uero rationes inuersas et peruersas aliquatenus defendunt immutatae eo tempore omnino uersificandi consuetudines nec non interrupta Paulini pueri institutio (euch. 119 sqq.). accedit, quod Graecis quam Latinis litteris maturius atque faciliore negotio imbutus, ut cui Latina lingua uocetur ignota, Homeri potius in hiatu maxime admittendo licentiam, quae uidebatur, quam Latinorum poetarum ueras aut grammaticorum fictas uersuum componendorum leges amplexus est. itaque quamquam ne ipse quidem concesserim eundem, qui duobus locis uocabulum *trieteris* iustis numeris protulit (u. 49. 121), tertio loco (u. 474) produxisse

---

[1]) Maximum anacoluthi exemplum praebent u. 149—153 a Barthio frustra temptati; nam uocabulum *euasero,* etsi uices coniunctiui perfecti per inauditam licentiam tuetur, sustentatur tamen ipso loco Uergilii Aen. IX, 98, neque participii casus rectus grauiorem habet offensionem, quam qui u. 213 sqq. leguntur nominatiui ab omni conexu soluti. eodem pertinet, quod u. 599 sententia per coniunctionem *ut* incipiens imperandi elocutione continuatur (cf. 302 sq.). quae cum ita sint, neque de enuntiato relatiuo in uersibus 296 sq. aliter iudicandum esse puto (cf. 251 sqq.). ambigitur de ablatiui absoluti condicione u. 122 sqq.; quamquam enim ad ea, quae praecedunt, aliquo modo applicari potest, uereor tamen, ne nouam initiaturus sententiam auctoris neglegentia sit destitutus. quae uero u. 115 traduntur: *iam me mihi ipse uidebar — sentire,* tam foedum soloecismum Paulino abiudicare uix dubito, ut qui aliis locis compluribus, uelut 57. 123. 273. 459. 534 optime cognitam sibi esse iustam illius uerbi rationem probauerit.

priores syllabas, uel *meminisse* u. 593 ab ipso Paulino usurpatum esse pro epitrito quarto, quae uox suas seruat quantitates u. 258, seruare uidetur etiam u. 53, caue tamen cum Barthio pleraque omnia id genus uitia uocabulis immutandis uel transponendis expellas.

Uerum tamen ut licentiam corripiendarum et producendarum syllabarum atque hiatus liberius adhibiti exempla plurima ipsi scriptori tribuam, minime eis assentior uiris doctis, qui mancos quoque et hypermetros uersus ab eo profectos esse censuerint. primum enim homini Latino inuito accidisse, ut pentametrum uel heptametrum dactylicum pro hexametro poneret, nullum quantum scio extat exemplum (cf. Luc. Mueller de re metrica, 249). tum uero apud Paulinum haud pauci eorum uersuum, qui manci sunt a ratione metrica, iidem manci uidentur, si sententiam spectamus. nam ut u. 599 negandi uocem a librario omissam esse luce est clarius, ita u. 542, etsi restituta uera lectione *euictus* (u. 541) maxima offensio sublata est, desideratur tamen uocabulum, quod promptum ad noua consilia capessenda non senem demum, sed omnino per totam uitam fuisse Paulinum indicet; itaque *semper* excidisse magnam habet ueri similitudinem. item u. 335 uocabulum *licet* efflagitare quodam modo uidetur alterum adiectiuum, cui *ingenuorum* opponatur. inde etiam u. 53 planius deperiisse temporis indicium et u. 399 aut Barthio duce *suscepta* (uel *concepta,* quod malim) hiatu non castigato scribendum aut adiectiuum uelut *ingens* post uocem *res* inserendum esse contendam. et ex hypermetris uersibus unum 528 iam altera manus codicis Bernensis in pristinam formam restituit expunctis litteris *per* uocabuli *perparuus* utpote male ex eis quae sequuntur iteratis. alteri uersui 61 eandem medicinam adhibendam atque ordine uocabulorum *permixtis semper* mutato rescribendum esse *semper mixtis* olim putabam, dissuadentibus licet rationibus metricis; quibus nunc commoueor, ut Schenkelii correctionem *docta* pro *doctrinam* scribentis libens amplectar. denique tertius uersus 346 unde caput superfluum *consilii* acceperit intelleget puto, qui u. 369 et ipsum per *consilium* incipientem respiciens uiginti tribus lineis distare hosce uersus, quindecies autem uiginti

tres lineas ab initio carminis ad u. 345 numerari computabit. nam aut fallor aut librarius, cum archetypum describeret ex codice, qui ternos et uicenos uersus exhiberet in pagina, confecta pagina quinta decima ad septimam decimam statim oculis aberrauit et uocabulum *consilium* prope ad finem descripsit, priusquam errore cognito ad sextam decimam reuerteretur. cf. tamen adn. crit. ad u. 346.

Atque hactenus de uersuum ratione. in uerbis autem eligendis et componendis cum aetatis illius deprauatam orationem saepissime agnoscas, tamen haud raro elegantioris eloquii studium elucet. et cum Uergilium unum omnium maxime ueterum auctorum atque haud scio an unicum puer lectitasset, mox desidia legendi captus (euch. 136) ad senectutem ingruentem usque libris abstinuisset, illum senex memori animo uarie imitatus est. nam et ipsis Maronis uerbis saepissime usus est ad suas res describendas ita, ut paululum sciens immutaret, cuius rei uix ulla pagina exempla non praebet, et totidem fere locis atque maxime quidem in principio et in fine uersuum sonum potius quam sententiam Uergilianorum uersuum memoria tenens ad similitudinem eorum prope inscius suos conformauit. ueluti cum apud Uergilium olim legisset Ecl. VIIII, 55 *sed tamen ista satis,* ipse scripsit u. 406 *sit tamen ista satis* et memor uerborum illius *tempora parcae* (Georg. III, 228) uel *aut tua iura resoluo* (Aen. IIII, 27) ipse confecit uersuum exitus scribendo *tempore pascha* (u. 475) et *ad tua iura refugi* (u. 109). nam ut recte demonstrauit Antonius Zingerle *(Zu spätlat. Dichtern* I, 84. 98) plurimas uersuum concludendorum formulas adeo in communi poetarum usu fuisse, ut ad ipsius Uergilii imitationem referri uix possent, ita Paulinum eas ab ipso potissimum Uergilio didicisse equidem pro certo habuerim. reliquorum enim prioris aeui poetarum expers omnino uidetur habendus esse, quoniam ne Horatianae quidem aut Ouidianae lectionis certa uestigia apud eum reperias. pauca enim, quae ipse attuli, utriusque poetae exempla de Flacco nihil, de Nasone uix tantum probare possunt, non abesse suspicionem, quin Paulinus Metamorphoseon libri undecimi partem quandam puer cognouerit. immo uero si me audis, quae inde mutuatus

uidetur esse, casui potius et ipsi rerum similitudini et imitationi Uergilianae tribues. nam si *cuius mihi cura tuendae* (251) ex Ouidii uersu Met. XI, 397 desumpsisset, non hercle abstinuisset, quominus insequentem quoque uersum: *fratri fera bella placebant,* quo ipsius condicio quodam modo praeformata esset, in suum usum conuerteret.

Recentiorum atque Christianorum uatum Ausonium auum, ut par erat, maxime imitatus est. multa etiam, etsi obloquitur Leipzigerus, eum e Paulini Nolani carminibus prioribus — ea dico, quae in domo patris una cum aui opusculis asseruata esse mihi quidem comprobat sylloge Uossiani codicis 111 (cf. Schenkl prol. ad Auson. p. LVIII) — atque maxime e quarto et decimo imitanda sibi sumpsisse manifestum est. Iuuencum ei cognitum fuisse uel unus uersus 20 cum Euang. uersu IIII, 7 collatus satis demonstrat. nec desunt, quae Sedulii notitiam sapiant. quae res cum ad tempus euulgati carminis paschalis definiendum summi sit momenti, quascumque inueni similitudines congessi, ut suum cuique in ea quaestione iudicium relinqueretur. mihi, ut dicam, quod sentio, ceteros locos una respicienti ueri uidetur esse similius euch. u. 9 ex Sedulii uerbis V, 51 sq. petitum, quam ab ipso Paulino tam eleganter e duobus illis, quos ascripsi, locis Uergilianis concinnatum esse. contra, quae in Hilarii hymno quaeque in Prudentii carminibus offendi pauca atque incerta, nec ipse pro uerae imitationis exemplis posuerim, addidi tamen, ne deesse uiderentur. denique Sidonium inter eos, quos imitando noster secutus sit, prorsus non rettuli, quia loci duo a Leipzigero allati (XVI, 68. XXII, 107) rebus potius quam sermone ad Paulini sententias accedunt neque alios repperi, qui reapse a Paulino expressi esse uideantur.

Ceterum quamuis Paulinus, ut suum dicendi genus distingueret, ab illis poetis haud pauca assumpserit, tamen si totum spectamus carmen, fatendum erit, ad suum pleraque ingenium dixisse hominem parum litteratum neque in aliorum poetarum studium dedita opera incubuisse, ut lucrum inde faceret, sed recepisse, quae ultro offerret tenax senis memoria.

III.

Paulini carmen propter priuatam atque singularem quandam indolem non ita saepe lectum aut descriptum esse putandum est, id quod et posteriorum scriptorum silentio et codicum paucitate demonstratur. neque enim inter tot scriptorum nomina a Gennadio, Isidoro, aliis seruata huius Paulini mentio occurrit et codices adhuc duo ad cognitionem doctorum hominum peruenerunt, quorum alterum, qui principi quondam editioni pro fundamento fuerat, plane esse deperditum iam supra significauimus, alter olim Bongarsii asseruatur hoc tempore numero 317 insignitus in bybliotheca Bernensi.

Atque ut priore loco de deperdito codice agam, neque cuius fuerit aetatis neque unde in manus Margarini de la Bigne peruenerit, erui potuit. ille enim cum primam sanctorum patrum bybliothecam uolumine octauo tamquam appendice absolueret (Parisiis 1579), inter cetera carmina Christiana Paulini P quoque uersus proposuit nullo ne leuissimo quidem indicio adiecto, unde petiisset. itaque cum et catalogos librorum, qui in bybliothecis Gallicis asseruantur, frustra perlustrassem neque epistulis huc illuc dimissis ullum indagassem codicis uestigium, acquiescendum putaui in ipsa editione, inuitus quidem, neque enim dubitari potest, quin editor aut errore uel neglegentia deceptus aut obscuritate sermonis et scripturae mendis manifestis in coniciendi licentiam inductus locos quosdam ex suo iudicio mutauerit. extat igitur carmen in appendice illa a pagina 281 usque integrum ceteroqui, nisi quod uersus 468 altera pars desideratur, quam ex Bernensi libro nunc primum proponam. ad uersum 27 in margine *Orbis* ascriptum legitur, ad uersum 311 *Atiulfus rex Gothorum,* de cetero praeter ipsa Paulini uerba nihil reperitur. de scripturae indole ac pretio infra accuratius disputabimus. exemplar editionis, quod in bybliotheca aulica Uindobonensi extat, contulit Carolus Schenkl.

Codicis Bernensis 317 primus mentionem fecit Halmius B (*Verzeichn. der älteren Handschr. lat. Kirchenväter in den Bibl. der Schweiz,* p. 155), Nolani carminibus per errorem

assignans eucharisticon. deinde summatim descripsit Hagenus
in catalogo librorum mss. Bernensium p. 325. atque est co-
dex membranaceus in quarto foliorum quattuordecim saeculo,
ut uidetur, nono singulis columnis uicenorum et quaternorum
uersuum dilucide scriptus, nisi quod uocabula haud raro male
dirempta sunt. compendia praeter usitatissima syllabarum *et,
um, am, que, bus, per, prae* et si qua sunt similia, deinde
uocabulorum *Christus, deus, noster, omnis* pauca reperiuntur.
Paulini carmen hodie solum exhibet atque sine lemmate anti-
qua manu scripto neque ullo ad id spatio in capite paginae
relicto. sed ex ampliore codice haec folia esse decerpta inde
recte colligi licet, quod in imo margine primae paginae nu-
merus quaternionis XVII eodem atramento, quo manus altera
usus est, exaratus legitur, et post folium quartum decimum
duo, quibus alter quaternio olim complebatur, resecta esse
apparet. eadem re et illud comprobari puto ne in hoc qui-
dem exemplari ab initio anonymum fuisse carmen, sed in
fine quaternionis XVI^{i} extitisse olim titulum opusculi cum
B^{2} nomine auctoris. primae manui, quae codicem scripsit, altera
uidetur esse aequalis, quae multis locis omissa addidit, com-
missa correxit, pauca in margine quoque interpretamenta no-
tauit. mutauisse eam manum grauissima quaeque e codicis
alicuius auctoritate, uel unus uersus 428 prima manu per ne-
glegentiam omissus, altera in margine adiectus testatur. atque
idem fuisse exemplar, e quo codex descriptus erat, cum om-
nino sit ueri simillimum, loci indicant complures, quos a priore
scriptore aut nihil aut parum intellectos altera manus ex eius-
dem scripturae uestigiis uocabula recte constituendo uel adeo
lacunas supplendo emendauit (cf. 34. 194. 256. 284. 312. 488.
566). ab eadem manu altera signum ꝑ profectum est, qua-
draginta uersibus eis, qui metricam aliquam offensionem habere
uiderentur, in margine appictum (20. 39. 53. 61. 91. 98. 110.
116. 160. 170. 194 (del. m. 3). 197. 208. 242. 276 (del. m.
3). 294. 306. 331 (del. ipsa m. 2). 341. 357. 398. 413. 415.
438. 443. 449. 460. 474. 477. 493. 516. 521. 526 (527?).
B^{3} 528. 529 (eras.). 542. 566. 573. 575. 588. 599). tertia manus
multo recentior (XVI^{i} uel XVII^{i} puto saeculi) in margine et

signa quaedam († ad uersus 335. 341. 468. 508. 537, // ad u. 399) et coniectanea notauit ad uerba scriptoris emendanda, in ipso qui dicitur textu perpauca correxit atque maxime quidem dirimendo uocabula. ad eam manum referenda censeo, quae in summo primae paginae margine leguntur: *Incerti auctoris ἐυχαριστικὸς,* quamquam uocabula priora hodie in leni rasura quarta manu renouata extant. nihil enim aliud eo loco ante rasuram fuisse litterarum forma tertiae manus scripturae simillima satis probat. eidem quartae manui, quam saeculo XVIII° uel ipsi nostro ineunti assignauerim, deberi uidetur speciosa ad corruptum praefationis locum coniectura (cf. praef. 2), item numeri 2—14, quibus folia notata sunt. contulit hunc codicem Hageno intercedente prior in usum meum Carolus Dick, postmodo cum alterum carminis fontem nullum inuenissem, Brunsuigae ut praesens ipse cognoscerem, magistratuum Bernensium beneuolentia factum est.[1] B[4]

Atque codicem Bernensem cum Bignii libro artissimo quodam uinculo esse coniunctum cum uirtutum tum uitiorum concentus luculentissime docet. non solum eisdem locis eaedem litterae singulae aut aliis mutatae sunt similibus — uelut confunduntur *ae* et *e* (117. 139. 245 al.), *ae* et *a* (283), *e (ae)* et *i* (praef. 2. u. 11. 83. 270. 432. — 415. 458), *a* et *u* (62), *a* et *o* (355), *o* et *u* (27. 36. 106. 130. 362), *c* et *e* (197), *c* et *t* (523), *h* et *b* (478), *s* et *t* (523), *v* et *l* (58) al. — aut falso additae (174. 182. 406) uel omissae (139. 273. 330. 480. 598), sed etiam in grauioribus mendis, quale est 488 *inque penatis* pro *linquere natis* atque in ipsis uersibus hypermetris et mancis uno, de quo dixi, uersu 468 excepto ita conspirant, ut de cognatione dubitare nemo possit. nam ubi quam maxime discrepant — praef. 2. u. 100. 370. 449. 451 — eis locis omnibus propositam scripturam ex suo iudicio aut librarium correxisse,

---

[1]) Collationem codicis ab Hageno ipso quondam in usum Galli Morelii confectam cum ille mihi ultro qua est liberalitate concessisset, frustra in eis, quae Morelius reliquerat, quaerendam curaui; neque ulla Morelii in Paulinum coniectanea superesse per litteras me certiorem fecit P. Gabriel Meier bybliothecae Einsidlensis custos.

qui Bignii codicem confecit, aut editorem ipsum apparet. ita u. 371 uocabulum *prius* intrusum esse puto, cum pro *aūt* legeretur *ante,* quod ad metricam rationem minime quadraret. eodem modo u. 451 cum extarent in codice archetypo, quae in B seruata sunt: *namque et memores quem eos* inepte diremptis uocabulis, correctum est, ut iustus uersus efficeretur: *namque etiam memor es quam illos,* quamquam ne haec quidem uerba sanum praebebant sensum. neque alia de causa u. 449 *dona* pro *dare* in P subditum esse contenderim. item in praefationis loco, quem dixi, *memoria* pro *memore* (B[1] recte *maerore)* substituit corrector, quia sententiam substantiuo nomine explendam esse uidebat.[1]) denique u. 100 uocabulum *quomodo* quin ex compendio *quō,* quod B retinuit, male soluto natum sit, quis dubitat? contra quod in extremo uersu 214 P *causas* exhibet pro *census,* haud scio an codicis scriptura detrita uel aliter oblitterata deceptus sit, qui primus dedit. ita aliorum quoque uersuum exitus uidentur deprauati esse (cf. 94. 99. 182. 239. 283. 318. 390. 480. 523. 601).

Ceteras, quotquot sunt, codicum discrepantias, quantumcumque faciunt ad sententias constituendas, tamen si litterarum ductum spectes, minores existimes, quam unde quis diuersos fontes suspicari possit. itaque aut ad eundem archetypum utrumque codicem redire putandum est, aut alterum utrum ex altero utro esse descriptum. et B quidem, cum saepissime genuinam lectionem praebeat atque adeo uersus 468 alteram partem seruauerit, quae in P desideratur, ab altero originem non duxisse manifestum est. contra P, si ex B fluxisset, descriptum esse oporteret, posteaquam altera manus scripturam correxit; aliter enim cum uocabula compluria tum integros uersus 428 et 488 habere non posset. atqui P nonnulla seruat corrupta, quae B[2] correxit, qualia sunt *steriles* 83, *incautos* 106, *nec lecta* 184, quin etiam *malasuada* 190, *per-*

---

[1]) Eodem loco pleniorem scripturam *marcescentem* ex P recepimus (B *marcentem*), quia probabilius uidebatur esse syllabam *ces* et scriptorem et correctorem codicis B effugisse (cf. *quaere* 442), quam temere ac sine causa adiectum esse in P.

paruus 528, quae, nisi oculi me fallunt, correcta sunt iam manu prima. adde quod Bignianae editionis corruptelae pleraeque ex ipso Bernensi oriri prorsus non potuerunt; nam ne tales quidem, quales *diuersa* 210, *rupta* 238 ad Bernensem scripturam *diuersę, ruptę,* sed ad pleniorem redeunt.

Itaque B et P e communi tantum archetypo profluxerunt, multis iam tum corruptelis obsito. atque altera earum series originem duxit e codice quodam quadrata et continua scriptura confecto, uocabula dico male dirempta et litteras permutatas in primis EI, CT, VL. cuius rei uel maximo documento est illud *inque penatis* pro *linquere natis* u. 488, in quibus L omissum propter sequentem litteram I, P ex R deprauatum, denique syllabae *re* compages peruersa fontem produnt. nec tamen ex eo ipso codice descripta sunt B et P. intercessisse enim codicem longe alius scripturae cum ceteris litterarum mutationibus tum compendiis male solutis et eo comprobatur, quod scriptor Bernensis codicis nonnullis locis in scriptura enucleanda haesitauit atque lacunam correctori explendam reliquit (cf. 194 *ita,* 256 *inter,* 312 *gothi*). qua re accuratius perpensa ad merouingicam potissimum scripturam deferimur, quippe in qua, ut cetera mittam, ipsa littera *t* diuersissimas cum aliis litteris ligaturas ineat. et tamen habemus eius scripturae, ni fallor, reliquam ligaturam ꝛt (rt) a scriptore Bernensis codicis tribus locis seruatam (*ortus* 272, *referta* 283, *partes* 302). nam eandem in archetypo extitisse Bigniana lectione *ostrus* 272 demonstratur, quae nisi ex ea uel simillima litterarum forma oriri uix potuit.

Haec habui de codicum stirpe ac cognatione quae dicerem. ceterum quantum B alterum superet, etsi interdum in leuioribus maxime rebus scripturae Bignianae utpote obiter correctae cedat, cum ea, quae protulimus, exempla testantur, tum singulae carminis paginae ostendent. eum igitur uel in orthographicis rebus [1]) quam maxime fieri potuit sequendum putaui.

---

[1]) Earum maxima quaeque exempla liceat componere: *condicio* (per *t* scriptum 291. 606), *genetrix, haut, ilico, litteratura, litus, medella, neclectus, paulo, pomeria, quattuor, quotiens, repperi, solacium, sollers, temptare, urgens.*

Sequitur, ut de editionibus recentioribus, quae necessaria uidentur esse, exponam. atque primum quidem in ceteris omnibus patrum bybliothecis ab altera Bignii editione usque (Parisiis 1589) desiderari eucharisticon iam Benedictini suo iure questi sunt: ea enim re factum est, ut perpauci homines docti uersibus Paulini emendandis operam nauauerint. quorum principem et tempore et meritis locum obtinet Caspar Barthius. is enim non solum in uastis illis animaduersionum libris LX (Francof. 1624) complures carminis locos temptauit, sed etiam commentarios ampliores reliquit in schedis, quos una cum eis, quae ad Paulini Petricorii libros de uita Martini conscripserat uir ille et legendi et emendandi scriptores Latinos studiosissimus, anno 1680 Paulini uersibus ex recensione Bigniana adiectis publici iuris fecit Christianus Daumius.[1]) et inter ea, quae Barthius proposuit, cum multa sint egregie inuenta, quae ex magna parte confirmat Bernensis codex, tamen si eius uestigia ubique sequeremur, totidem fere locis, quot emendatur, inquinaretur scriptura. ille

---

praepositiones in compositis plerumque non assimilantur, uelut *adcrescere, adprobare (apprehendere), adquirere, adsistere, adtemptare, conlatus, inlustris, inmunis, inrogare;* assimilantur tamen in *affari, affectus, affectare (adflicti), agnoscere, alloquium, commissa, officere* sim. ambigit scriba in syllabis *in* et *con* sequente littera *p:* leguntur enim *conpensare, conpertus* (197), *conplacere, conplures,* at *compellere, compertus* (39. 76), *complere,* item *inpendere, inpiger, inponere, inpugnare,* contra *imperium, implere, imploratus* atque haec quidem tria et ipse retinui. eodem pertinent *exilium* et *exuperare. quidquid* et similia a prima manu profecta altera ut uidetur correxit in *quicq . . . .; m* non tenuatur ante litteram *q,* uelut *tamquam, quemquam, umquam; h* littera falso modo additur, modo omittitur, uelut *ausi* et *exausit, ebdomas, Omeri* (*h* add. m. 2), *Halanus, Chartago, Ghoti* (312) al. *sphera* propter metrum recepi, eademque de causa *penitenda* scripsi, ubi *paenitenda* traditur. commemorandae praeterea singulares scripturae *celeps* 542. *liquid* 509. *poenetralia* 20.

[1]) *Benedicti Paulini Petricorii poemata et alia quaedam sacrae antiquitatis fragmenta cum Franc. Iureti commentariis, Casp. Barthii animaduersionibus, Ioh. Fr. Gronouii notis et necessariis indicibus edita a Christ. Daumio. Lipsiae 1681.* (at animaduersiones Barthii seorsum habent anni numerum MDCLXXX, cf. Daumii praefatio.) altera quae circumfertur editio anni 1686 praeter ipsum numerum nihil differt a priore.

enim, ut iam supra indicauimus, singularem uel eis temporibus licentiam, qua Paulinus in conformandis uersibus usus est, non ferendam esse ratus uersus a metrica ratione claudicantes plerosque ad seueriorem normam correxit, librariorum neglegentiae tribuens, quae auctor deliquerat. quod probe perspexit Daumius: nam in corollariis editioni subiunctis uitia a Barthio castigata ipse tamquam ex licentia poetae oriunda collegit et, qua erat eruditione, aliorum eius aetatis poetarum exemplis aptissime commentatus est.

Tertium libellus impressus est in collectione Pisaurensi Ed. Pisaur. uol. VI. (Pisauri 1766), ceteroqui ad Bignianam recensionem, nisi quod erroribus typographi incredibilem in modum distinctus uno loco (u. 270) casu, ut uidetur, emendatione donatus est.

Quartam editionem nostra demum memoria curauit Ludo- 1
uicus Leipziger (*Paulini carmen eucharisticum prolegomenis et adnotationibus illustratum. dissert. Vratisl. 1858*). qui quamquam alios locos melius constituit ipse, alios Friderici Haasii emendationibus, quas ille cum discipulo communicauerat, egregie adiuuit, multa tamen sententiarum distinctionibus male curandis indigesta, alia typographicis mendis inquinata reliquit (praef. 2 *proposita*. praef. 3 *ipso*. 232 *trecennia*. 246 *prima* om. 344 *quom*. 539 *ad*). neque Barthii commentariis, quantum oportebat, usus est et uarietatem lectionum neglegentius indicauit, quam ut dignosci possit, quae editioni principi, quae ipsi, quae aliis debeantur. contra bene meruit eis, quae de uita Paulini praefatus est, in quibus licet ipse dubitans rectam tamen uiam indicauit, qua origo poetae inuestigari potuit. plurimum uero indagandis Ausonii, Uergilii, aliorum locis a Paulino expressis ad carminis indolem illustrandam contulit.

Ipse quibus fere legibus in recensendo eucharistico uersatus essem, cum iam supra hic illic significauerim, restat, ut de apparatus critici ratione pauca praemoneam. dedi igitur integrum quidquid in codice Bernensi utpote unico a scriptura recepta discrepat, ne ipsis quidem recentissimarum manuum coniectaneis marginalibus exceptis. ex editione Parisina adieci uariantes lectiones omnes praeter orthographica minora atque

constanti usu obseruata, quae infra congessisse sufficiet.[1]) Daumiani contextus et Leipzigeriani propria quaedam suis notis d et l significaui. tum de coniecturis, quas Barthius, Daumius, Leipzigerus, Haasius ad uerba scriptoris restituenda proposuerunt, elegi, quascumque ueri similes cuipiam uideri posse suspicabar. denique e meis coniectaneis, quorum partem iam olim in medium protuleram Eph. gymn. Austr. XXXI, 248 sqq., potiora assumpsi.

Atque cum ad finem praefandi peruentum sit, superest ut eis uiris doctis, qui me in hoc, quantumcumque est, opusculo conficiendo uarie consilio uel opera adiuuerunt, diserte agam gratias, quas me debere quam maximas profiteor Carolo Schenkl, siquidem beneuolentissimus mihi huius curae suscipiendae auctor, susceptae adiutor extitit, deinde Carolo Dick, Hermanno Hagen, Paulo Ionae Meier, Michaeli Petschenig.

---

[1]) Litterae *u* et *v* usurpantur promiscue; *ij* pro *ii* inuenitur in fine uocabulorum; pro litteris *m* et *n* saepissime occurrit lineola suprascripta, etiam in mediis uocabulis (uelut *nūc* 100, *dāna* 239); per compendia interdum scribuntur *et, que;* ę pro *ae* quater admissum est in praefatione. praepositiones *ad, con, in* omnibus locis assimilantur, nisi quod *ad* seruatur ante litteram *s* (tamen *aspirans* 5); littera *m* attenuatur sequente littera *q* in uocabulis *unquam, tanquam, quicunque* sim. (*quamcumque* 601) — adde *circundat* 387, *circuniecta* 391 — item *d* in uocabulis *quicquam, quicquid* et si qua sunt similia. leguntur praeterea *charus, conditio* (291. 364. 574), *delitiae, exsuperare, genitrix, haud, illico, literatura, littus, paullo, quatuor, reperi, solatium* (per *c* scriptum 293. 516), *solers, tentare.* duobus uocabulis scribi solent *& iam, ne fas,* contra continuis syllabis *nequando, nequid* sim.

PAULINI ΕΥΧΑΡΙCΤΙΚΟC.

PRAEFATIO.

[1] Scio quosdam inlustrium uirorum pro suarum splendore uirtutum ad perpetuandam suae gloriae dignitatem ephemeridem gestorum suorum proprio sermone conscriptam memoriae tradidisse. a quorum me praestantissimis meritis tam longe profecto quam ipsa temporis antiquitate discretum non utique ratio aequa consilii ad contexendum eiusdem prope materiae opusculum prouocauit, cum mihi neque ulla sint gesta tam splendida, de quibus aliquam possim captare gloriolam, nec eloquii tanta fiducia, ut facile audeam cuiusquam opera scriptoris aemulari, [2] sed, quod non piget confiteri, iam dudum me in peregrinatione diuturna aerumnosi otii maerore marcescentem misericordia, ut confido, diuina ad huiusmodi me solacia affectanda pellexit, quae simul et bene sibi consciae senectuti et religioso proposito conuenirent, ut, qui me scilicet totam uitam meam deo debere meminissem, totius quoque uitae meae actus ipsius deuotos obsequiis exhiberem eiusdemque gratia concessa mihi tempora recensendo eucharisticon ipsi opusculum sub

† Incerti auctoris εὐχαριστικὸς — *B*[3 4] *cf. proleg. p. 283* S. PAULINI ΕΓΧΑΡΙΣΤΙΚΟΝ *P* INCIPIT PRAEFATIO *BP* 2 aephimeredem *B* Æphemeridem *P* 4 aḍ quorum (o *ex* a) *B* profectu *Barth. coll. Auson. protr. 71* 7 splendida∗ (m *eras.*) *B* 11 erũnosi *B* ęrumnosi *P* memorem arcentẽ *B*[1] *distinxit m. 4 et in mg. ascr.* ⁄· mœrore memoria marcescentem *P cf. proleg. p. 284 n.* 12 me *del. Barth.*

ephemeridis meae relatione contexerem, [3] sciens profecto et benignae ipsius misericordiae circa me fuisse, quod indultis humano generi temporariis uoluptatibus etiam ipse prima mea aetate non carui, et in hac quoque parte curam mihi prouidentiae ipsius profuisse, quod me adsiduis aduersitatibus moderanter exercens euidenter instruxit, nec inpensius me praesentem beatitudinem debere diligere, quam amittere posse me scirem, nec aduersis magnopere terreri, in quibus subuenire mihi posse misericordias ipsius adprobassem. [4] proinde si quando hoc opusculum meum in cuiusquam manus uenerit, ex ipso libelli titulo praenotato euidenter debet aduertere me hanc meditatiunculam meam, quam omnipotenti deo dedico, otio meo potius quam alieno negotio praestitisse, magisque id meorum esse uotorum, ut hoc qualecumque obsequium meum acceptum deo sit, quam ut carmen incultum ad notitiam perueniat doctiorum. [5] attamen si cui forsitan magis curioso tantum otii ab re sua fuerit, ut laboriosum uitae meae ordinem uelit agnoscere, exoratum eum cupio, ut, siue aliquid seu forsitan nihil in gestis uel in uersibus meis, quod possit probare, reppererit, ea tamen ipsa, quae elegerit, obliuioni potius inculcanda deleget, quam memoriae diiudicanda commendet.

1 aephimeredis *B* Æphimeridis *P* 2 benignę (ę *m. 1*) i. misericordię *B* benigna i. misericordia *P* 3 ipsa *P* 4 carni *P* 5 aſsidiuis *P* 11 praenotatę (o *superscr.*) *B* ∗aduertere *B* 16 Adtamen *B* 18 uellit *B* 19 seu] siue *P* forsitam *P* 20 probare (a *ex* o) reppe:rit (re *superscr.*) *B* repererit *P* quaelegerit *B* 21 inculpata *BP* inculcanda *scripsi* EXPLICIT PRAEFĀ *B* EXPLICIT PRAEFATIO *P*

EYXAPICTIKOC DEO

SUB EPHEMERIDIS MEAE TEXTU.

Enarrare parans annorum lapsa meorum
tempora et in seriem deducere gesta dierum,
ambigua exactos uitae quos sorte cucurri,
te, deus omnipotens, placidus mihi, deprecor, adsis
adspiransque operi placita tibi coepta secundes,
effectum scriptis tribuens uotisque profectum,
ut tua te merear percurrere dona iuuante.
omnia namque meae tibi debeo tempora uitae,
auram ex quo primum uitalis luminis hausi,
inter et aduersas iactatus saepe procellas
instabilis mundi te protectore senescens
altera ab undecima annorum currente meorum
hebdomade sex aestiui flagrantia solis

4 sq.] Uerg. Aen. X, 461 te precor Alcide coeptis ingentibus adsis. IIII, 578. adsis o placidusque iuues, cf. Paulin. Nol. VI, 159. 5] Uerg. Aen. VII, 259 di nostra incepta secundent. 9] Sedul. C. P. V, 51 sq. nec luminis huius hausisset placidas flabris uitalibus auras, cf. Uerg. Georg. II, 340 cum primae lucem pecudes hausere, Aen. I, 387 sq. auras uitalis carpis. 12] Uerg. Ecl. VIII, 39 alter ab undecimo tum me iam acceperat annus. 13 sq.] Uerg. Georg. I, 48 bis quae solem, bis frigora sensit Auson. Ecl. X, 1 sqq. (Schenkl) sol — feruidis flagrans habenis pulsum aestiuum conficit. Prec. cons. I, 9 solstitia et gelidum boream, cf. Uerg. Georg. I, 100, Paulin. Nol. XIIII, 15 sq. post solstitium — tempora brumae.

Incip̃. εγχαριcτικοc dõ sub aephimeridis meae textu *B* INCIPIT EYXAPIΣTIKON DEO Sub Æphemeridis meae textu *P* 1 labsa *B* 2 gesta (a *ex* u) *B* 4 ds̄ *ex* dī *B* depr*ecor (a *eras.*) *B* *fort.* te precor 5 placito *Barth* de *B*³ *in mg.* 9 ausi *B* 11 instabilis *Barth* instabiles *BP* lis *B*³ *in mg.* 12 currente(m):eorū(m) (e:(m) *ex* ē) *B* 13 ebdomadę *B* ebdomade *P* sextę(a) aestiui *B*

solstitia et totidem brumae iam frigora uidi
te donante, deus, lapsi qui temporis annos
instaurando nouas cursu reuolubilis aeui.
sit mihi fas igitur uersu tua dona canentem
pangere et expressas uerbis quoque pendere grates,
quas equidem et clausas scimus tibi corde patere,
ultro sed abrumpens tacitae penetralia mentis
fontem exundantis uoti uox conscia prodit.
tu mihi lactanti uires in corpore inerti
ad toleranda uiae pelagique incerta dedisti,
editus ut Pellis inter cunabula quondam
regis Alexandri prope moenia Thessalonices
patre gerente uices inlustris praefecturae,
orbis ad alterius discretas aequore terras
perueherer, trepidis nutricum creditus ulnis,
ninguida perque iuga et sectas torrentibus Alpes
Oceanumque fretum Tyrrheni et gurgitis undas
moenia Sidoniae Carthaginis usque uenirem,
ante suum nono quam menstrua luna recursu
luce nouata orbem nostro compleret ab ortu.
illic, ut didici, ter senis mensibus actis

15 sq.] cf. Uerg. Georg. I, 6. 16] Auson. Ecl. I, 12 octaua instaurat reuolubilis orbita solem. 20] Iuuenc. IIII, 7 ille sed abrumpens saeui penetralia cordis, I, 506 tacitae mentis penetralia, cf. IIII, 43. 22] Uerg. Aen. V, 396 effetae in corpore uires. 23] Paulin. Nol. XIII, 13 inter dura uiae uitaeque incerta uocaui (*al.* uocasti). 24] cf. Uerg. Aen. III, 105. 27] cf. Paulin. Nol. X, 104. 29] Auson. Epist. XXV, 69 iuga ninguida. 30] Uerg. Georg. II, 164 Tyrrhenusque fretis. 31] cf. Uerg. Aen. I, 678. 32 sq.] Uerg. Georg. I, 353 menstrua luna, Ouid. Met. XI, 453 sq. ante reuersurum quam luna bis impleat orbem. his ubi promissis spes est admota recursus, Uerg. Aen. V, 46 annuus exactis completur mensibus orbis. 34] Uerg. Georg. I, 247 illuc ut perhibent.

14 brumę.am (i *supra*) *B* frigore *P* 15 dš *ex* dī *B* 16 cursum *Barth* aeui (i *ex* o) *B* 18 expraessas *B* 19 quidem *B* eq B^3 *in mg.* clauso *P* 20 poen&ralia *B* 27 urbis (o *m. 3 in mg.*) *B* vrbis (*in mg.* orbis) *P* aequora *B* re B^3 *in mg.* 30 tyrreni *B* Tyrrem *P* 31 chartaginis *B* Chartaginis *P* 32 nouo *P* 33 compleret *B* 34 terrenis B^1 *corr. m. 2*

sub genitore meo proconsule rursus ad aequor
expertasque uias reuocor, uisurus et orbis
inclita culminibus praeclarae moenia Romae;
quae tamen haut etiam sensu agnoscenda tuentis
subiacuere mihi, sed post conperta relatu
adsiduo illorum, quibus haec tum nota fuere,
propositum seruans operis subdenda putaui.
tandem autem exacto longarum fine uiarum
maiorum in patriam tectisque aduectus auitis
Burdigalam ueni, cuius speciosa Garumna
moenibus Oceani refluas maris inuehit undas
nauigeram per portam, quae portum spatiosum
nunc etiam muris spatiosa includit in urbe.
tunc et auus primum illic fit mihi cognitus, anni
eiusdem consul, nostra trieteride prima.
quae postquam est expleta mihi firmauit et artus
inualidos crescens uigor et mens conscia sensus
adsuefacta usum didicit cognoscere rerum —
quidquid iam * * potui meminisse, necesse est,
ipse fide propria de me agnoscenda retexam.
sed quid ego ex nostris aliud puerilibus annis,
quos mihi libertas ludusque et laetior aetas
conciliare suis meritis potuisse uidentur,
uel magis ipse libens recolam, uel dignius ausim

37] Uerg. Aen. I, 7 altae moenia Romae, cf. VI, 781. 42] Uerg. Aen. III, 714 longarum haec meta uiarum. 43] cf. Uerg. Aen. III, 108. 44 sqq.] Auson. Ordo urb. 146 quem pater Oceanus refluo cum impleuerit aestu, Sedul. C. P. II, 163 Iordanis refluas cursum conuertit in undas, Auson. de hered. 26 nauiger hic refluus me uehit ac reuehit. 51] Sedul. C. P. IIII, 152 mens conscia recti, cf. Uerg. Aen. I, 604. 55] Uerg. Aen. II, 101 sed quid ego haec. Auson. Genethl. 1 puerilibus annis, cf. Ouid. Met. II, 55.

36 orbis *Barth* urbis *BP* 37 rome *B* 38 qua&amen *B* *fort.* tuenti 39 comperta *B* 44 spatiosa *Barth* Garunna *B* 46 spaciosum *B* 47 Nunc B^1 *corr. m. 2 in* non haec *P* hac *Barth* 51 meus *P* 53 quicquid *ex* quidquid *B* quidquid enim potui meminisse egisse *Barth* posthac *uel simile aliquid excidisse suspicor cf. proleg. p. 278* 54 agnoscendo *Barth* 58 uidens *BP* libens *scripsi*

inserere huic nostro, quem uersu cudo, libello
quam pietatis opus studiumque insigne parentum
permixtis semper docta exercere peritum
blanditiis gnaramque apto moderamine curam
insinuare mihi morum instrumenta bonorum
ingenioque rudi celerem conferre profectum,
ipsius alphabeti inter prope prima elementa
nosse cauere decem specialia signa amathiae
nec minus et uitia uitare ἀκοινονόητα.
quarum iam dudum nullus uigeat licet usus
disciplinarum, uitiato scilicet aeuo,
me Romana tamen, fateor, seruata uetustas
plus iuuat atque seni propria est acceptior aetas.
nec sero exacto primi mox tempore lustri
dogmata Socratus et bellica plasmata Homeri
erroresque legens cognoscere cogor Ulixis;
protinus ad libros etiam transire Maronis
uix bene conperto iubeor sermone Latino,
conloquio Graiorum adsuefactus famulorum,
quos mihi iam longus ludorum iunxerat usus,
unde labor puero, fateor, fuit hic mihi maior,
eloquium librorum ignotae apprehendere linguae.
quae doctrina duplex sicut est potioribus apta
ingeniis geminoque ornat splendore peritos,
sic sterilis nimium nostri, ut modo sentio, cordis
exilem facile exhausit diuisio uenam.

67] Uerg. Aen. VIIII, 310, XI, 203 nec minus et. 73] Auson. (?) Perioch. praef. 17 Homericum plasma cf. Epist. X, 2.

59 hoc *B* 61 p. s. docta *Schenkl* p. s. doctrinam *BP* p. bene doctrinam *Barth* mixtis s. doctrinam *Leipziger* doctrinam *aut ex* doct ortum *aut interpr. margin. in textum illata, cf. proleg. p. 278* 62 gnarū que *B* quorumque *P* gnaramque *scripsi* 65 alfabeti *BP* prim · elementa *B* 66 decim *B* 67 euitare *P cf. 581. 610* akoinononta *B* akinononta *P* ἀκοινώνητα *Leipziger* ἀκοινονόητα *scripsi* 71 utque *Barth* sani B^1 *corr. m. 2* 73 *socratus (i *eras.*) *B* Socratus (v) *m. 3 in mg.* (h)omeri (h *a m. 2*) *B* 74 Ulyssis *dl* 76 comperta *B* 78 uinxerat *P* 81 sicut potioribus apta est *Barth* 83 steriles B^2 *corr. m. 2* steriles *P* 84 exausit *B*

quod nunc inuito quoque me haec mea pagina prodit,
inconsulta quidem, quam sponte expono legendam,
sed mihi non rebus, quantum confido, pudenda,
quarum notitiam scriptis contexere conor:
namque ita me sollers castorum cura parentum
a puero instituit, laedi ne quando sinistro
cuiusquam sermone mea se fama timeret.
quae licet obtineat proprium bene parta decorem,
hoc potiore tamen tum me decorasset honore,
consona si nostris primo sub tempore uotis
hac in parte etiam mansissent uota parentum,
perpetuo ut puerum seruarent me tibi, Christe,
rectius hanc curam pro me pietatis habentes,
carnis ut inlecebris breuiter praesentibus expers
aeternos caperem uenturo in tempore fructus.
sed quoniam nunc iam magis hoc me credere fas est
conduxisse mihi, quod te uoluisse probasti,
omnipotens aeterne deus, qui cuncta gubernas,
culpato renouando mihi uitalia dona,
hoc nunc maiores pro me tibi debeo grates,
maiorum quanto errorum cognosco reatum.
namque et incautus quidquid culpabile gessi
inlicitumque uagus per lubrica tempora uitae,
te indulgente mihi totum scio posse remitti,
ex quo me reprobans lapsum ad tua iura refugi,

89] Uerg. Aen. III, 341 cura parentis. 92] Uerg. Aen. V, 229 hi proprium decus et partum indignantur honorem 99] Paulin. Nol. IIII, 19 perpetuam spondens uentura in saecula uitam. 100] Iuuenc. IIII, 468 si credere fas est. 102] Sedul. C. P. I, 60 omnipotens aeterne deus sqq. 109] Uerg. Aen. IIII, 27 aut tua iura resoluo.

88 contexero B^1 *corr. m. 2* 89 solers *P* 91 cuiusquam] cui B^2 *in ras.* 94 uoti B^1 s *add. m. 2* 96 puerom (v *superscr.*) *B* 99 fructui B^1 *corr. m. 2* 100 quō *B* quomodo *P* quoniam *Barth cf. proleg. p. 284* 103 culpatore nouando *P* 104 debeo grates B^2 *in ras.* 105 *fort.* maiorem *cf. 111* cognosc* (o *superscr.*) (e *eras.*) B^1 106 incautos (v *superscr.*) (v *a m. 2*) *B* incautos *P* quicquid *ex* quidquid *B* 109 actiua *P*

et si ulla umquam potui peccata cauere,
quae mihi maiorem parerent commissa reatum,
hoc quoque me indeptum diuino munere noui.
  Sed redeo ad seriem decursaque illius aeui
tempora, quo studiis intentus litteraturae
ultro libens aliquem iam me mihi ipse uidebar
uotiuum inpensi operis sentire profectum,
Argolico pariter Latioque instante magistro,
cepissemque etiam forsan fructum quoque dignum,
ni subito incumbens quartana acerba meorum
conatus placitos studiorum destituisset
uix impleta aeui quinta trieteride nostri.
consternata autem pro me pietate parentum,
quippe quibus potior uisa est curatio nostri
corporis inualidi quam doctae instructio linguae,
primitus hoc medicis suadentibus, ut mihi iugis
laetitia atque animo grata omnia prospicerentur;
quae pater in tantum studuit per se ipse parare,
deposito ut nuper uenandi attentius usu —
causa equidem sola studiorum quippe meorum,
neue his officeret, sibi me ad sua ludicra iungens,
neu sine me placitis umquam solus frueretur —
me propter rursus cura maiore resumens
eiusdem ludi cuncta instrumenta nouaret,
ex quibus optatam possem captare salutem.

113] Auson. Praef. II, 13 set redeo ad seriem. 116] Uerg. Aen. XI, 228 tantorum inpensis operum. 118] Uerg. Aen. V, 232 sq. et fors aequatis cepissent praemia rostris, ni palmas ponto tendens utrasque Cloanthus fudissetque preces. 131] Uerg. Ecl. X, 48 me sine sola uides.

110 ullam *B* *m. 3 in mg.* in te um 112 dinino *P* 113 decursa quae *B* 115 mihi iam mecum *Barth* *fort.* iamiam mihi *cf. proleg. p. 277 n.* 116 B^3 *in mg.* sis 117 latio quae *BP* 118 cepissemque] ss *in ras.* B^2 forsan* (n *ex* m) *B* 120 placidos *P* 122 *cf. proleg. p. 277 n.* 126 prosp$\overset{ce}{\text{i}}$rentur ($\overset{ce}{\text{i}}$ *ex* e) B^1 130 neue hi sufficer& *B* *m. 3 in mg.* his offi ne ue hi sufficeret *P* neue mihi officeret *Barth* ne mihi o. *Leipziger* 133 ludi** (ci *eras.*) *B* 134 posse B^1 ē *m. 2*

quae protracta diu longi per tempora morbi
inuexere mihi iugem iam deinde legendi
desidiam, officeret durans quae postea sano
succedente nouo mundi fallacis amore
et tenero nimium affectu cedente parentum,
sufficeret quibus ex nostra gaudere salute.
qua ratione auctus noster quoque creuit et error,
firmatus facile ad iuuenalia uota sequenda,
ut mihi pulcher equus falerisque ornatior esset,
strator procerus, uelox canis et speciosus
accipiter, Romana et nuper ab urbe petita
aurata instrueret nostrum sphera concita ludum,
cultior utque mihi uestis foret et noua saepe
quaeque Arabi muris leni fragraret odore.
nec minus et uegetus ueloci currere uectus
semper equo gaudens quotiens euasero casus
abruptos, recolens — Christi me munere fas est
credere seruatum, quod tum nescisse dolendum est,
scilicet inlecebris urgentibus undique mundi.
quas inter fluitans interque et uota parentum,
iugiter in nostram tendentia posteritatem,
iam prope sero calens aeui pro tempore nostri
in noua prorupi iuuenalis gaudia luxus,
quae facile ante puer rebar me posse cauere.
attamen in quantum lasciua licentia cauto
stricta coherceri potuit moderamine freni,
congererem grauiora meis ne crimina culpis,

143] Uerg. Aen. V, 310 equum phaleris insignem cf. Sedul. IIII, 295. 150] Uerg. Aen. X, 316 casus euadere ferri, IX, 99 quaecumque euaserit undis. 160] Prud. praef. 29 sq. legum moderamine frenos nobilium reximus urbium.

137 duransque *P* 139 e *BP* et *scripsi* caedente *BP* 142 firmatus *Barth* firmatur *BP* *B*[3] *in mg.* tus 148 fragraret (l *a m. 2 del. m. 3*) *B* flagraret *P* 149 *sq.* n. m. ut u. u. c. suetus — quoties euadere casus a. recolam *Barth* *cf. proleg. p. 277 n.* 154 fluctans *P* 157 prorupi∗ (t? *eras.*) *B* 160 stircta *B m. 3 mg.* stricta coerceri *P*

hac mea castigans lege incentiua repressi,
inuitam ne quando ullam iurisue alieni
adpeterem carumque memor seruare pudorem
cedere et ingenuis oblatis sponte cauerem,
contentus domus inlecebris famulantibus uti,
quippe reus culpae potius quam criminis esse
praeponens famaeque timens incurrere damna.
sed neque hoc etiam mea inter gesta silebo,
unum me nosse ex me illo in tempore natum,
uisum autem neque illum tum, quia est cito functus,
nec quemquam, fuerit spurius post qui meus, umquan
cum mihi lasciuae inlecebris sociata iuuentae
libertas grauius quisset dominando nocere,
ni tibi, Christe, mei iam tunc quoque cura fuisset.
Talis uita mihi a ter senis circiter annis
usque duo durans impleta decennia mansit,
donec me inuitum, fateor, pia cura parentum
cogeret inuectum blanda suetudine ritum
deserere atque nouum conpelleret esse maritum
coniugis, antiquo potius cuius domus esset
nomine magnifica, quam quae possessa placere
ad praesens posset nimiis obnoxia curis,
dudum desidia domini neclecta senili,
parua cui neptis functo genitore superstes
successit, taedisque meis quae postea cessit.
sed semel inpositum statuens tolerare laborem
suffragante animi studiis feruore iuuentae,
uix paucis domus indeptae exercere diebus

175] Paulin. Nol. X, 119 si tibi cura mei reditus. 178] cf. S
179] Auson. Protr. 16 placita suetudine uultus.

162 haec *P* 165 ingeniis *B*[1] u$_i$s *m. 2 eadem in mg.* m$_i$sc
169 &iam ea *B*[1] iā *m. 2* 170 nouisse *P cf. 66. 442. 445. 4*
172 mes *P* 174 quisset *Barth* quissent *BP* 176 ater *B*[1] *co*
m. 2 180 compelleret *B* 182 quamq; *B* placere *Daum* plac
ret *BP* 183 nimiis] munus *P* 184 neclecta *B*[1] c$_1$ *in* g *corr. m.*
nec lecta *P*

gaudia contentus, malesuada otia curis
mutare insolitis cito meque meosque coegi,
quos potui, exemplo proprii inuitando laboris,
quosdam autem inuitos domini adstringendo rigore.
atque ita suscepti status actibus inpiger instans
protinus et culturam agris adhibere refectis
et fessis celerem properaui inpendere curam
uinetis conperta mihi ratione nouandis
et, quod praecipue plerisque uidetur amarum,
ultro libens primus fiscalia debita certo
tempore persoluens propere mihi fida paraui
otia, priuatae post inpendenda quieti.
quae et mihi cara nimis semper fuit ingenioque
congrua prima meo mediocria desideranti,
proxima deliciis et ab ambitione remota,
ut mihi compta domus spatiosis aedibus esset
et diuersa anni per tempora iugiter apta,
mensa opulenta nitens, plures iuuenesque ministri
inque usus uarios grata et numerosa supellex
argentumque magis pretio quam pondere praestans
et diuersae artis cito iussa explere periti
artifices stabula et iumentis plena refectis,
tunc et carpentis euectio tuta decoris —
nec tamen his ipsis attentior amplificandis,
quam conseruandis studiosior et neque census
augendi cupidus nimis aut ambitor honorum,
sed potius, fateor, sectator deliciarum,

190] Auson. Epist. XXV, 7 malesuadae credula causis. 196] Uerg. Georg. II, 433 inpendere curam. 205 sqq.] Paulin. Nol. IIII, 15 sq. adsit laeta domus — nitidusque minister. 207] Uerg. Georg. III, 118 iuuenemque magistri, Aen. I, 705 pares aetate ministri. 208] Uerg. Georg. I, 133 ut uarias usus.

190 malasuada (e superscr.) *B* malasuada *P* 193 quasdam (o *add. m. 3*) *B* inuictos *P* 194 ita B^2 *in lac.* 197 uinctis *BP* uinetis B^3 *in mg.* *Barth* 202 qua & *B* 209 prestans *B* 210 diuersę *B* diuersa *P* 211 refectis *BP* refertis *dl* 213 *cf. proleg. p. 277 n.* 214 causas *P* *cf. proleg. p. 284*

si qua tamen minimo pretio expensaque parari
et saluo famae possent constare decore,
ne nota luxuriae studium macularet honestum.
quae mihi cuncta tamen grata acceptaque fruenti
cara magis pietas superabat magna parentum,
obstringens sibi me nexu dominantis amoris,
maiore ut parte anni ipsis praesentia nostra
seruiret, paribus perdurans consona uotis
communemque parans per mutua gaudia fructum.
   Cuius uitae utinam nobis prolixior usus
concessus largo mansisset munere Christi,
persistente simul priscae quoque tempore pacis!
multimodis quisset nostrae prodesse iuuentae
consulti patris adsidua conlatio uerbi
exemplisque bonis studiorum instructio crescens.
sed transacta aeui post trina decennia nostri
successit duplicis non felix cura laboris,
publica quippe simul clade in commune dolenda
hostibus infusis Romani in uiscera regni
priuata cum sorte patris de funere functi:
ultima namque eius finitae tempora uitae
temporibus ruptae pacis prope iuncta fuere.
at mihi damna domus populantem inlata per hostem,
per se magna licet, multo leuiora fuere
defuncti patris inmodico conlata dolori,
per quem cara mihi et patria et domus ipsa fiebat:
tamque etenim fido tradentes mutua nobis
officia affectu conserto uiximus aeuo,

221] Uerg. Aen. V, 724 care magis. 226 sq.] Uerg. Aen. III, 6 mansissetque utinam fortuna! 227] Paulin. Nol. XXVII, 44. 176 XX 210 munere Christi. 230] Sedul. ep. ad Maced. 11, 6 (Huemer): quo dam conlationibus adsiduae disputationis ad meliora uexisti. 233] Auso Pyth. 25 perdidit Hippolytum non felix cura pudoris.

217 pra&io B^1 *corr. m. 2* 219 luxorię *B* luxuries *P* luxuriei *Bar* luxurie *Leipziger* 220 accepta (q; *add. m. 2*) *B* 227 larga *B* 228 p sistente *B* 238 rupte B^1 ę *m. 2* rupta *P* 239 hoste B^1 ẽ *m.* 242 uigebat *Barth*

uinceret aequaeuos nostra ut concordia amicos.
hoc igitur mihi subtracto inter prima iuuentae
tempora tam caro socio et monitore fideli
ilico me indocilis fratris discordia acerba
excepit, ualidum genitoris testamentum
soluere conantis specialia commoda matris
inpugnandi animo, cuius mihi cura tuendae
hoc quoque maior erat, quo iustior, et pietatis
non minor affectus studium firmabat honestum.
insuper aduersis me pluribus exagitandum
laeua facultatum prorumpens fama mearum
exposuit blandas inter uanae ambitionis
inlecebras grauibus coniuncta et damna periclis.
quae meminisse licet pigeat transactaque dudum
obliuione sua malim sopita silere,
inuitant aduersa tamen per nostra tuorum
cognita donorum solacia, Christe, bonorum
emensis indepta malis tua munera fando
prodere et in lucem proferre recondita corde.
namque et quanta mihi per te conlata potentum
gratia praestiterit, facile experiendo probaui,
saepe prius claro procerum conlatus honori
ignorans, proprio quam praeditus ipse potirer,
quantum et econtra ui inpugnante maligna
ipsa patronorum mihi ambitiosa meorum
obfuerint studia et nostri euidenter honores.
ac mihi ante omnes specialiter, altera cuius
pars orientis erat patria, in qua scilicet ortus

251 sq.] Uerg. Georg. III, 305 sq. haec quoque non cura nobis leuiore tuenda nec minor usus erit, Ouid. Met. XI, 297 pacis mihi cura tuendae. 266] cf. Auson. Genethl. 24. 271] Uerg. Aen. V, 540 et primum ante omnis, XI, 416 ille mihi ante alios.

245 aequeuos *B* aeque uos *P* 255 lena *Bd* laeua *P* 256 blanda sinter (er *a m. 2*) *B corr. m. 2* 259 mallim *BP* 266 sepe *B* 270 et *ed. Pisaur. Haase* ex *BP* honoris *BP* honores *scripsi* 271 ac (c *ex* e *m. 2 in ras.*) *B* at *Barth* 272 ostrus *P*

possessorque etiam non ultimus esse uidebar,
iniecere manum mala, sed mihi debita dudum,
quod me et inuitum protracto errore tenerent
agminis ipsa mei primum molitio pigra,
dissona et interdum carorum uota meorum,
saepius et propriis certans mens obuia uotis,
ambigui euentus quotiens formido recurrens
tardabat coeptos sorte obsistente paratus,
allicerent et contra animum suetudo quietis,
otia nota, domus specialia commoda plura,
omnibus heu! nimium blandis magnisque refertae
deliciis cunctisque bonis in tempore duro,
hospite tunc etiam Gothico quae sola careret;
quod post euentu cessit non sero sinistro,
nullo ut quippe domum speciali iure tuente
cederet in praedam populo permissa abeunti:
nam quosdam scimus summa humanitate Gothorum
hospitibus studuisse suis prodesse tuendis.
  Sed mihi ad sortem praefatae condicionis
addita maioris noua est quoque causa laboris,
ut me, conquirens solacia uana, tyrannus
Attalus absentem casso oneraret honoris
nomine, priuatae comitiuam largitionis
dans mihi, quam sciret nullo subsistere censu
iamque suo ipse etiam desisset fidere regno,
solis quippe Gothis fretus male iam sibi notis,

274] Uerg. Aen. X, 419 iniecere manum parcae, cf. Iuuenc. IIII, 522. Iuuenc. IIII, 269 iamdudum debita sumant. 278 sq.] Auson. Pyth. 35 dissidet ambiguis semper mens obuia uotis. 285] Uerg. Aen. V, 651 sq. tali quod sola careret munere. 297] Uerg. Aen. V, 800 fidere regnis, III, 51 cum iam diffideret armis.

275 quae *BP* quod *scripsi* et] etiam *Barth* 278 mens] ens B^2 *in ras. ex* m̄s 280 coeptos (o_2 *ex* u) *B* ceptas *P* certos *dl* 283 referta *BP* refertae *scripsi* 284 delictis B^1 *corr. m. 2* 287 tuento *P* 288 predam *B* 291 praefate (ę *m. 2*) conditionis *B* 297 cumque *Haase* dedisset *P* 298 ghotis *B*

quos ad praesidium uitae praesentis habere.
non etiam imperii poterat, per se nihil ipse
aut opibus propriis aut ullo milite nixus.
unde ego non partes infirmi omnino tyranni,
sed Gothicam fateor pacem me esse secutum,
quae tunc ipsorum consensu optata Gothorum
paulo post aliis cessit mercede redempta
nec penitenda manet, cum iam in re publica nostra
cernamus plures Gothico florere fauore,
tristia quaeque tamen perpessis antea multis,
pars ego magna fui quorum, priuatus et ipse
cunctis quippe bonis propriis patriaeque superstes.
namque profecturi regis praecepto Atiulfi
nostra ex urbe Gothi, fuerant qui in pace recepti,
non aliter nobis quam belli iure subactis
aspera quaeque omni urbe inrogauere cremata:
in qua me inuentum comitem tum principis eius,
imperio cuius sociatos non sibi norant,
nudauere bonis simul omnibus et genetricem
iuxta meam mecum, communi sorte subactos,
uno hoc se nobis credentes parcere captis,
quod nos inmunes poena paterentur abire.
cunctarumque tamen comitum simul et famularum,
euentum fuerant nostrum quaecumque secutae,
inlaeso penitus nullo adtemptante pudore,
me grauiore tamen releuato suspicione
munere diuino, iuges cui debeo grates,

309] Uerg. Aen. II, 6 et quorum pars magna fui. 310] Hor. Carm. saec. 42 patriae superstes. 322] Uerg. Aen. XI, 758 euentumque secuti. 323] Sedul. Hymn. I, 53 nullo temerante pudorem.

299 sq. *fort.* haberet — imperii, poterat per 305 alus *B*¹ *corr. m. 2* alii – redemptae *Barth fort. recte* 306 paenitenda *B* poenitenda *P* *cf. proleg. p. 286 n.* 308 tristitia *B*¹ *corr. m. 2* 309 ipse* (s *eras.*) *B* 311 P *in mg.* Atiulfus rex Gothorum 312 gothi *B*² *in lac.* 314 om̄s *B* 315 quam *P* 316 nos sibi *Barth* 318 *fort.* subactam 323 paenitus *B*¹ *corr. m. 2*

filia ut ante mea per me sociata marito
excedens patria communi clade careret.
Nec postrema tamen tolerati meta laboris
ista fuit nostri, quem diximus: ilico namque
exactos laribus patriis tectisque crematis
obsidio hostilis uicina excepit in urbe
Uasatis, patria maiorum et ipsa meorum,
et grauior multo circumfusa hostilitate
factio seruilis paucorum mixta furori
insano iuuenum * * licet ingenuorum,
armata in caedem specialem nobilitatis.
quam tu, iuste deus, insonti a sanguine auertens
ilico paucorum sedasti morte reorum
instantemque mihi specialem percussorem
me ignorante alio iussisti ultore perire,
suetus quippe nouis tibi me obstringere donis,
pro quis me scirem grates debere perennes.
sed mihi tam subiti concusso sorte pericli,
quo me intra urbem percelli posse uiderem,
subrepsit, fateor, nimium trepido nouus error,
ut me praesidio regis dudum mihi cari,
cuius nos populus longa obsidione premebat,
urbe ab obsessa sperarem abscedere posse
agmine carorum magno comitante meorum,
hac tamen hos nostros spe sollicitante paratus,
quod scirem imperio gentis cogente Gothorum
inuitum regem populis incumbere nostris.

328] Auson. Lab. Herc. 12 Cerberus extremi suprema est meta laboris. 332] Auson. Epiced. 4 Uasates patria, cf. praef. II, 5. 343] Paulin. Nol. XXII, 105 sorte pericli. 347] Uerg. Aen. VIII, 647 ingentique urbem obsidione premebat.

329 *fort.* quam *cf. tamen 292* 330 exacto *BP* exactos *scripsi* la**ribus (bo *eras.*) *B* 334 nixa furore *Barth* 335 natu *excidisse coni. Haase, malim* nequam *cf. proleg. p. 278* 337 insontia B^1 *distinx. m. 2* uertens *Barth* 338 morter eorum *B corr. m. 2* 342 queis *P* 344 mihintra B^1 *corr. m. 2* 346 ut *Barth* consilii ut *BP* consilio ut *Leipziger* consilio *lect. margin. pro* praesidio *putat Schenkl, cf. proleg. p. 278*

explorandi igitur studio digressus ab urbe
ad regem intrepidus nullo obsistente tetendi,
laetior ante tamen, primo quam affarer amicum
alloquio, gratumque magis fore quem mihi rebar.
perscrutato autem, ut potui, interius uiri uoto
praesidium se posse mihi praestare negauit
extra urbem posito, nec tutum iam sibi prodens,
ut uisum remeare aliter pateretur ad urbem,
ipse nisi mecum mox susciperetur in urbe,
gnarus quippe Gothos rursum mihi dira minari
seque ab ipsorum cupiens absoluere iure.
obstipui, fateor, pauefactus condicione
proposita et nimio indicti terrore pericli,
sed miserante deo, adflictis qui semper ubique
imploratus adest, paulo post mente resumpta
ipse licet trepidus, sed adhuc nutantis amici
consilium audacter studui pro me ipse fouere,
ardua dissuadens, quae scirem omnino neganda,
praestanda quae autem, quam mox temptanda perurgens.
quae non sero probans uir prudens ipse secutus,
ilico consultis per se primatibus urbis
rem coeptam adcelerans una sub nocte peregit
auxiliante deo, cuius iam munus habebat,
quo nobis populoque suo succurrere posset.
concurrit pariter cunctis ab sedibus omnis
turba Alanarum armatis sociata maritis.
prima uxor regis Romanis traditur obses,
adiuncto pariter regis caro quoque nato,

355] Uerg. Aen. VIII, 126 tum regem Aeneas dictis adfatur amicis, IX, 198 adfatur amicum. 366] Paulin. Nol. X, 123 qui — totus ubique. 367] cf. Ps. 145, 18. 374] Uerg. Aen. X, 497 una sub nocte iugali.

355 prima (a *ex* o) B^1 prima quam afforet *P* 357 mihi noto *Barth fort.* uota 360 uisum] rursum *Barth* 362 gnarus *Daum* guaros *BP* 363 B^3 *in mg.* quoqȝ 366 aflictis *P* 371 praestandaque aũt *B* praestanda et prius *P* praestanda quae *scripsi cf. proleg. p. 284* per urgens *P* 377 cunctis *om.* B^1 *suprascr. m. 2* 378 halanarum *B*

reddor et ipse meis pactae inter foedera pacis,
communi tamquam Gothico saluatus ab hoste,
uallanturque urbis pomeria milite Alano,
acceptaque dataque fide certare parato
pro nobis, nuper quos ipse obsederat hostis.
mira urbis facies, cuius magna undique muros
turba indiscreti sexus circumdat inermis
subiecta exterius; muris haerentia nostris
agmina barbarica plaustris uallantur et armis.
qua se truncatam parte agminis haut mediocris
circumiecta uidens populantum turba Gothorum,
ilico diffidens tuto se posse morari
hoste intestino subito in sua uiscera uerso,
nil temptare ausa ulterius properanter abire
sponte sua legit. cuius non sero secuti
exemplum et nostri, quos diximus, auxiliares
discessere, fidem pacis seruare parati
Romanis, quoquo ipsos sors oblata tulisset.
atque ita res * * temere a me coepta benigno
auxilio domini euentu est expleta secundo,
erroremque meum deus in noua gaudia uertit
multorum pariter mecum obsidione leuata,
adcrescunt quae cuncta mihi simul ad referendas,
Christe, tibi grates, quas inpos soluere uerbis
parte rependo aliqua, semper debere professus.

383] Uerg. Aen. XI, 915 considunt castris ante urbem et moenia uallant. 384] Uerg. Aen. VIII, 150 accipe daque fidem, V, 108 pars et certare parati. 385] Uerg. Aen. XI, 304 muros adsidet hostis. 393] Uerg. Aen. VI, 833 in uiscera uertite uires, Paulin. Nol. XI, 5 iacis in mea uiscera uersus. 402] Uerg. Aen. X, 25 sq. numquamne leuari obsidione sines.

381 pactę *B* pactae *P* partae *dl* 383 halano *B* 384 accepta (q; *superscr.*) *B* q; *add. m. 2* certa reparato *BP corr. Barth* 385 obsiderat *B* 388 adhaerentia B^1 *corr. m. 2* 390 ·aut (h *superscr.*) *B* *fort.* mediocri 393 sumbito B^1 *corr. m. 2 et in mg. ascr.* ł abrupte 394 *ausa (c *eras.*) *B* 395 B^2 *in mg.* /· statuit 399 B^3 *lac. post uocabulum* res *indicauit signo* ″ *in mg. iterato, fort. recte cf. proleg. p. 278* suscepta *Barth* 404 inposso luere *B*

Sit tamen ista satis super his me esse profatum,
inter barbaricas longo quae tempore gentes
expositus gessi. quorum mihi plurima saepe
aduersa experto rursum suasere moranti
linquendas patriae sedes quantocius esse —
quod fecisse prius fuerat magis utile nobis —
illa ut contento peteremus litora cursu,
pars ubi magna mihi etiamnunc salua manebat
materni census, conplures sparsa per urbes
Argiuas atque Epiri ueterisque nouaeque,
per quas non minima numerosis farta colonis
praedia diffusa nec multum dissociata
quamuis profusis dominis nimiumque remissis
praebere expensas potuissent exuberantes.
sed nec sero mea est prouentus uota secutus,
ut uel migrare exoptata hinc ad loca possem,
uel mihi pars aliqua ex rebus superesset auitis
inter barbaricas hostili iure rapinas
Romanumque nefas, contra omnia iura licenter
in mea grassatum diuerso tempore damna;
a quo se exuere admisso nec nomina possunt
cara mihi, maior nostri est quae causa doloris,
cum mihi damna rei damnis cumulentur amoris,
quem scio me fidum primis debere propinquis,
quamlibet offensum, nec fas non reddere duco.
sed bene si sapio, gratanda haec nunc mihi sors est,
quae tibi conplacuit, multo potiora parante

406] Uerg. Ecl. VIIII, 55 sed tamen ista satis. 412] Uerg. Aen. II, 399 sq. litora cursu fida petunt. 422] Uerg. Georg. III, 228 regnis excessit auitis. 431] cf. Paulin. Nol. X, 108. 147.

406 sit *Haase* sint *BP* 410 quantotius *B* 415 nouique *BP* nouaeque *scripsi* 417 nec] et non *P* 420 prouentus uota secutus (prouentus uo *in ras. m. 2*) *B* 421 hinc *om. B*[1] *suprascr. m. 2* 425 tempora (e *suprascr.*) *B* 428 *om. B*[1] *m. 2 coepit addere in mg.* cū mihi d, *deinde ascr. in capite paginae* ∗amoris *ex* honoris *in ras. B*[2] 431 gratanda *dl* gratulanda *B* gratuanda *P* hec *B* 432 qu&ibi *B* parante *Haase* paranti *BP*

iam te, Christe, mihi, quam cum securior ipse
placatum rebar nostris adsistere uotis,
cum mihi laeta domus magnis floreret abundans
deliciis, nec pompa minor polleret honoris
instructa obsequiis et turbis fulta clientum.
quae peritura cito illo me in tempore amasse
nunc piget et tandem sensu meliore senescens
utiliter subtracta mihi cognosco fuisse,
amissis opibus terrenis atque caducis
perpetuo potius mansura ut quaerere nossem —
sero quidem, sed nil umquam, deus, est tibi serum,
qui sine fine manens miserandi ponere finem
nescis et ignaris solus succurrere nosti
praeueniendo prior multorum uota precantum
et supra, quam petimus, bona nobis prospiciendo
ambiguisque etiam, quid pro se quisque precetur,
plura petita negas, magis apta his dare paratus,
qui sapiunt tua dona suis praeponere uotis.
namque et me moresque meos quanto prior ipso
me melius nosses, in me prodendo probasti,
quem maiora meis audentem uiribus ante
prospiciens melius per te mihi consuluisti
conatus inhibendo meos nimis alta petentes,
auderem ut monachi perfecto uiuere ritu,
cum mihi plena domus caris affectibus esset,
qui sibi seruari consuetam indicere curam
posse uiderentur, filii, mater, socrus, uxor

435] Paulin. Nol. IIII, 15 adsit laeta domus. 439] Paulin. Nol. VI, 263 paenitet et tandem sensu meliore uolutat. 444] Sedul. C. P. II, 66 imperium sine fine manet, cf. Uerg. Aen. I, 279. 445] Uerg. Aen. I, 630 non ignara mali miseris succurrere. 447] Paul. ad Ephes. 3, 20 qui potens est omnia facere superabundanter, quam petimus. 453] Uerg. Aen. X, 811 maioraque uiribus audes. 457] cf. Paulin. Nol. X, 108.

433 in te *Barth* 437 in structa *B* 441 amisis *B* 442 quaere *B* 443 nilum quamdš B^1 *corr. m. 2* 445 nostri *B* 448 praecetur B^1 *corr. m. 2* 449 dare *B* dona *P* 451 et memores quemeos B^1 *distinxit m. 2* etiam memores quam illos *P cf. proleg. p. 284* ipso *Barth* ipse *BP* 453 maioram eis *P* 458 qui *Haase* quae *BP*

cum grege non minimo famularum quippe suarum,
quem totum pariter peregrinae exponere terrae
nec ratio aut pietas mens aut religiosa sinebat.
sed tua magna manus diuina et prouida uirtus
consilio sanctorum cuncta operando peregit,
suadentum mihi tum morem seruare uetustum,
quem semel inuectum maiorum traditione
nunc etiam seruans ecclesia nostra teneret;
confessusque igitur, penitenda quae mihi noram,
proposita studui constrictus uiuere lege,
non digno fortasse pians commissa labore,
sed rectam seruare fidem non inscius ipse,
errorum discendo uias per dogmata praua,
quae reprobans sociata aliis nunc respuo culpis.
post autem, exacta iam ter trieteride quinta,
rite recurrente statuto tempore pascha
ad tua, Christe Deus, altaria sacra reuersus
te miserante tua gaudens sacramenta recepi
ante hos ter decies super et bis quattuor annos —
saluo tunc etiam propriae domus ordine, nuper
qui fuerat, linqui et quam iam non posse probarem
nec retinere tamen peregrino iugiter esset
possibile adstricto iam censu; quominus autem

461] Uerg. Aen. V, 795 ignotae linquere terrae. 471 sq.] Prud. Apoth. praef. 2 rectamne seruamus fidem 3 dogmata 5 uiam discernere 8 erroribus. 475] Uerg. Aen. IX, 107 tempora parcae. 478] Auson. Hesiod. 1 ter binos deciesque nouem super exit in annos.

460 cum mihi *(ex v. 457)* grege B^1 *m. 2 del.* mihi famularūq; B^1 q[uippe] *m. 2* 461 peregrine — t̄re B^1 ę—ę *m. 2* 462 relligiosa (l_2 *del. m 2*) sinebas *B* 464 operanda *P fort. recte* 465 tum *BP* tunc *dl* 467 eclesia *B* 468 .·. aquę [paenitent] mihi noram *B om. P* penitenda *scripsi cf. proleg. p. 281* 470 labore (a *ex* u? *m. 3*) *B* 474 tetreteride (t_2 *ex* r) *B* trie — teride *P* ter trieteride *Tillemont hist. des emp. V, 1450 cf. proleg. p. 277* 478 bis *Barth* his *BP* hos *Leipziger, Ebert cf. proleg. p. 276* 479 proprie *B* 480 probarem *Leipziger* probare *BP* probaui *Barth* 482 adstrincto *P*

rem propriam expeterem, cuius meritumque situmque
anteriore loco iam me exposuisse recordor,
obstabat flecti ad communia commoda coniunx
indocilis nimioque metu nauigare recusans,
quam nec inuitam trahere usquam fas mihi rebar
parque nefas esset subtractis linquere natis.
  Atque ita frustratus spe iam meliore quietis
in rebus propriis post plura aduersa fruendae
perpetuum exilium diuersa sorte dierum
exigo, iam dudum cunctis affectibus expers,
primo socru ac matre, dehinc et coniuge functa,
quae mihi cum fuerit rectis contraria uotis
officiente metu, fuit et defuncta dolori,
tum subtracta, meae potuisset cum magis esse
apta senectuti iunctae ad solamina uitae;
quae mihi iam derant natis abeuntibus a me,
non equidem paribus studiis nec tempore eodem,
succensis pariter sed libertatis amore,
quam sibi maiorem contingere posse putabant
Burdigalae, Gothico quamquam consorte colono.
quod licet inuito me illos uoluisse dolerem,
sic conpensandum tamen hoc ipsum mihi rebar,
commoda ut absentis praesentum cura iuuaret,
fructus quippe rei nostrae, quicumque fuissent,
sponte sua mecum paulatim participando.
sed cito praereptus iuuenis iam presbyter unus
morte repentina luctum mihi liquit acerbum,
summa autem rerum, tenuit quascumque, mearum

483] Auson. Or. 4 cuius formamque modumque. 494] Paulin. Nol. X, 126 contraria uotis. 506] Auson. Praef. II, 3 quicumque fuisses.

485 coniux *BP* 486 nimio quem& una uigare *B* nimio quae — recursans *P* 487 *ne (*ex* me) B^2 iam uitam *P* 488 B^2 *in lac.* linquere natis *Barth* inque penatis *BP* linquere nat B^3 *in mg.* 493 primo *Barth* prima *BP* socru B^1 ū *m. 2* 494 eum *B* 495 doloris *B* 497 *fort.* iuncta 498 deerant *P* 501 maioreme *B* 508 inuenis *P* praesbit̄ *B* praesbyter *P* 509 liquida cerbum *B*

tota erepta mihi multis fuit una rapina.
insuper ipse etiam, uelut ad solacia nostra
qui superest, actu simul euentuque sinistro
inter amicitias uersatus regis et iras
destituit prope cuncta pari mea commoda sorte.
  Atque ita subtracta spe omni solaciorum,
quae mihi per nostros rebar contingere posse,
cunctaque sero probans a te magis esse petenda,
quae cupimus, deus alme, subest cui summa potestas,
Massiliae demum pauper consistere legi,
urbe quidem in qua plures sancti essent mihi cari,
parua autem census substantia familiaris
nec spes magna nouis subitura ex fructibus esset,
non ager instructus propriis cultoribus ullus,
non uineta — quibus solis urbs utitur ipsa
omne ad praesidium uitae aliunde parandum —
sed tantum domus urbana uicinus et hortus
atque ad perfugium secreti paruus agellus,
non sine uite quidem uel pomis, sed sine terra
digna coli; uerum exigui iactura laboris
suasit et in uacuum culturae inpendere curam
uix plena exesi per iugera quattuor agri
et fundare domum summa in crepidine saxi,
ne quid de spatio terrae minuisse uiderer.
porro autem expensas, uitae quas posceret usus,
conductis studui ex agris sperare paratas,
donec plena magis seruis mansit domus et dum

512] Uerg. Aen. VIII, 514 spes et solacia nostri. 514] Uerg. Aen. I, 130 Iunonis et irae, Hor. Epist. I, 4, 12 timores inter et iras. 519] Paulin. Nol. IIII, 1 cui summa potestas, cf. Uerg. Aen. X, 100. 520] Uerg. Aen. I, 629 hac demum uoluit consistere terra. 535] Hilar. Hymn. I, 22 uitae quos usus exigit. 537 sq.] Uerg. Aen. V, 415 dum melior uiris sanguis dabat aemula necdum . ., cf. Georg. III, 428.

511 erepta *Haase* arrepta *BP* 514 interest *B*[1] est *del. m. 2* 523 esses *BP* 525 urbis *B*[1] *corr. m. 2* 526 at *Barth* 528 secr&i pẹṛparuus *B* s. perparuus *P cf. proleg. p. 278* senii perparuus *Daum* 529 uitẹ *B* 536 conductis *dl* conductus *BP* *fort.* parandas 537 domus *om. B*[1] *suprascr. m. 2*

maiores melior uires mihi praebuit aetas.
at postquam in peius pariter mutauit utraque
condicio instabilis semper generaliter aeui,
paulatim, fateor, curis euictus et annis
exul inops caelebs, * * facile in noua uersus
consilia et uaria multum ratione uacillans,
Burdigalam reuocare gradum conducere duxi;
nec tamen effectus nostra est incepta secutus,
utilitas cum uota sibi coniuncta iuuaret.
quod mihi firmandae fidei, quantum puto, causa
a te prouisum fas est me credere, Christe,
ut, praestare mihi quantum tua gratia posset,
prolixo paulatim usu experiendo probarem,
plurima subtracto cum per dispendia censu
perdurare mihi speciem domus et renouatas
saepius expensas te prospiciente uiderem.
pro qua sorte quidem uitae scio me tibi grates
inmodicas debere, deus, pro me tamen ipse
nescio, si saluo possim gaudere pudore —
siue quod ipse adhuc propriae specie domus utens,
seu quod diuitibus contentus cedere natis
omnia, quae possunt etiamnunc nostra uideri,
expensis patior me sustentari alienis —
ni mihi nostra fides, quae nil proprium docet esse,
subueniat, tam tuto aliena ut nostra putemus,
quam nos nostra aliis debemus participanda.

Nec tamen hoc ipso uitae me in ordine passus
ambiguum nutare diu, uelociter ultro

540] Uerg. Aen. XI, 425 mutabilis aeui. 541] Uerg. Aen. II, 630 uolneribus donec paulatim euicta. 542 sq.] Uerg. Aen. I, 657 sq. noua pectore uersat consilia, cf. Paulin. Nol. X, 150. 544] Uerg. Aen. VI, 128 sed reuocare gradum. 548] Iuuenc. IIII, 554 si fas te credere Christum. 561] cf. Acta apost. 4, 32. 563] cf. Acta apost. 2, 45.

541 est uictus *BP* euictus *scripsi* 542 celeps *B* celebs *P* caelebsque senex *Barth* semper *excidisse puto cf. proleg. p. 278* 549 posses *B* 555 m&amen *B* 558 *fort.* notis 560 substentari *P* 563 nos *om.* *B*[1] *suprascr. m. 2* participando *Haase* 564 *cf. proleg. p. 276*

solari es dignate, deus, nostramque senectam
inualidam uariis diuerso tempore morbis
iugiter adsuetus blandis palpare medellis,
nunc quoque sic ipsi iuuenascere posse dedisti,
ut, cum iam penitus fructus de rebus auitis
sperare ulterius nullos me posse probasses,
cunctaque ipsa etiam, quae iam tenuatus habere
Massiliae potui, amissa iam proprietate
conscripta adstrictus sub condicione tenerem,
emptorem mihi ignotum de gente Gothorum
excires, nostri quondam qui iuris agellum
mercari cupiens pretium transmitteret ultro,
haut equidem iustum, uerum tamen accipienti
uotiuum, fateor, possem quo scilicet una
et ueteres lapsi census fulcire ruinas
et uitare noua cari mihi damna pudoris.

Quo me donatum praestanti munere gaudens
ecce nouas, deus omnipotens, tibi debeo grates,
exuperent quae paene alias cumulentque priores,
quas contestatas tota haec mea pagina praesens
continet, et quamquam spatiis prolixior amplis
euagata diu claudi se iam prope poscat,
nostra tamen iugis deuotio ponere finem
nescit ad explenda tibi debita munia, Christe,
hoc unum ipse bonum statuens, hoc esse tenendum
conscius, hoc toto cupiens adquirere corde,
omnibus usque locis et tempore iugiter omni
te praefando loqui, te * meminisse silendo.
quocirca et totum tibi me, deus optime, debens

576 sq.] cf. Hor. Epist. I, 7, 81 sq. 580] Uerg. Georg. IIII, 249 ...eris lapsi sarcire ruinas. 582] Uerg. Aen. V, 361 hoc iuuenem egre...m praestanti munere donat.

566 Solarier (r_2 *ex* s) B^1 solarier *P* solari es *scripsi coll. Auson.* ...*of. VIIII, 2 XVIIII, 2* solari dignare *Leipziger* 569 iuue nascere *B* ... paenitus B^1 *corr. m. 2* 575 mihi ignotum *Haase* ignotum mihi *BP* ... possim *P* 581 uita renoua *P* 583 nouus *P* 584 pene *B* poenae *P* ...1 adquierere *P* 593 te te *Barth* et te *Haase* te et *malim*

cunctaque, quae mea sunt, opus hoc abs te, deus, orsus
nunc quoque concludens tibi desino teque precatus
saepius attente nunc multo inpensius oro,
ut, quia uita in hac, qua nunc ego dego, senili
ipsa morte magis plura ⟨haut⟩ agnosco timenda,
nec mihi, quid potius cupiam, discernere promptum est —
quamcumque in partem tua iam sententia uergit,
da, precor, intrepidam contra omnia tristia mentem
constantemque tuae uirtutis munere praesta,
ut, qui iam dudum placitis tibi uiuo dicatus
legibus et sponsam conor captare salutem,
nec uicina magis pro condicione senectae
tempora plus metuam mortis, cui subiacet omnis
aetas, ambiguae nec me discrimine uitae
suspectum exagitent uarii formidine casus,
uitari quos posse, deus, te praesule fido,
sed, quaecumque manet nostrum sors ultima finem,
mitiget hanc spes, Christe, tui conspectus et omnem
discutiat dubium fiducia certa pauorem,
me, uel in hoc proprio mortali corpore dum sum,
esse tuum, cuius sunt omnia, uel resolutum
corporis in quacumque tui me parte futurum.

595 sq.] Uerg. Ecl. VIII, 11 a te principium, tibi desino. 602] Auson. Or. 31 da pater inuictum contra omnia crimina mentem. 605] cf. Euang. Matth. 24, 13. 608] Sedul. IIII, 137 amissae passus discrimina uitae, V, 334 in ancipiti retinet discrimine uitam. 609] Auson. Protr. 28 nec — agitet formido Uerg. Aen. VIIII, 169 cf. 611] Uerg. Ecl. IIII, 53 o mihi tum longae maneat pars ultima uitae, Aen. VII, 128 haec nos suprema manebat. 614] Paulin. Nol. X, 151 sq. ut sim promeritus Christi fore, dum sum Ausonii. 614] Paul. ad Cor. II, 5, 6 dum sumus in corpore, cf. ad Rom. 14, 8 616] cf. Paul. ad Cor. I, 12, 27, ad Ephes. 5, 30.

598 qui a *P* qua] quam *Leipziger* 599 haut *inserui cf. proleg. p. 278* 600 prõtũ *B* 601 uergi *B* 602 praecor — tristiṭịa *B* 603 presta B 604 quae *P* quia *Barth* 606 conditione *B* 608 ambigue nec me discrimina uite *B*[1] ę — ę *m. 2* me nec discrimina *P* discrimine *scripsi* 612 omne *P* 613 paorem *P* 615 ess& uum *B* *distinx. m. 3.*

I. INDEX SCRIPTORUM

quos Paulinus uidetur imitatus esse (cf. proleg. p. 279 sq.).

II. INDEX NOMINUM ET RERUM.

III. INDEX REI METRICAE.

Nota *(a. c.)* adnotationem criticam inspiciendam esse significat.

IIII. INDEX UERBORUM ET ELOCUTIONUM.

ADDENDA.

Claudii Marii Uictoris, rhetoris Massiliensis, carmina in genuinam formam restituta e pagellis, quas Carolus Schenkl benignissime ad me miserat, denuo cognoscens in hos locos incidi, quos a Paulino imitatione expressos esse suspicor: Cl. Mar. Uict. prec. 16 quia totus semper ubique es (cf. II, 54) = Paul. 366. — prec. 80 per lubrica tempora uitae = Paul. 107. — prec. 89 cura maiore potitum restituis = Paul. 132. — (prec. 101 deus alme = Paul. 519. — prec. 105 puerilibus annis = Paul. 55.)

CLAUDII MARII UICTORIS

ORATORIS MASSILIENSIS ALETHIA.

RECENSUIT

ET COMMENTARIO CRITICO INSTRUXIT

CAROLUS SCHENKL.

ACCEDIT S. PAULINI EPIGRAMMA.

PROOEMIUM.

Claudii Marii Uictoris carmen primus edidit cum quibusdam Alcimi Auiti libris Ioannes Gagneius Lugduni a. MDXXXVI.[1]) qui quo modo rem suam gesserit, ipse exponit in praefatione, qua regem Franciscum adloquitur p. XIII: 'Lugdunum reuersus, quum in praelo uersaretur Alchimus, audiui in insula Barbarensi insignem esse librariam, nec fallax rumor. Profectus enim eo loci et in bibliothecam admissus supra uiginti insignioris monetae ac purioris metalli statuas reperi: tum uero uictoris cuiusdam nobilis monimentum egregium. Is est Claudii Marii Victoris oratoris Massiliensis in genesim commentarius, idem plane cum Alcimo atque eodem dicendi genere argumentum tractans, qui quum mihi arrisisset, existimaui non parum rei literariae profuturum, si eadem opera uterque in lucem exiret. Nemo uero crediderit quam in restituendis illis laborandum mihi

1) Descripsit hanc editionem accuratissime R. Peiper in praefatione ad Alcimi Auiti editionem, quae prodiit Berolini a. MDCCCLXXXIII, p. LXX. quam ob rem satis habeo lecturos ad hunc librum relegare. id unum tantum hoc loco commemoro Gagneium Uictoris poemati hunc titulum praefixisse 'Commentarii in Genesin' (in indice p. II id significatur uerbis 'De historia Geneseos libri 3') eique carmen, quod in libro Turonensi, de quo mox exponam, S. Paulini epigramma uocatur, subiunxisse hoc modo inscriptum 'Claudii Marii Victoris Oratoris Massiliensis de peruersis suae aetatis moribus. Liber quartus. Ad Salmonem'. ceterum de I. Gagneio cf. Nouv. biogr. gen. XVIIII, 165.

fuerit codices nacto tum uetustate exesos, tum inerti et imperita exscriptorum ignauia deprauatos, quos tandem plus mille locis restitutos ac quingentis pene uersibus immutatos, sub tuae maiestatis patrocinium Francisce Rex Christianissime abire sinimus.' quibus in epistula Uictoris carmini praemissa, qua lectorem adpellat, p. 166 sq. haec subiungit: 'Veteres Lugdunensis Galliae librarias in communem totius rei literariae studiosorumque utilitatem bonos libros inuestigandi recuperandique gratia perscrutantibus nobis amice lector, quum in Barbarensis insulae coenobium amici aliquot uenissemus (ea est in medio Arari non procul Lugduno) incidit in manus nostras ex eius loci uetusta sed ante annos aliquot depeculata libraria, poëma doctum et elegans quatuor libris distinctum historiam libri Genesews ad uigesimum usque caput persequens, Claudii Marii uictoris Massiliensis oratoris titulo inscriptum. Placuit autem libellus tum argumenti dignitate, tum styli grauitate ac nitore, mihique grande uisus sum facturus precium operae si ad haec Diui Alchimi Auiti opuscula adiungerem: quum idem prorsus argumentum tractet uterque futurusque sit alter alteri commentarius. Tot uero partim uetustatis iniuria, partim eius qui descripserat incuria mendis liber scatebat, ut nullum plane descriptorem inuenire potuerit. Itaque quum illi describendo animum manumque coactus adiecissem, necesse habui diuinare plerisque in locis magis quam legere. Nam quum uix locis non paucis literarum superessent uestigia, multa etiam sic descriptoris culpa immutata essent ut ne sensum quidem ullum subodorari possemus nobis ex ipsis, quod potuimus ex sacris bibliis et Genesews historia mutuati: qualicunque nostra minerua temporis iniuriam descriptorumque sarcire curauimus inertiam. Quae autem ab historica Genesews serie remotiora erant, (ut plerumque non inepte auctor digreditur) ea locis aliquot compulsi omisimus, quod quum ea neque intellegere quispiam posset sed ne legere quidem, neque rursum aliunde sensum uenari liceret, nihil uisa sunt si omitterentur reliquae historiae nocitura. alioqui quae ad rem faciebant, et ad historiae pertinebant narrationem, si quando cariosa monimenta legendi neque locus daretur, neque facultas, factis de integro uersibus

aliquot proxime ad scripturae sancte ordinem restituere conati sumus, si quando emendatiorem nacti erimus codicem integrum autorem reddituri. Horum te lector optime admonitum uoluimus ne nos temere autorem aut mutilasse crederes aut immutasse.'

Haec igitur Gagneius, quem quam foede Uictoris carmen corruperit singulis aut pluribus uersibus eiectis, additis, refictis, ipsum habes fatentem. nec profecto est cur isti homini fidem habeamus de misera codicis Lugdunensis, quo se usum esse dicit, condicione narranti, praesertim cum eadem libidine grassatus sit in Alcimi Auiti libris.[1]) sed de hac re paulo post accuratius agendum erit.

Post Gagneium editum est Uictoris carmen Parisiis MDLX apud Guilelmum Morelium.[2]) qui in epistula huic editioni praefixa, qua opus suum Simoni Amaillio, archiepiscopo Turonensi, dedicauit, se in bybliotheca S. Iuliani Turonensis repperisse dicit codicem peruetustum, quem praeter Uictoris poema cetera quoque scriptorum, quorum nomina ignorantur, carmina in hac editione publici iuris facta complexum esse. iam quin liber ille Turonensis idem sit atque codex Parisiensis, qui olim Colbertinus 4133, Regius 6411, nunc est inter libros latinos 7558, omnino dubitari non potest. nam ut taceam eadem carmina eodem ordine, quo in editione Moreliana exhibentur,[3])

---

[1]) Cf. Peiper p. LXX, adn. 125 (v. Daumium in ed. Paulini Petricordiae p. **5. 320 sq.). certe quod dixit de codice situ corrupto inde profectum est, quod haud raro sanas eius scripturas non intellexit, corruptas emendare non potuit. ceterum repetita est Gagnei editio Parisiis MDXXXXV per Petrum Drouartum (Hist. litér. de la France II, 247). quem librum frustra quaesiui.

[2]) Titulus eius libri hic est 'Cl. Marii | Victoris ora|toris Massiliensis, ΑΛΗΘΕΙ|ΑΣ, seu commentationum in Ge|nesin lib. III. | Epigrammata Varia vetusti cuiusdam | auctoris, inter quae sunt & aliquot psalmi versi|bus redditi. | Hilarii Pictauiensis episc. Genesis. | Cypriani, Genesis & Sodoma. | Dracontii, De opere sex dierum. | Omnia versibus, nunc primum è vetustis | codicibus expressa. | Parisiis, M. D. LX. | Apud Guil. Morelium, in Graecis typo|graphum Regium. | Privilegio regis'. quod adscripsit 'commentationum in Genesin', eo nequaquam comprobatur Morelium Gagnei, qui simili inscriptione usus est, editionem cognovisse.

[3]) Dico carmina minora, quae p. 73—118 leguntur; nam Hilarii, Cypriani, Dracontii quae insunt Morelius codicem librariae S. Uictoris Parisiensis (Paris. 14758, saec. XIII, cf. Peiper p. LVIIII) sibi suppeditauisse dicit.

atque easdem, quas Morelius in pauculis adnotationibus p. 159 adiectis diserte commemorat, scripturas in eo extare, in omnibus rebus, siue quae primitus erant scripta spectas siue quae postea sunt illata, summus codicis editionisque conspicitur consensus. quamquam mirum profecto est, quod Morelius, qui diligenter sane codicis uestigia secutus est, S. Paulini epigramma, quod in illo post Uictoris poema legitur, omisit. Gagnei autem editionem, in qua illud Paulini carmen Uictori subiunctum esse supra diximus, plane ignorauit Morelius, id quod iam ex eo intellegitur, quod se primum Uictoris carmen in lucem protulisse opinabatur.[1])

Librum Parisiensem accuratius describere supersedere possum, cum hoc munere iam bene functus sit E. Duemmler *Neues Archiv* IIII, 299 sqq. sufficiet igitur hoc loco commemorare codicem esse saeculi VIIII, scriptum compluribus manibus satis mendose, utpote a librariis rudibus imperitisque. adde quod iam exemplum, quod illi transscripserunt, plurimis uitiis infectum fuisse uidetur. f. 44^u usque ad f. 87^u legitur Uictoris Alethia, f. 87^u usque ad f. 90^r Paulini epigramma.[2]) Precatio, si uu. 90—93, 107 et 108, 123—126 excipiuntur, non uersibus solito more distinctis, sed scriptura continua exarata est, ita tamen, ut singuli uersus et interuallis et initio litteris maioribus distinguantur. in scripturae uitiis tollendis quattuor uersatae sunt manus. quarum prima (m^2) atramento nigro insignis eiusdem, cuius librariorum manus, aetatis est. ac uidetur monachi esse, qui exemplo, quod illi descripserant, iterum inspecto menda quaedam ab eis commissa correxit. longe uero ab hac distat altera (m^3) et ductu et lucidiore atramenti colore notabilis, quae est saeculi sexti decimi. ea syllabas male disiunctas consociauit, litteras uel syllabas aliis

---

[1]) Consulto eum reticuisse Gagnei nomen iam propterea improbandum est, quod, si huius editionem cognouisset, certe non omisisset Paulini carmen. quod à Morelio casu aliquo, fortasse cum scheda intercidisset, praetermissum esse adparet.

[2]) Huius codicis notitiam aliquam habuisse uidetur Ph. Labbe, qui de script. eccl. II, 463 refert epistulam ad Salmonem in quibusdam Mss. (?) inscribi Paulini epigramma ad Salmonem.

adiectas uerbis suis restituit, membra orationis distinxit, scripturas corruptas haud paucas emendauit, denique in margine notas quasdam numerosque adleuit. bene igitur de Uictore meruit is, qui haec adscripsit, quamquam nequaquam omnia emendatoris impleuit officia. nam ut omittam permulta ab eo uulnera intacta relicta aliorumque sanationem incohatam potius quam perfectam esse, haud raro temerarias prauasque intulit coniecturas, qua in re artis metricae nonnumquam nullam omnino rationem habuit. neque aequam in singulos libros impendit operam. nam prima huius manus uestigia inueniuntur demum in uersu I, 283. iam paulatim crebrescunt eius scripturae ita, ut inde a libro altero magis magisque earum numerus augeatur. his manibus accedunt tertia (m [4]) et quarta (m [5]), et ipsae saeculi sexti decimi, haec fusco, illa rubicundo colore conspicua. quarum prior, paulo antiquior secunda (m [3]), paucissimis deprehenditur locis. posterior, quae etsi non multis locis inuenitur, tamen frequentior est altera, tum hic illic scripturas librariorum coniecturasque manu secunda (m [3]) illatas correxit, tum etiam litteras et uerba aliquot exoleta atque attrita refinxit. ex his autem, quae modo diximus, adparet improbandam esse Duemmleri opinionem omnes quae sunt recentioris aetatis scripturas (singulas enim manus ille non distinxit) a Morelio profectas esse suspicantis. adde quod huic coniecturae aliae etiam res aduersantur. etenim primum in huius editione satis multa, quae corrupta in codice non tetigit manus secunda (m [3]), emendata leguntur, ueluti, ut paucos ex libro tertio adferam locos: *regnator* (127), *anticipans* (134), *spargat ut* (144), *cunctosque* (149), *ad summam* (210), *cursus* (218). tum nonnulla manu secunda (m [3]) temptata quidem sunt, sed praue atque a Morelio demum recte constituta, ueluti III, 273 *cognotio* praebet codex, *cognitio* m [3], *cognatio* editio. denique Morelius interdum bonas scripturas a manu illa adiectas neglexit, ueluti III, 508 *distingues,* cuius loco exhibet quod primitus exaratum est *distinguis.* adde quod eis locis, quibus manus secundae (m [3]) scripturae correctae sunt manu quarta (m [5]), bona lectio in Moreliana inuenitur, ueluti III, 301, quo loco in codice legitur *quis,* m [3] scripsit *queis,* m [5] *quos.* quae cum ita sint, statuendum

esse patet codicem eo tempore, quo in Morelii manus peruenit, utpote a compluribus eius aetatis hominibus tractatum iam scripturas illas exhibuisse.[1]) Uictoris carmen et Paulini epigramma ex libro Parisiensi ipse descripsi; postea apographum a me confectum cum codice contulit Edmundus Hauler, qua in re in primis in singulis manibus distinguendis atque enotandis summam praestitit diligentiam.

Sed redeamus ad Gagneium, qui codice uetusto coenobii Barbarensis insulae se usum esse dixit. qui liber cum iam non extet (neque enim in F. Delandinii catalogo mss. bybl. Lugdunensis neque a Montefalconio commemoratur), cuius is aetatis fuerit, ignoramus. huc accedit, quod tot uersibus a Gagneio omissis, tot locis scriptura ad arbitrium immutata, haud facile diiudices, quae fuerit eius natura atque condicio. tamen ex eis, quae non sunt adtrectata editoris libidine, adparet simillimum hunc librum fuisse Turonensi. atque in primis memorabile id est, quod eadem, quae est in hoc post librum tertium, subscriptio in illo extitisse uidetur: E͠PI (corruptum ex EXPL.) ALITIAS LIB̃. IIII. unde Gagneius, dum librum quartum quaerit,[2]) in id incidit, ut Paulini epigramma tamquam librum quartum Uictoris carmini adiceret.[3]) at forsitan una res aliquid conferre possit ad codicem Lugdunensem rectius aestimandum, dico lacunas, quae extant in Turonensi, in hoc sunt expletae. de his

---

[1]) Memorabilis est locus III, 35, quo in margine aut altera scriptura aut coniectura m[1] adiecta est. codex enim praebet *Iussuque quibus regnum*, margo *p uos quibus et regnum*. quam lectionem si sequi uelis, facili negotio restituere possis *uos quibus en regnum*. sed praestat puto cum Gagneio, siue id ex codice suo recepit siue coniectura inuenit, scribere *uosque quibus regnum*, quod propius ad scripturam principalem *Iussuque quibus regnum* accedit.

[2]) Plane eodem modo librum quartum quaerens Morelius p. 159 haec dicit: 'Caeterum idem codex quatuor libros inscribit: cum tres tantum habeat, nisi quartum esse uelis, qui epigrammata, psalmos et alia ea contineat, quae libro tertio subnexui.'

[3]) Uix enim ueri simile est Gagneium talem Gennadii codicem, qualis est Corbeiensis, de quo mox exponemus, cognouisse, praesertim cum Uictorem a Gennadio Uictorinum nominatum esse dicat p. 167.

igitur accuratius nobis agendum erit. ac primum examinabimus locum II, 381 sqq., quo Turonensis haec praebet:

rursus in antiquam mundo redeunte fidelis
iam per quingentos inmunem criminis annos
duxerat et posita degentem lege probarat,

apud Gagneium autem 285 sqq. haec leguntur:

rursus in antiquam mundo redeunte figuram.
unus erat Noë iustus quem propter in iras
differret prodire Deus: quem vita fidelis
iam per quingentos immunem criminis annos
duxerat, & sancta degentem in lege probarat.

sed haec supplementa non ex codice profecta, sed in Gagnei hortulo nata esse ostenditur et nominis Noë mensura, in quo syllaba prior semper ab hoc producitur, corripitur a Uictore, et uerbis *quem uita fidelis . . . duxerat,* quae ab usu dicendi Uictoris atque adeo omnium scriptorum Latinorum abhorrent. quamquam igitur Gagneius sagaciter intellexit librarium ab uoce *figuram,* quam ille recte restituit, ad *fidelis* aberrauisse, tamen nihil inest in ceteris, quod ad codicem ipsum referendum esse uideatur. alter locus legitur in Paulini epigrammate, dico uersum 94:

nec nos Riphaei prosterneret omnia bellum.

quo loco Gagneius haec exhibet:

nec nos Riphaei prosterneret arcus Alani
nec seruile etiam subuerteret omnia bellum.

concedo equidem haec non male excogitata esse; nam re uera eo tempore Bacaudarum bellum exarserat.[1]) attamen num ex codice fluxerint, magno opere dubito. nolim inquirere, num id bellum recte seruile dicatur: sed patet complementum illud cum eis, quae proxime secuntur: *et qui nunc nostra grassantur clade superbi,* non conuenire. adde quod in Lugdunensi sine dubio post u. 95 eadem, quae in Turonensi, fuit lacuna, quam

[1]) Zos. VI, 2 (Wietersheim, Gesch. der Völkerwanderung² I, 161).

ne animaduertit quidem Gagneius. ceterum qui Saluianum legerat (de g. d. V, 24 sqq.) facile talia potuit comminisci. ueniamus ad tertium locum II, 43, quo Gagneius scripturam codicis

quae mihi labe mali felix dum uita maneret

ita correxisse sibi uisus est, ut scriberet:

quem mihi labe mali infensum atque audacibus ausis
constitui, foelix olim dum uita maneret.

nam Gagneium haec finxisse et synaloephis in priore uersu cumulatis, quibus iste in uersibus aut immutatis aut illatis saepissime usus est, et prauo dicendi genere et uerbo *olim* post *felix* inserto edocemur. ego *quae* in *uae* mutato scripsi *uae mihi labe mali!* de lacuna certe hoc loco cogitandum esse non uidetur. ceteros locos, quos non integros ad nos peruenisse certum est, ueluti II, 404, III, 9. 91. 658, aut de quorum integritate dubitare possis, ueluti I, 507, aut omisit Gagneius aut ad libidinem refinxit aut intactos reliquit. quae cum ita sint, nihil quod libri fide innitatur nos ex hac editione lucrari posse statuo et bonas, quae in ea leguntur, scripturas omnes Gagnei coniecturas habendas esse, qui plerumque uitia leuiora, interdum etiam grauiora emendando sustulit. quamquam de Uictoris carmine in uniuersum melius promeruisse puto Morelium aut eum, cuius opera ille usus est in editione adornanda.

Cum igitur omnibus locis, quos non ad arbitrium suum refinxit Gagneius, summa inter Lugdunensem et Turonensem intercedat similitudo, nonne quodam modo suspicio oritur Gagneium, qui sine dubio ementitus sit miseram codicis sui condicionem, hoc quoque struxisse mendacium, ut libro Turonensi usus, ne fraus sua patefieret, fabulam de libro Lugdunensi confingeret? certe tutius agemus, si scripturam constituendam ex puro et limpido, qui est in Turonensi, fonte hauriemus, ne Gagneium secuti ad aquas palustres adducamur. [1])

---

[1]) Ne quis me hoc neglexisse putet, addo in Catal. gen. des man. des bibl. publ. des dep. VII, 458 inter libros manu scriptos, qui Tolosae adseruantur, commemorari codicem saeculo XVIII exaratum, qui praeter alia continet Uictorem, ex libro impresso descriptum.

Praeter hos, quos modo diximus, in Uictore emendando elaborarunt duo Angli, quorum symbolae nobis seruatae sunt in exemplari editionis Morelianae, quod est in bybliotheca Bodleiana hac nota insignitum: Auct. S. V. 30. in huius igitur margine duae manus saeculi XVI, quas siglis B et B² significaui, altera atramento nigro, graphio altera coniecturas adpinxerunt. quarum quamquam haud paucas male excogitatas esse dicas, aliae tamen bonae sunt aut certe dignae, quae commemorentur. has igitur aut in scriptoris uerba recepi aut adnotationibus inserui. usi autem sunt uiri illi in Moreliana emendanda Gagnei editione ac satis multas ex hac enotauerunt scripturas. ceterum idem uidetur esse liber Bodleianus atque ille, cuius mentionem fecit Bernardus in cat. libr. mss. Angliae et Hiberniae: Bibl. E. Bernardi: Libri lat. cum uet. exempl. collati N. 177 (7523) 'Marius Uictor in Genesim'. librum a Bernardo commemoratum quaerentem me R. Ellis per litteras certiorem fecit de hoc exemplari, quod postea liberalissime mihi commodauit E. B. Nicholson, bybliothecae Bodleianae praefectus.

Post Gagneium et Morelium Uictoris poema et Paulini epigramma primus edidit G. Fabricius (Poet. uet. eccl. opp. Christ. Basileae MDLXIIII p. 307 sqq.) ex recensione Gagnei. quam eum secutum esse eo magis mireris, quod Morelianam nouerat, ex qua in plagulis ut uidetur corrigendis scripturas aliquot raptim intulit. nihil igitur ille curauit, nisi ut liber quam citissime typis exscriberetur; nam si Gagnei et Morelii praefationes legisset, aliam certe in hoc carmine edendo rationem iniisset. merito igitur reprehensus est a uiris quibusdam doctis, in primis a Chr. Daumio (in editione Paulini Petricordiae p. 320). sed ut intellegatur, quo modo Morelii editione usus sit, iam adponam scripturas ex ea receptas: Pr. 107[1]) (104) *teneros* . .

---

[1]) Numeri sunt editionis Gagneianae, quam, cum is liber rarissimus sit, in hoc uolumine p. 437 sqq. typis exscribendam curauimus ita, ut simul huius recensionis ratio haberetur. itaque quam accuratissime litteris obliquis ea quae Gagneius immutauit significantur, stellulis adpictis uersus ab eo ita inserti, ut numerus augeretur; contra uersus ab eo omissos infra habes indicatos.

animos, I, 5 *simul,* 441 sq. (458) *cui te . . nec,* II, 92 (94) *excusso senio,* 319 (418) *sensum ipse animumque,* 446 (547) *depositos hominum,* 448 (549) *animas . . perituras,* III, 57 adiecit u. 59 M. *ignis plus habeat* r. et i. m. i., 173 (221) *spargenda est quippe,* 256 (304) *intestabile,* 291 (339) *benedicte,* 311 (357) *Bethelem,* 339 (382) *quem,* 371 (414) *ut colat,* 402 (445) *sternentesque,* qua re id quod supra dixi, Fabricium has scripturas raptim intulisse, uel maxime confirmatur, 458 (500) *torua,* 532 (583) *bis ternos clauderet,* 612 (669) *pararet,* 680 (737) *exhalat,* 718 (771) *ac mixto.*[1]) praeterea paucis locis ineptas recepit coniecturas, ueluti I, 37 (41) *mouit,* nisi forte id typographi errori tribuendum est, 486 (505) *tum pariens,* II, 374 (477) *praesentit.*[2]) qui eum secuti sunt editores, quos enumerare superuacaneum esse existimo, nihil aliud quam editionem Fabricianam repetierunt aliquot operarum uitiis correctis, pluribus illatis.[3])

Iam res eo deducta esse uidetur, ut de Claudio Mario Uictore eiusque carmine quae ad rem faciant breuiter exponamus. qua in re progrediendum nobis est ab eis, quae Gennadius de uir. ill. c. LXI H. tradidit:[4]) 'Uictorinus (codex Corbeiensis [Paris. lat. 12161, saec. VII] *Uictorius*), rhetor Massiliensis, ad filii sui Aetherii personam commentatus est (Corb. *commentatur,* i. e. *commentatus,* omisso *est*) in Genesim, id est a principio libri usque ad obitum patriarchae Abrahae [et] tres uersu (Corb. id quod mox docebo recte *quattuor uersu*) edidit libros, christiano quidem et pio sensu, sed utpote saeculari litteratura

---

[1]) Quamquam quasdam harum scripturarum, ueluti *pararet, exhalat* Fabricius etiam Moreliana non inspecta ipse potuit reponere.

[2]) Simili modo in eis, quae a Gagneio profecta sunt, quaedam inepte mutauit, uelut III, 248 *distractio,* 254 *rexit.*

[3]) Quae a Teuffelio et Huebnero commemoratur H. Stephani editio Parisiis a. MDLXV in lucem emissa, eam frusta quaesiui in Maittarii et Renouardi libris. atque idem mihi euenit complures bybliothecas perscrutanti. quam ob rem errorem subesse existimo, cum praesertim apud Teuffelium et Huebnerum ne mentio quidem facta sit editionis Morelianae.

[4]) Nullius usus sunt quae Ado episcopus Uiennensis in chronico (Bibl. patr. Lugd. 1677, vol. XVI, 796 G), Honorius Augustodunensis de script. eccl. 143 referunt, utpote ex Gennadio excerpta.

occupatus homo et nullius magisterio in diuinis scripturis exercitatus, leuioris ponderis sententiam figurauit. moritur Theodosio et Ualentiniano regnantibus.'[1]) haec igitur Gennadius, qui num hunc, de quo agitur, Uictorem significauerit, inter homines doctos disceptatur. sed uide quaeso subscriptionem libri alterius et tertii in Parisiensi. nonne ibi Uictor diserte Uictorius nominatur? adde quod in libri tertii subscriptione legitur *expl. Alitias liber IIII.* nihil igitur Gennadius, etsi ex eadem qua Uictor urbe oriundus erat uel certe in eadem qua ille urbe domicilium habebat,[2]) de huius uita fando comperrat, sed tantum carmen ab eo compositum legit, ex cuius inscriptione intellexit eum rhetorem Massiliae fuisse. atque in codice, quo utebatur, eodem modo quo in Parisiensi in subscriptionibus libri secundi et tertii poetae nomen mendose scriptum erat et in subscriptione tertii quattuor, non tres libri numerabantur. quem errorem inde natum esse suspicor, quod librarius Precationem tamquam solidum librum ceteris in computando adiunxit. qua re iam sententia eundem a Gennadio hominem designari proxime ad ueritatem accedere uidetur. ac nonne Uictor, quem se ipsum oratorem Massiliensem dixisse testatur Parisiensis, a Gennadio uocatur rhetor Massiliensis? non huius de Uictore eiusque carmine iudicium in eum, de quo agitur, librum quam maxime ualet? etenim qui hoc carmen composuit non talem, qualem solent presbyteri ut rerum diuinarum interpretes, prae se fert grauitatem, sed potius eo, quo decebat hominem laicum, utitur sermone. neque, id quod moris erat sacrorum antistibus, saepius ex libris diuinis uerba aut adfert aut significat, quod nisi fallor quattuor tantum fecit locis in indice a me commemoratis. denique non presse libri,

---

[1]) Nihil fere proficimus ex Uindobonensi lat. 16, saec. VIII, f. 16[u]. nam quamquam recte praebet *aetherii* (*etherii* cett.), *commentatus* (om. *est*), tamen in eo legitur *Uictorinus* et desunt uerba '*libri usque ad obitum patriarchae Abrahae tres.*'

[2]) In c. 99 se presbyterum Massiliae esse dicit. atque in inscriptione et subscriptione libri in codice Veronensi 22 saeculi VIII haec leguntur: *Gennadii presbyteri Massiliensis* (cf. Reifferscheid Bibl. patr. lat. Ital. I, 91).

quem interpretandum sibi proposuit, sequitur uestigia, sed exspatiatur nonnumquam narrationemque longioribus digressionibus distinguit atque exornat.[1]) quae cum ita sint, quod de eo fecit Gennadius iudicium quodam modo explicatur. at, dices, non ad obitum Abrahae perductum est carmen, cum in libro tertio ultimo Sodomae excidium describatur. quam ob rem fortasse Ebertii[2]) probanda esse uideatur sententia suspicantis librum quartum, quo res usque ad Abrahae mortem gestae narrabantur, intercidisse. sed huic aduersatur libri tertii subscriptio supra commemorata, nisi forte putas in ea illud IIII. ex inscriptione libri, qui sequebatur, natum esse. quae coniectura mihi minime probatur. itaque statuere malim Gennadium rem in uniuersum tantum significauisse et, quamquam rectius dicere debuit 'usque ad res post Sodomae excidium gestas', tamen, ut breuitati consuleret, cum longe maiorem uitae Abrahae partem enarratam esse uidisset, rem ita definire maluisse, ut scriberet 'usque ad obitum patriarchae Abrahae'. quod ut mecum probes, memineris quaeso, quanta fuerit omnino in Gennadio socordia ac neglegentia. restat ut dicamus de uerbis 'ad filii sui Aetherii personam commentatus'. quae mihi ita explicanda esse uidentur, ut statuamus Uictorem carmini suo praefatiunculam prosa oratione conscriptam, qua Aetherium adlocutus est, praefixisse, nobis temporum iniuria ereptam.[3]) sic prologus ille uitae S. Martini a Paulino Petricordiae conscriptae uno solo libro (R) nobis seruatus est, intercidit in ceteris.

De tempore, quo Uictor uixit, nihil aliud refert Gennadius nisi mortuum eum esse Theodosio et Ualentiniano regnantibus. iam cum Ualentinianus III imperator renuntiatus sit a. CCCCXXV, Theodosius II obierit a. CCCCL, patet annos his terminis inclusos designari. neque ullum, quo tempus accuratius definiatur,

---

[1]) Cf. A. Ebert, Allg. Gesch. der Lit. des Mittelalters I, 354 sq.

[2]) Cf. p. 354 adn.

[3]) Cum talis praefatiuncula olim extitisse uideatur et in Parisiensi prooemio inscriptum sit *Incipit praefatio uel precatio ad dominum*, hoc potius quam illud uerbum malui praefigere.

ex carmine ipso peti potest indicium, nisi quod III, 192 mos Alanorum commemoratur homines manibus inferias mactandi. unde nihil fere ad temporum rationes constituendas colligi potest. nam etiam post Alanorum cum Uandalis Suebisque in Hispaniam profectionem (a. CCCCVIIII) in Gallia gentes quaedam eorum remanserant.[1]) tamen ueri simile est Uictorem non multo post a. CCCCXXV supremum diem obiisse et, quo minus opus institutum conficeret, morte impeditum esse. etenim quin totum Genesis librum carmine illustrare uoluerit, si ea legeris, quae ipse dixit Prec. 106 sqq., certe non dubitabis. ac fortasse Uergilii Aeneidem Statiique Thebaidem imitaturus et ipse duodecim libris Genesim explicare in animo habuit, quibus res inde a capite XX usque ad ultimum narratae satis largam materiam praebebant. neque obscurum est, quod in carmine condendo secutus sit consilium. ex eis enim, quae ipse dicit Pr. 104 sq., elucet scriptum id esse puerorum in usum, ut in scholis aut substitueretur in poetarum ethnicorum locum aut saltem simul cum eis legeretur. qua in re Uictor in primis suae scholae consulere uoluisse uidetur. quam autem confecerat partem, quartam si recte conieci totius operis, id quod praefatiuncula ad Aetherium scripta confirmatur, ipse in lucem emisit.

Quod si Gennadius dicit eum saeculari litteratura occupatum fuisse, sine dubio oratoris munus, quo Uictor Massiliae fungebatur, significare uoluit. sed Uictorem, quamquam hominum christianorum morem secutus raro tantum res antiquas respexit, haud exiguam scriptoribus ethnicis legendis operam impendisse uel paucis, qui huc faciunt, locis egregie confirmatur. sic quae III, 131. 153. 158 narrat de Pyrrhi gemma, Galbae Fortuna, de canibus Aethiopum regibus ex Plinio uel Solino, Suetonio, Aeliano hausit, quae III, 204 sqq. de oraculo Delphico refert, ex Lucano V, 82 sqq. in eis, quae I, 347 sqq. leguntur de animalibus diuersis facultatibus ac uirtutibus a deo instructis, fortasse locum quendam, quo de Prometheo agebatur, ante

---

[1]) Cf. Olympiodorum apud Photium Bibl. 58b, 20 (Wietersheim l. c. 164. 169) et Paulini Euch. 351. 377. 383. 396.

oculos habuit.[1]) iam ueniamus ad poetas antiquos, quos singulis locis imitatus est, recensendos. in quibus, id quod facile intellegitur, primum locum obtinet Uergilius. cuius ex carminibus Uictor permultos orationis suae colores, imagines, locutiones, in primis uersuum exitus deprompsit, quibus tamquam luminibus poema suum exornaret. prae ceteris autem duo sunt memorabiles loci, quibus Uergilii non singula uerba, sed ut ita dicam capita quaedam respexit, dico descriptionem paradisi I, 227 sqq. et narrationem de nocturno impetu, quem Abraham in hostes facit, III, 431 sqq. quibus locis uersus Georg. II, 109 sqq. et Aen. VIIII, 314 sqq. eius menti obuersatos esse adparet. quod deum plane ut Uergilius et Ouidius adpellat patrem omnipotentem et rectorem Olympi saepiusque caelum Olympi nomine significat, id ei commune est cum aliis poetis christianis. sed I, 471 sqq., quo loco deum de sontibus iudicium facientem inducit, ut maiestatem diuinam celebraret, non dubitauit a Uergilio et Ouidio, qui Homeri exemplum secuti sunt, colores mutuari ac III, 520 sqq., quo ante Abrahae sopiti animum saecula uentura deo auctore uersata esse narrat, non immemor fuisse uidetur Anchisae apud Uergilium Aen. VI, 756 sq. Aeneae fata futura aperientis. praeter Uergilium Lucretium studiose lectitauit. cuius rei insigne documentum est illa pulchra sane de metallis hominibus oblatis digressio II, 90 sqq., quam ut poemati suo intexeret sine dubio permotus est Lucretii loco celeberrimo V, 1241 sqq.[2]) sed aliis etiam locis

---

[1]) Cf. Plat. Prot. 320 E. Uictorem utpote ciuem Massiliensem linguam litterasque Graecas cognouisse per se apertum est. atque extant in eius carmine quaedam, quae Graecum sermonem redolent, ueluti illud *tibi crimina plectent* (πλέξουσι) II, 242, latino sermoni conuenit *nectent*, deinde *lacunas* III, 312, quod eodem modo quo Graecum λαγόνας dictum esse uidetur.

[2]) Hunc locum indicauit A. Bourgoin in libello, cui inscripsit 'De Claudio Mario Victore rhetore christiano quinti saeculi' Parisiis a. MDCCCLXXXIII in lucem emisso p. 68. sed hic unicus est fructus, quem ex opusculo illo percepi. ceterum Uictor in hac digressione iam primos homines metallorum usum cognouisse refert, nihil curans ea, quae Gen. 4, 22 de Tubalcaino narrantur, cuius ne mentionem quidem fecit.

colores locutionesque ex illius carmine desumpsit, quae in indicibus enumeraui magna ex parte a G. Brandesio mihi indicata. tertius, quem in primis ante oculos mentemque habuisse uidetur, est Ouidius, cuius Metamorphoseon libros praecipue in usum uocauit. pauciora sunt Horatii, Lucani, Statii lectionis uestigia. ex Iuuenale (X, 174) sumpsit III, 194 notissimum illud *Graecia mendax,* quod in prouerbium abiisse ueri simile est. Ausonii unum locum profero a Brandesio significatum, sed satis memorabilem, dico Mos. 362 cl. Al. II, 264. incerta res est de Ualerio Flacco, quamquam qui apud hunc legitur uersus I, 48 maiore ex parte conspirat cum Al. III, 438.[1])

Philosophiae, quatenus tum decebat hominem christianum, Uictorem studium aliquod impendisse cognoscitur ex Precatione et libri primi prooemio et eis locis, quibus in philosophos doctrinae sacrae dogmata in dubium uocandi cupidos acriter inuehitur. his adde u. II, 51 *clausis terreni carceris antro* (cf. Luc. VI, 722, Cic. Rep. VI, 14, Tusc. I, 30, 74), u. 182, quo loco mundus maior et minor (κόσμος μείζων καὶ μείων) inter se opponuntur,[2]) u. 190 *septemplicis axis* (cf. Iuu. Euang. I,

---

[1]) Minoris momenti atque incertae sunt hae in singulis fere uerbis congruentiae, quas tamen, ne quid deesse uideatur, hoc loco congestas proponam: Lucr. I, 59 *semina rerum:* Al. I, 2. 54, cf. Ouid. Met. I, 9; I, 679 *corpora rerum:* II, 186; Uerg. Aen. I, 62 *foedere certo:* III, 373; I, 142 *tumida aequora:* I, 128; I, 587 *aethera apertum:* II, 464; III, 20 *coeptorum operum:* II, 426; III, 60 *excedere terra:* II, 296; III, 117 *tertia lux:* I, 85; V, 818 *effundit habenas:* III, 418; VII, 725 sq. *uertunt . . rastris:* II, 208; VIII, 199 *magna . . mole:* II, 476; VIII, 596 *ungula campum:* III, 417 sq.; VIII, 628 sq. *futurae stirpis:* III, 484; XI, 237 *maximus aeuo:* II, 207; XI, 726 *summo . . Olympo:* I, 58; Ouid. Met. I, 138 *uiscera terrae:* I, 215; II, 55 *puerilibus annis:* Pr. 105; II, 60 (VIIII, 500) *rector Olympi:* I, 158, cf. Luc. II, 4; XV, 67 *primordia mundi:* Pr. 107, II, 1; XV, 626 *dira lues:* III, 316; Luc. VII, 552 *mens fuge:* I, 78; Iuu. VI, 299 *turpi . . luxu:* III, 426. alios locos in indice singulis uerbis adscriptos inuenies. ceterum hoc loco breuiter adnotabo Uictorem locutiones iam ante a se adhibitas hic illic repetiisse, ueluti Pr. 90 *uitaeque perenni:* I, 336; Pr. 101 *numine prono:* II, 322; I, 158 *rector Olympi:* II, 546; II, 388 *abolere nocentes:* III, 640; III, 77 *fons et origo tui:* III, 320; III, 589 *prostratus adorat:* III, 647, 686, al.

[2]) Fluxit haec distinctio ex usu uerbi mundi, quo scriptores Latini eodem modo quo Graeci uerbo κόσμῳ terram significabant.

356 M.), quo adtributo Pythagoreorum de sphaeris doctrina significatur, uu. 194 sq. *quod si quae primum agnoscere credit, quisque recognoscit,* qua sententia nobis illud τὸ μανθάνειν ἀνάμνησιν ὅλον εἶναι (cf. Cic. de sen. 21, 78) in memoriam reuocatur, alia. atque iuris quoque eum notitiam aliquam habuisse ostenditur uerborum quorundam usu huius disciplinae propriorum ueluti uerbi reformandi III, 463,[1]) addicendi III, 308, II, 508. denique hoc loco breuiter tangam pulcherrimam illam comparationem II, 265 sq., qua demonstratur Uictorem, etsi eum naturae rerum inuestigatorem dicere non possumus, tamen Lucretii sine dubio lectione adductum in rebus naturalibus obseruandis studium collocauisse. contra in singulis terris denotandis nequaquam ea qua decebat usus est diligentia. sic III, 167 Nembrodum Babylonis praeditum aulae Persarum animos cepisse refert; adde I, 300, quo Euphrates Persidis agros irrigare dicitur, quamquam similia etiam apud optimos poetas inueniuntur; cf. Prop. III, 11, 21, Luc. VI, 449. confusa quoque sunt atque ex parte falsa, quae de Euphratis Tigridisque meatibus narrantur I, 288 sqq. quantum autem detorserit regionum uel oppidorum in scriptura sancta commemoratorum nomina ut intellegatur, unum sufficiet locum proferre, III, 456, quo hostes formidine instante ad Chobarrenos usque agros (Gen. 14, 15 'usque Hoba') fugisse dicit.

Ex poetarum christianorum libris imitatus est Uictor multis locis carminis, quod ad Cyprianum quendam ab Thascio Caecilio Cypriano diuersum referendum esse nuper demum intellectum est, eam partem, qua Genesis explicatur. ex hoc igitur carmine colores desumpsit, locutiones, uersuum exitus uel initia. in primis memorabilia sunt, quae apud utrumque de Sara Sarra uocata et de quercu illa ad Mambram (cf. Cypr. 529. 416: Al. III, 606 sq. 411) leguntur. adde quod oratio a deo ante diluuium in terram immissum habita in utroque libro etsi non singulis uersibus, tamen sententiis et coloribus congruit (cf. Cypr. 243 sqq.: Al. II, 385 sqq.). id tamen discrimen

---

[1]) Quamquam hoc uerbum reddendi sensu apud alios etiam scriptores legitur, ueluti apud Paulinum Petricordiae de uita S. Mart. VI, 247.

intercedit inter Cypriani carmen et Alethiam, quod ille accuratius Moysis uestigia secutus est, Uictor uero ceteris neglectis eas tantum res, quae poemati conuenire uidebantur, recepit neque semper eum, qui est in Genesi, ordinem in narrando seruauit.[1]) sic ut unum tantum exemplum proferam, eas partes, quibus familiarum propagines singulis nominibus propositis ordine enumerantur, aut omisit aut ita circumcidit, ut nisi duo uel tria nomina non adferret. contra haec diligentius expressa sunt a Cypriano. probe enim intellexerat Uictor, quam absurdum esset talia nomina, quae horridum Romanis ac pueris etiam ridiculum sonarent, cumulare. atque eadem de causa, quod puerorum in usum hoc carmen composuerat, omisit ea, quae Gen. 19, 31 sqq. de Lothii filiabus narrantur, etsi mentionem fecit turpis libidinis Sodomitarum, ita tamen, ut excusaret sese, quod talia proderet (III, 695 sqq.). ceterum dum breuior esse laborabat, factum est, ut interdum obscurior fieret. ueluti quod II, 498 dicit nigrum speculatorem ab arca missum esse is demum intelleget, qui ex Moysis libro rescierit de coruo sermonem esse. ac nimia breuitate laborat de Melchisedeche sacerdote narratio III, 464 sqq., quo loco debebat Uictor diserte panis et uini ab illo oblati mentionem facere. quamquam talia excusanda sunt eo, quod pueros scripturam sanctam edidicisse persuasum habebat. contra haud pauca de suis addidit, quae ad res singulas explicandas requiri uidebantur. in quibus uel maxime id memorabile est, quod ad Caini culpam illustrandam protulit II, 221 sqq. nec minus commemoratione digna sunt, quae paulo post (314 sqq.) leguntur de Syro Caino orto. quamquam num genuina sit scriptura *Syrum*, uel maxime dubitari potest. fortasse aliud latet nomen proprium atque ingeniosa est Petschenigii coniectura *serum* commendantis. ceterum etsi sumimus Lamechum (Gen. 4, 23 sq.) significari, tamen hic locus obscurissimus est neque quisquam

---

[1]) Cf. quae ipse dicit I, 144 sqq.:

Hinc iam fas mihi sit quaedam praestringere, quaedam
sollicito trepidum penitus transmittere cursu,
mutata quaedam serie transmissa referre.

Lamechum occisum esse aut timore exanimatum periisse testis est nisi Uictor.[1]) in primis autem id egit, ut longioribus digressionibus, quibus liberius exspatiandi campum nanctus quae in ipso esset facultas poetica ostenderet, legentium animos adliceret atque teneret (I, 405 sqq., II, 90 sqq., III, 109 sqq.).[2]) atque his carminis sui partibus, in quibus altius adsurgit et quasi impetu diuino calescit, se re uera ingenio non mediocri ornatum ac poetae nomine non indignum esse comprobauit.

Ceteros autem poetas christianos, qui ante eum uel simul cum eo uixerunt, quin legerit Uictor, quamquam non dubito, tamen expressisse eum illos imitando nullis, quae quidem pro certis haberi possunt, indiciis confirmatur. nam eius modi locos, quales sunt Iuuenci Euang. I, 356 M. *caeli septemplicis:* Al. II, 190; II, 48 *rabidum . . furorem,* quo loco Marold male *rapidum* scripsit: III, 293; II, 215 *caeli . . ab aula:* Pr. 96; II, 226 *uitae . . perenni:* Pr. 90; IIII, 184 *praemia seruans:* I, 319; IIII, 262 *labe malorum:* II, 43; IIII, 465 *genitalibus aruis:* II, 7; IIII, 479 *lucisque repertor:* Pr. 20;[3]) Prudentii Apoth. 937 *culparum adspergine:* III, 77; Ham. 78 *et tribus una subest mixtim substantia rebus:* I, 7; Per. II, 363 *legifer:* Pr. 106; XI, 218 *maiestate potens:* I, 9 atque adeo Cath. V, 118 sq. *cinnama spirant:* I, 236, cuius loci maior est similitudo, Paulin. Nol. XX, 271 *et uirtute potens:* I, 40, quamquam hi loci plus minusue concinunt, tamen, donec grauiora accedant argumenta, nihil quod certum sit efficitur.

In uersibus pangendis, si caesuras clausulas synaloephas ceteraque spectas, ita uersatus est Uictor, ut ei artem elegantiamque defuisse non possis contendere. qua de re uide quae in indice rei metricae exposui. haec cum ita sint, mirandum profecto est eum, doctum ut ea aetate hominem rhetoremque, cuius erat pueros instituere et ne similes committerent errores monere errantesque castigare, locis aliquot turpiter leges metricas

---

[1]) Alios locos congessit Ebert l. c. p. 354.

[2]) Cf. Ebertum l. c. p. 355.

[3]) Similius est, quod (Tertull.) C. IIII, 2, 2 legitur *profundae lucis origo.*

uiolasse. quod si ipse in Precatione 119 sqq., si qua eius modi uitia commisisset, ueniam petiit his uerbis:

quodsi lege metri quicquam peccauerit ordo,
peccarit sermo inproprius sensusque uacillans —
incauto passim liceat decurrere uersu —,
ne fidei hinc ullum subeat mensura periclum,

ad hanc rem explicandam nihil aliud proferre possum nisi quod paulo festinantius eum hos libros conscripsisse atque in publicum edidisse suspicor. sed quo facilius intellegatur, quibus rebus Uictor ab optimorum poetarum usu recedat, quamquam haec omnia in indice rei metricae secundum singula genera disposita enumeraui, tamen accuratius de eis disputandum esse uidetur. primum igitur quod syllabas breues uocalibus terminatas in arsi produxit I, 181; III, 658. 670, non magni facio; nam talia quale est *arcanā* apud alios quoque eius aetatis scriptores leguntur. ac *dira qua,* si quidem sana est haec scriptura, et *claraque* excusantur natura uocalis *u,* quae tamquam consonans pronuntiabatur, cuius usus multa in indice congesta habes exempla. neque notabo *Āponus* III, 736; *Sȳrus* II, 315 autem plus quam suspectum esse supra diximus. at foeda sunt *uīrescere* I, 91, quod coniciendo exstirpari non potest, II, 287 *părentibus,* quo loco, si *se neue* scribis, anaphora tollitur. de *mīseriis* I, 518 dubitari potest; certe Petschenig *labori, uiue ministeriis* restitutum esse uolt; uersus I, 111 aperte corruptus est; III, 762 fortasse *iam graditur* scribendum. ueniamus ad syllabas longas in uerbis ultimis correptas. qua in re talia qualia sunt aduerbium *ună, quadragintă,* aduerbium *unicĕ, carŏ, nemŏ, ergŏ* similiaque in indice enumerata non notabo; nam haec meliorum poetarum christianorum, partim etiam antiquorum usu defenduntur (cf. Mueller p. 338 sqq.)[1]. atque adeo illud *utĭ* III, 192 eodem modo excusare licet. sed pessima sunt *primă* III, 436, *dissimulată* III, 712, quae uitia quin scriptori

[1]) Idem ualet de uocabulis *herĕs, tellŭs, nefăs,* cf. Mueller p. 342. neque *Thărăn* III, 321 prorsus carebit excusatione, si ea respexeris, quae a Muellero l. c. de syllabis *as, os, on* correptis exponuntur.

ipsi tribuenda sint, dubium non est. denique non tam grauiter reprehendam *ĭdem* (ὁ αὐτός) Pr. 9 et *obēdire* I, 341 quam II, 107 *flōret,* I, 382 *recēpisse,* quod si mutaueris cum Morelio in *cepisse,* uis huius loci haud leuiter infringitur.[1]) memorabilis quoque est synaloepha *fidei hinc* Pr. 122, quam uitare potuit Uictor, si genetiui forma 'fide' uti maluisset. sex igitur fere habemus locos certis uitiis iisque grauissimis inquinatos, quibus quominus corrigendo consulamus, eis, quae poeta ipse dicit, impedimur.

Alethiam neque apud multos laudem consecutam neque studiose lectitatam esse inde colligitur, quod praeter Gennadium nemo eius mentionem fecit. atque is quamquam communis si non patriae, at domicilii uinculo cum Uictore coniunctus ita de hoc carmine statuit, ut potius uituperaret id quam laudaret. qui autem postea uixerunt poetae, num omnino et quatenus respexerint Alethiam, haud facile diiudices. recte intellexit Brandes Precationis locos aliquot imitatum esse Paulinum Pellaeum (cf. p. 334). qua in re memorabilis est ante omnes Euch. 107 *per lubrica tempora uitae:* Pr. 80; accedunt Euch. 55: Pr. 105; 132: 89; 366: 16; 519: 101. quae uero ex Sedulio proferri possunt imitationis exempla satis tenuia, ueluti Pasch. Carm. I, 122 sq. *in statuam . . salis . . conuersa:* Al. III, 757; II, 38 *rerumque creator:* II, 42; II, 189 *prostratus adores:* III, 589, non eam uim habent, ut nobis persuadeatur. alia res est in Alcimo Auito. quem si quis forte multis locis Alethiam ante oculos habuisse putauerit,[2]) id eo explicatur, quod Gagneius in interpolando eo potissimum usus est scriptore.[3]) sunt tamen profecto quaedam, quae congruere uideantur, ueluti III, 158 *fida satis:* Al. I, 515; IIII, 121

---

[1]) Quod legitur I, 404 *dŭcens* diu oblocutus tandem concessi Petschenigio corruptum esse atque eo auctore *docens* restitui. sed si uera esset illa scriptura, mendum remoueri posset uerbis sic transpositis *ducens per cuncta.*

[2]) Cf. ea quae disputauit M. Manitius Eph. gymn. Austr. XXXVII, 245 sqq.

[3]) Sic quoque Tertulliani et Dracontii carmina in usum suum conuertit. conferas uelim Tert. I, 9, 54 *caelesti . . in aula:* I, 170 *G*; I, 2, 8: *sperans se posse latere:* I, 436; Drac. I, 463 sq. *uenenum inuidiae*: II, 184; II, 397: *impia gens hominum:* II, 272; II, 586 (628) *crescentibus annis:* II, 254.

discordia linguae: III, 260; 297 *spoliatae robore:* II, 423; 565 *petit aëra pinnis*: II, 524; 602 sq. *uultus* .. *contineant elementa suos:* III, 30; 607 sqq. *ducite securum* .. *aeuum* .. *fecundo semine prolem spargite:* III, 27 sq. paulo plures etiam iique aptiores ad persuadendum in Dracontii carmine de deo leguntur loci conspirantes, ueluti I, 175 *tot permiscentur odores:* Al. I, 246; I, 197 *uer ibi perpetuum communes temperat auras:* I, 228; I, 377 sq. *nam posset et illam puluere de simili princeps formare puellam:* I, 374; I, 381 sq. *subducitur* .. *costa:* I, 363; I, 461 *pectore uipereo* .. *uenenum:* I, 419; II, 365 *gigantum moles:* II, 364; II, 413 sq. *caespite cocto pinguis* .. *glaeba soluta:* II, 166; II, 531 *numquam satiabilis:* II, 475.[1]) sed utut est, id certe constat paucos mediae aetatis homines id carmen cognouisse neque saepius eis temporibus illud descriptum esse, cum unus tantum uel, si Gagneio fidem habere uis, duo libri ad nostram memoriam peruenerint.

Sed iam quam rationem secutus sim in hac editione adornanda, exponendum est. cum libro Turonensi unico in recensendo fonte utamur, omnes eius scripturas etiam leuissimas in commentario proposui singulis manibus diligenter distinctis. in textu constituendo scripturas traditas quantum fieri poterat tueri atque explicare studui, cuius explicationis quam breuissime rationem dedi in indice. locos sine dubio corruptos emendando restituere conatus sum. qua in re adiutores mihi extiterunt M. Petschenig et G. Brandes. atque alter iam ante annos aliquot coniecturas de locis quibusdam mecum communicauerat; nunc plagulis perlustratis denuo non paucas easque egregias contribuit emendationes. alter itidem dum plagulas percurrit, non solum uersus quosdam recte constituit, sed etiam multos similes poetarum antiquorum, in primis Uergilii atque Ouidii locos indicauit. his igitur iam grates debitas persoluo, simulque E. Haulero, cuius operam in libro Parisiensi iterum excutiendo

[1]) Cf. Rusticus Helpidius de Christi benef. 6 *conseruant elementa uices:* Al. III, 30; Paul. Petr. II, 317: *uix mente recepta:* Al. III, 711. ex Corippo enotauit Manitius (Eph. gymn. Austr. XXXVII, 100) Iohann. IIII, 558 *latos* .. *densissima campos:* Al. III, 65.

collocatam iam supra laudaui, M. Manitio, uiro in poetarum Latinorum lectione studiosissime uersato, qui adhibita, quae ei sola praesto erat, editione Migneana, ex poetis illis et antiquis et recentioribus permultos locos, qui cum Uictoris uerbis congruere uidebantur, in usum meum enotauit,[1]) denique G. Laubmanno, bybliothecae Monacensis praefecto, et H. Tillmanno, eiusdem bybliothecae custodi, qui me libris consultis subministratisque liberalissime adiuuerunt.

[1]) His copiis ita usus sum, ut eos locos, qui mihi apte comparari posse uidebantur, coniunctos cum eis, quos Brandes indagauerat quosque ipse reppereram, aut uerbis ipsis adicerem aut in hoc prooemio proponerem aut denique in indice suis locis adscriberem.

CONSPECTUS NOTARUM.

Scripturae, quibus nota adiecta non est, sunt manus principis; ceterae manus litteris *m*², *m*³, *m*⁴, *m*⁵ significantur.

G editio Gagnei.

M editio Moreliana (eis locis, quibus et in Gagnei et in Morelii editione uera scriptura restituta est, illius tantum nomen adposui).

B et *B*² manus prior et altera in margine exemplaris editionis Morelianae, quod est in bybliotheca Bodleiana, insignitum hac nota: Auct. S. V, 30.

stellula significatur unius litterae rasura.

PRECATIO.

Summe et sancte deus, cunctae uirtutis origo,
omnipotens, quem nec subtili indagine rerum
mentibus humanis sensu conprendere fas est
et nescire nefas; nam te ratione profunda
in tribus esse deum, sed tres sic credimus unum,
ut proprias generis species substantia reddat
indiscreta pio conseruans foedera nexu:
tu sine principio, pariter sine fine perennis
solus semper idem nullique obnoxius aeuo,
tu spatium rerum, mentis quocumque recessus
tenditur, excedis spatio neque cingeris ullo;
nec te qui capiat locus est cum rebus alumnis,
nec magis ipse locus; nec fas contingere menti,
quae sit imago tibi, quia fine coercita nullo
forma fugit sensus, uel qui uirtute beata
te uegetet motus, quia totus semper ubique es:
tu mens et sacrae penitus substantia mentis,
tu ratio et plenae prudens rationis origo,
tu uirtus, uirtutis apex atque ipsa profecto
tu uita et genitor uitae lucisque profundae,

INCIPIT PREFATIO UEL PRECATIO AD $\overline{\text{DNM}}$ MARII· | UICTORIS (s *eras.*) ORATORIS MAS SILIENSIS 2 suptili 3 comprendere *G* conprehendere 4 Et (*in ras., fuit* Me) 5 tribus* (s *in ras.*) 7 foedera *G* foedere 8 perennis *G* perennes 10 recesus 11 excedis *G* excedes 13 contingere (*post* n *et* i *parua ras.*) 14 imago (i *in ras. litt.* m) 15 sensus (sus *in ras.*) 16 ubique (bi *in ras.*) 17 penitus (i *s. u.*)

tu lux uera, deus, tu rerum causa uigorque.
a te principium traxit quodcumque repente
ex nihilo emicuit tantoque auctore repletum
uel uim mentis habet uel formam in mente recepit.
te dominum natura probat seruata caducis
partibus et iussam seriem datus ordo fatetur:
tu dociles numeros distinguens, pondera librans,
mensuras uarians, modulos motumque gubernans
alternas seruare uices iugemque recursum
rerum stare iubes et mentis imagine plenum
aethere mota tibi iam saecula uoluere mundum.
tu non contentus uno dotare creatum
munere, quicquid id est, quod per te uenit in usus:
et plus est aliquid factum melioraque cuncta
qua sunt parte latent et per se grata placere
interior quoque causa facit: nonnulla uigorem
ex aliis acuere suum: contraria quaedam,
si certent, plus pacis habent. sic omnia diues
conditor aduersis etiam cognata elementis
nectis et a toto fusis uirtutibus imples.
et tamen haec cum sint in maiestate creandi,
nil horum quae gignis eges mundique peracti
et per te stabili rerum conpage manentis
non tibi currit opus promptumque in munere nostro est.
omnia posse tuum: nec in hoc tua gloria tantum est,
quod praestanda facis bonus auctor, sed quod et ipsa
ut possint praestare facis causasque secundas
inuoluis primis, quod qui tua munera sentit
munus et ipse tuum est. liquida ratione probasti,

24 recepit *G* recipit 25 natura (u *s. u.*) 26 P∗artibus (r *eras.*) datus *G* datis 27 Tu (T *ex corr.*) distinguens *G* distingues 29 alternasi seruare 30 stare (a *ex* re) iubis plenum 31 aethere *ego* Et dere mota (mo *in ras.*), nota *G* 32 creatum *M* creatam 34 *fort.* set 37 acuere *M* cauere 38 *fort.* certant 40 imples (s *ex* re) 42 egis 43 conpage (ge *in ras.*) manentis *G* manentes 44 promtumque 46 p̃stânda (p̃ *in ras.*) facis (m² *ex* ficit) ipsa *G* ipsũ 47 ∗Ut possint *G* possis secundas *M* sequendis 48 inuoluis *B* Inuoluens 49 tũu *(m² in ras.)* est *(s. u.)*

quod tibi sola, deus, gigni qua cuncta iuberes,
causa fuit bonitas, cum iussis uiuere primum
spiritibus mundoque frui, quem mente gerebas,
esse datum rebus subitis et cedere late
in caelum terrasque simul sedemque coruscam
angelico praebere gregi. quis libera corda
arbitriumque sui largitus mente benigna,
ut fieret uirtutis opus meritisque piorum
hoc quoque conferres, praestando ut debitor esses.
nec quod de primis a te regnare creatis
unus, dum lucis domino uitaeque suoque
inuidet auctori titulumque hunc appetit, auctor
maluit esse mali mortemque inducere terris
cum scelerum sociis celso deiectus Olympo,
uirtuti quicquam sacrae praescribere fas est,
cui satis est fecisse bonum: nec fas erat ulli
munus abesse dei laudisque hoc continet almae
summa, nec ingratis uitam sensumque negasse
ac proprium mentis per cuncta negotia regnum.
nam quis fructus inest, genitis nisi libera mens est?
libera mens prorsus nulli est, nisi fas pereundi est.
fas hoc esse datum nisi peccans nemo probasset.
huc addam, quod cuncta sui diuersa uicissim
examen conlata tenent atque inde perire
posse datum cunctis, ut uiuere dulcius esset
mutuaque alterni conpar mensura pericli
cederet ad meritum, cum iudice digna seuero
praemia sanctorum geminaret poena malorum
uel quod — praefata fas sit dixisse trementi

50 iuberes *G* iuberis 51 iusisis (i *alt. eras.*) primum*** 52 Spiritibus ***** (mundo *uel* mundi *eras.*) frui (r *ex corr.*) 53 cedere *ego* credere 55 *gregi 58 conferres (r *alt. s. u.*) 59 creatis (a *s. u. m*²) 61 hunc *G* unc apetit 62 terris (i *ex* e) 63 celso (o *ex* is *m*²) 66 absesse (s *pr. eras.*) continet (i *ex* e; -& alme *in ras.*) 68 Ac proprium . . 69 mens est *in ras. litt. paulo minoribus* 70 Libera . . 71 esse datum *in mg. inf. signo ẏ. et hic et supra adscripto* 72 huc *M* Hunc uicissem 73 Examen (x *in ras.*) perire (erir *in ras.*) 77 poena (e *ex* i)

pace tua, genitor — maius sit forsan apud te
non peccasse boni per lubrica tempora uitae
quam miseris peccasse mali. sed uiderit ista
maiestas ut sese habeat censura futuri:
hoc nobis satis est, quod per te nobile terrae
inspirans rationis opus de puluere uili,
ut domino ingratum talis quoque uinceret hostem,
erexisti hominem, quem saeui fraude ueneni
in mortis laqueos et ad impia Tartara raptum
sanguine mox proprio, dignatus sumere corpus,
sedibus ex Erebi cura maiore petitum
restituis quam factus erat uitaeque perenni
reddis et in caelum tecum uehis hoste subacto.
iamiam nemo patrem temerarius arguat Adam,
quod leue praescriptum uiolata lege resoluens
ad letum patefecit iter. poena illa parentis
prima fuit tanti, quia plus est uincere mortem
quam nescisse mori. patria nunc laetus ab aula
despicit aetherios axes et sidera calcat
dispositosque uocat uentura in regna ministros,
quos iterum formauit aquis docuitque renasci,
quae totum genuit, patris sapientia uerbi.
in quo te, deus alme, precor, qui numine prono
das sentire animis et uerum pectora cogis
ignaro quoque uate loqui, da nosse precanti,
dum teneros formare animos et corda paramus
ad uerum uirtutis iter puerilibus annis,

87] Uerg. Aen. VI, 543 ad impia Tartara. 96 *sq.*] *cf.* Uerg. Ecl. V, 56 *sq.* 98] Uerg. Aen. VII, 256 generum . . in regna uocari.

79 genitor (*s. u.* m^2) 80 *sq.* bonum . . malum *G* 82 censura (sur *in ras.*) futuri (ri *in ras.*) 83 te *(s. u.)* 85 talis *M* tales 90 *sq.* restituis . . reddis *G* restitues . . reddes 94 letum (e *ex* o m^2) iter (*in ras.* m^2) parentis *G* parentes 96 letus *(in ras.* m^2*)* aula *G* aulo 97 Despicit *B* Dispicit (D *ex* Q) 98 ministros (ini *in ras.; fuisse uidetur* magistros) 99 formauit *G* formabit 100 In *(eras.)* Quae patris *B* patri, patrii *Petschenig* 101 quos (s *eras.*) 102 das sentire *G* Disentire uerum *M* uirum 103 precanti (n *s. u.*, t *ex* c) 105 uerum *M* uero; uerae *G*

inclita legiferi quod pandunt scrinia Moysis,
quae sit origo poli uel quae primordia mundi,
arcanamque fidem qui toto excusserit aucta
pestis et in mores penitus descenderit error,
quaque iterum redeat uerum ritusque profanos
pellat et aeternae reseret sacra mystica uitae.
da simul et mentem, da congrua tempora menti,
da studium, tanto ne desit cura labori,
successumque bonum studii quodque omnia uota
iure supercurrit ualidoque includit amictu,
ne damnes, tantum quod tam reus audeo munus.
criminibus cunctis, quae feci, ignosce benignus;
et uires sensumque animis meritumque dedisti.
quod si lege metri quicquam peccauerit ordo,
peccarit sermo inproprius sensusque uacillans —
incauto passim liceat decurrere uersu —,
ne fidei hinc ullum subeat mensura periclum,
per Iesum Christum, qui filius unice tecum
maiestate uigens pariter qua spiritus almus
indeprensa animis saeclorum saecula uiuit
et regnat, sollemne tibi quod consecrat Amen.

106 legeferi (l *ex* g m^2) 107 primordia (dia *s. u.* m^2 *ut uidetur*) 109 descenderit *ego* discesserit error (r *pr. s. u.*) 110 quaque *ego* quaue 111 pellat *M* Pellet 112 tempora *G* tempera 118 *fort.* en 119 quicquā (ā *ex* id) 120 improprius *G* inpropriis uacillians (ci *s. u.* m^2, i *alt. eras.*) 122 ne *ego* nec 123 unice *M* unica 125 indeprensa *M* Indeprehensa saeclorum (ec *in ras. ex* ecu) in saecula *G* 126 consecra FINIT PRECATIO CLAUDI MARI. UICTORIS ORATORIS | MASSILIENSIS.

ALETHIAS

LIBER PRIMUS.

Ante polos caelique diem mundique tenebras,
ante operum formas uel res uel semina rerum,
aeternum sine fine retro, sine fine futuri
esse subest cui semper, erat deus unus, apud quem
uiuebat genitus uerbum deus et simul almus
spiritus, arcani uitalis summa uigoris.
una trium quo se uegetans substantia nexu
ingenita ⟨sese⟩ semper uirtute beabat
regnabatque potens, in maiestate creandi
iam res et causas rerum casusque futuros
et facienda uidens gignendaque mente capaci
saecula dispiciens et quicquid tempora uoluunt
praesens semper habens. inmensum mole beata
regnum erat ipse suum, regni nec teste carebat,
uirtus trina deus, qui primum semine nullo
corpora dans rebus, dum res existere cogit,
ut nostrum faceret munus, quod solus habebat,
solus norat opus, ditem absoluentia mundum
cuncta simul genuit, sed partibus edita certo
limite distinguens speciali protulit ortu,

4 *sq.*] euang. Ioann. 1, 1. 19] Eccl. 18, 1 creauit omnia simul.

ALETIAS 6 Spiritus (itus m^2, n*** m^1) arcani *G* accarni (ac *in ras.* m^2; ni *in ras.*), aeterni *M* uitalis (ta *ex* ue) 7 uegitans 8 ingenita *M* Ungenita sese *h. l. ego, post* semper *M* 9 Regnabat quae 10 casusque (u *pr. ex* i m^2) 11 gignenda quae 13 habens *G* habes 14 regni (*in ras., fuit* gregni) 16 dans (a *ex* ie?) exsistere 17 nostrum (n *ex* o)

motus ut in seriem iam tempora conderet ordo.
nam nec, sacrilegi sensit quod lingua furoris,
casus mentis inops, dum nescia semina uoluit,
tam prudens contorsit opus, nec dicere natum
ante diem fas est, quia tempore nata mouentur
et nullum tunc tempus erat, neque credere retro
aeternum ac stabilem semper tenuisse uigorem;
nam quod corporibus constat coepisse fatendum est.
corpus enim, quod plaga terit, quod tempora soluunt
atque abolent ipso, qui tendit in ultima, fine,
principium ostendit, quod quae sortita probantur
aut facta credi par est aut nata putari.
nam quae nascuntur cum tempore mota ferantur,
tempora post mundi molem currentia nasci
quod prius est et corporibus constare necesse est
non potuisse probant, fieri potuisse fatentur.
factum igitur constat mundum, quod quisque subactus
annuit et uero conuictus dogmate credit;
concessit fecisse deum, qui numine uerbi
et uirtute potens quicquid natura putatur
disposuit, iussit, monuit munusque creatum
succiduis uicibus semper fugitiua reformans
sustinet ac uolucrem retrahens circumrotat orbem.
et si maluerit totum dissoluere raptim,
esse adimat rebus nec solum hoc esse, sed ipsum
praeteritis tollat qua scit ratione fuisse.
pro uis quanta patris, pro quanta est gloria uerbi!
    Quis modus in toto, quae summa in munere, cuius
excelsi conuexa poli terraeque iacentes

49] Uerg. Aen. I, 224 terrasque iacentis.

21 motus ut (s u *in ras.*) 22 lingua *G* digna, dogma *M, u. u. 38; sed cf. Ouid. Rem. Am. 367* 23 nescia *G* nesciam 25 tempore *G* tempora 28 corporibus (ori *in ras.*) 29 plaga terit *G* plagat erit soluunt *G* soluant 30 abolent *G* obolent 31 Principium (ci *in ras.*) ostendit (d *ex* cl *m*²) 33 ferantur *Petschenig* feruntur 35 constare necesse (are n *in ras.*) 36 potuisse (i *ex* e) 37 subactirs 39 concedens *G*, concedit *M* uerbi *G* uerbo, *cf. 89* 45 ademat esse *B* est (est sed et *M*) 47 patris (t *s. u.*) 48 cuius (u *alt. s. u.*) 49 terrequeque (que *alt. eras.*)

pars prima est operis? sed terras texerat aequor Gen. 1
aëraque in medio sordenti nube madentem
umbra poli densis urguebat caeca tenebris.
et sacer extensis impendens spiritus undis
altrices animabat aquas ac semina rerum
nondum compositis fundenda ad germina terris
insinuanda dabat, cum lux inmissa superne Gen. 1
emicuit cogente deo discretaque nigrum
umbra peplum retrahens summo discessit Olympo
et medias obiecit aquas fugiensque sequentis
mox pos terga fuit. nomen sic meta diei Gen. 1
inposuit lucis spatiis mundoque refusam
noctem intercisae parilem fecere tenebrae.
  Rursum mane nouum: primo iam uespere pulso
reddita lux nituit, cum se firmissima moles Gen. 1
fluctibus a mediis concreto corpore tendens
extulit et duro late solidata rigore
diuisas suspendit aquas gelidumque profundum
axibus obiecit calidis seque aequore saepto
nixa superfudit rebus, quas circite uasto
clausit et antiquum spoliauit nomine caelum. Gen. 1
forsitan hic aliquis sic secum errore perito
disserat: aetheriis ne desint pabula flammis
et nimius calor ima petens alimenta sequendo
exurat mortale genus caelumque coruscum
non possint terrena pati, subiecta deorsum est
machina firma poli, quae, dum nos protegit umbra,

58] Uerg. Georg. I, 450 decedit Olympo, *cf.* Aen. XI, 726 summo .. Olympo 63] Uerg. Georg. III, 325 mane nouum 67] Ouid. Her. XVIII, 89 gelidi .. profundi.

51 madentem (m *alt. in ras.*) 52 Uumbra (u *eras.*, m *ex corr.* m^2) densis urgebat B^2 densi surgebat 53 impendens *G* impedens spiritus (iri *in ras.* m^2) 56 dabat *G* dabas supernae 57 deo *G* dño 58 peplũ (ũ *in ras.*) 59 obiecit *Petschenig* subiecit 60 fuit *ego* fugit 61 luces 63 Rursum *(mai. litt. in.)* 64 firmissima (f *ex* r) 65 e mediis *G* 66 latae 68 *seque (e *eras.*) septo 72 ne *G* nec flammis (mis *in ras.*) 75 posint 76 poli quae *G* polique

et uelatur aquis. tales sed quaerere causas
mens fuge nostra procul: plus sit tibi credere semper
posse deum quicquid fieri non posse putatur.
et magnum pelagus super astra et sidera ferri
ipsorum ratione proba, qui credere nolunt
et mundum pendere uolunt, quem conditor ipse
inconprensibili semper ratione gubernans
gestet et inmenso constantem pondere uoluat.
Tertia lux tumidos stupuit discedere fluctus, Gen. 1, 9
cum deus inpulsis reliqui iam gurgitis undis
aëriis magnum spatiis patefecit inane.
arida tunc primum mundi pars ima retectam Gen. 1, 10
ostendit faciem tremefactaque numine uerbi
caerula nudatas cinxerunt aequora terras.
quas uario raptim iussas uirescere fetu
luxuriosa nouo texerunt germina limo Gen. 1, 11 sq.
et rudis e tenero prorumpens caespite laetis
iactauit se silua comis ac frugibus ipsis,
quaeque ferens proprium semen, testata satorem est.
Iam tribus exactis motu succensa citato Gen. 1, 14
in flammas ignisque globum se cogere iussa est
solis prima dies fundataque semina lucis Gen. 1, 16
puniceos roseo sparserunt fomite crines,
lunaque, noctis honor, proprio seu lumine fulsit
seu ueniente globo radios percussa refudit,
inferiore uia soli subiecta pependit,

87] Uerg. Ecl. VI, 31 magnum per inane; *cf.* Lucr. I, 1018, 1102.
97] Uerg. Georg. I, 473 Flammarumque globos.

77 et *Petschenig* sed talis 78 fugae 80 pelagus *G* pelagis et sidera *s. u.* 81 qui *s. u.* 83 incomprensibili *M* inconprehensibilis 85 *III in mg. m*¹ Tertia (*mai. litt. in.*) tumidos *G* timidos, *quod defendi non potest u. 89* 86 impulsis *G* inpulsit 87 aeriis *G* aereis magnum *G* magnis̄ 88 retectam *G* retectum 89 quae nomine, *corr. G* 91 iussas *G* iussus uirescere *M* ueriscere fetu *G* foetum 92 Luxoriosa germine *G* germino limbo *Petschenig* 93 prorupens cespite frugibus ipsis 96 *IIII in mg. m*¹ 97 globum (um *ex* im) 98 Solis (*mai. litt. in.*) 100 seu *M* se 101 radios *G* radius

astraque distinctis mundum pingentia zonis
floribus aetheriis uarios uibrare colores
et magis ornatis caelum splendere tenebris
caerula nox stupuit, rutilis dum spicula flammis
fusa micant urguentque alacres noua sidera iactus.
quae iubar obducit radiis lucisque profundae
quadam nocte tegit signataque limite certo
tempora dissiciens, certa statione peracta
praecipitisque poli numerosa †uice redire,
ire semel iussum, reuolutum conficit annum
artificemque sacrum mira compage fatetur.
Quinta dies mouit spirantia corpora ponto, Gen. 1, 20
quae liquor ex facili genuit sparsitque profundo,
delicias pelagi, uario quas germine miris
formauit natura modis, quae iussa creare
pro toto partes etiam sibi uiuere rerum
cogit et in brutas animam dedit ire figuras,
quaeque salis tumidi squalentia gurgite terga
nullo fine leuent molli differta sagina,
ni uelox uastis praescribat terminus aeui.
corporibus fauet ipse liquor genitalis alumnis,
qui terrae quoque germen alit cumulataque membra
dissoluit potius, quae plus extenderat umor.
hinc uolucres quoque, molle genus, traxere uigorem.
dum liquidas conformat aquas inmissaque pontum
uita subit, feruent iterum tumida aequora partu

104] Uerg. Georg. I, 452 uarios errare colores. 120] Uerg. Georg. IIII, 13 squalentia terga.

103 pingentia (a *ex* u) 106 spicula *G* picula 107 alacris 108 obducit (du *in ras.*) lucisque profundae (isque p *in ras.; fuit* ***f *uel* s) 109 signataque limite (que l *in ras.*) 110 disseciens *ex* d**ecans statione (one *in ras.*) 111 Praecipitisquàe (squ *in ras.*) nomerosa uice redire *corrupta; temptabam* ⟨cum⟩ uice retro; redire *ex* ire *(u. 112) ortum esse uidetur* 112 iussum *ego* iussus (u *pr. ex* a m^2) 114 V *in mg.* m^1 Quinta *(mai. litt. in.)* corpora (p *in ras.*) 115 liquor (liqı *in ras.*) profundo *ego* profundum 119 cogit et *B* Cogitet 124 comulataque 125 *fort.* penitus quae *ego* qui 126 uolucris 128 feruent iterum *ego* feruenti tetrum

non sibi feta suo, iamiamque emissa profundo
squamea turba salo summas dum surgit in undas,
quae uolitabat aquis, sensim natat aëre puro
et docet aetherios contingere posse recessus
hoc animal, nitidis quod rursum nascitur undis.
Iam bis terna dies claro radiabat Olympo Gen. 1, 24
tertia post calidi genitalia munera solis,
iamque tepens tellus grauidos laxauerat artus,
cum maiora agitans iussit deus edere terram
omne animal, ratio uegetat quod sola mouendi,
cui seruire datum quo rerum postulat usus.
nec mora: prorumpunt fetis uitalia terris
pignora, quaeque sui generis sortita figuras,
indiga iam domini, quem propter cuncta parauit,
qui solus potis est etiam facienda creare.
Hinc iam fas mihi sit quaedam praestringere, quaedam
sollicito trepidum penitus transmittere cursu,
mutata quaedam serie transmissa referre.
postquam cuncta datus generatim protulit ordo,
quae mandante deo tum plenus mente parentis
filius omnipotens faceret sanctusque probaret
ueris plena bonis et multa dote referta
spiritus ac longam in seriem mansura foueret,
causa datur mundo propior, cui iusta uicissim
causa prior. iam mundus erat, iam sidera et ortus
aetheraque et uitreum pelagus terraeque uirentes:
ni spectator adest, quem tantae gloria molis

134] Uerg. Aen. IIII, 268 claro . . Olympo. 136] Uerg. Aen. V, 857 laxauerat artus.

129 foeta iam *alt. s. u.* 130 Squa*mea (b *eras.?*) summa*s (n *eras.?*) 131 uolitabat *M* uolitabit semsim 134 VI *in mg.* m^1 Iam bis terna *G* Ta-m *(mai. litt. in.;* m *ex* n) sterna 136 tempens 138 uegitat 140 foetis 142 indiga *M* Indigna 143 creare *M* recreare 144 Hic *G* perstringere *G* 146 seriae 148 tum *ego* cum parentis *M* parentes 149 sanctusque *M* sc̃osque 152 propior *B* proprior uicissem 153 erat, iam *M* erat nam 154 uitreum (r *post additum)* uirentis 155 spectator *G* spectatur molis (l *ex* d) **** *(scriptum fuit fort.* erat)

impleat atque oculis auidum per singula ducat,
quid possint conferre deo? possessio nulla est,
si rerum possessor abest. tunc rector Olympi
'stat data summa operi, bona sunt quaecumque creaui.
nunc hominem faciamus' ait, 'qui regnet in orbe Gen. 1, 26
et sit imago dei. similem decet esse creanti,
liber ad arbitrium fruitur qui mente creatis.'
dixerat haec et factus homo, seu corpore toto
siue anima ac specie, forsan quo more futura,
quo facienda facit, quo factum semper habebat
iam prope ⟨prae⟩terito quod nondum accesserat aeuo.
et mox praepositum rebus cum coniuge iussit
crescere per subolem terrasque replere uacantes. Gen. 1, 28
iam bene sic dicente deo natura creandi
inposita est cunctis, quae per se uiua mouentur.
  Septima lux magnum uidit cessasse parentem, Gen. 2, 1
sed generum numeros tantum desisse creare
et requiem tenuisse suam, meritoque sacrata est, Gen. 2, 3
diuersum quae uidit opus; namque hoc quoque plenum est
uirtutis cessasse deum, posuisse labores.
formam progenitis, qua praemia digna pararent,
bis ternis satis est dominum spectasse diebus:
septima lux docuit ueneranda exempla quietis,
quam sperare iubet populos pro munere uitae
semper post operum tribuendam facta piorum.
haec quoque lux illa est, dira qua Tartara Christus
soluit et euicto reditum patefecit Auerno,
dum requiescit humi patriam rediturus in aulam.
sic cessare deus, sic otia sumere nouit,
plus ut agat cessans. pariter sine fine quiescens
ac sine fine operans seriemque et tempora miscens

160 regnet *G* regnat 161 creanti (t *in ras. ex* d) 165 quo factum *G* quod factum 166 praeterito *ego* terito; pro praeterito *M* 168 sobolem 169 iam *Petschenig* nam 170 cunctisque 171 VII *in mg. m*¹ Septima *(mai. litt. in.)* 174 diuersumque 176 qua *ego* quam 178 uenerandae *G* 179 quam (a *ex* e *m*²) populos *B* populus 180 tribuendam *B*² tribuenda 181 dira *ego* dirum (*fort.* in qua, *quod ci. quoque Petschenig*) 185 agat *G* agit

cessando consummat opus, quodcumque crearat,
ut faciat primumque hominem iam corpore donet,
qui postremus erat — nam causas condere rerum
non quod membra dare est —, seu, cum sic septima currat,
ut maneat quoque sexta dies, quia sexta profecto
hoc quod prima deo est, praesto omnia semper habenti,
quae nobis fugiunt, post quaeuis tempora summus
auctor adhuc hominem sexta sic luce figurat,
siue, ut nos merito rebus praestare creatis,
quos facit ipse manu, doceat, manifestius edit
nunc quod factus homo est solidoque hoc intimat orbi:
'omnia quaeque mouent anima generata iubente,
uos operante deo.' tanto quis digna parenti
laudis sacra ferat, qui mundum atque omnia raptim
imperio explicuit dumque imperat esse peregit?
nos facit esse mora, nos circum impendere sacri
dignatur curam studii suadetque patrari
paene laboris opus; facilem nam cedere limum Gen. 2, 7
et flexum formamque sequi qua ducitur arte
arripit ac sacra qualem iam mente gerebat
explicat in speciem, flatuque inmissa uaporo
uita rigauit humum. tellus mollita liquore
partim facta caro est: sanguis, qui lubricus umor,
distendit molles per nota foramina uenas:
et mentis iam plenus homo est terraque repulsus
exilit ac dominum prudens rationis adorat.
non aliter ruptis mandata resurgere bustis
corpora uera fides, cum caelo inlapsa patenti
maiestas grauidae reserat caua uiscera terrae.
nam quod non habuit, cum sic e puluere summo

208] *cf.* Ouid. Met. I, 402 sqq.

188 faciat *ego* faceret donet *ego* donat 191 *Ut (U *ex corr.*) quia *B* quae 196 manu (nu *in ras.*) doceat (eat *in ras.*) 197 solidōque 198 iubente *B* iuuentem 200 sacra *M* sa ora 202 circa *B* 203 studii suadetque *M* studiis uaditque patrari *ego* potari 204 paene *M* pone 207 uoporo 209 partim *M* partem, raptim *Brandes* 210 Distendit (i *pr. s. u.*) mollis 211 mentis *G* mentes 216 quod* (h *eras.*) habuit (h *s. u.*) epuluere (lu *s. u.*)

informante deo propriae uirtutis egena
ediderit, facile est, ut iudice reddat eodem
iussa quod accepit. sic totum forma futuri est
quod prius est genitum, dumque ipse ita conditur Adam,
ut repetita sacrum geminet narratio munus,
utile praeseritur populos quandoque renasci.
quorum fonte dato iam tunc et origine summa,
Eoos aperit felix qua terra recessus,
editiore globo nemoris paradisus amoeni Gen. 2, 8
pangitur et teretis distinguitur ordine siluae.
hic, ubi iam spatiis limes discernitur aequis
solis et aeternum paribus uer temperat horis,
illic quaeque suis diues stat fructibus arbor Gen. 2, 9
pomaque succiduis pelluntur mitia pomis,
quae sunt blanda oculis et miri plena uigoris
membra animosque fouent pascuntque sapore et odore.
tellus sidereos uibrat distincta colores
semper flore nouo, quaeque arida tegmine sicco
iam fragiles soluunt calamos, animata uigore
muneris ambrosii spirantia cinnama fundunt.
sed nec quod Medus redolet uel crine soluto
fragrat Achaemenius, quod molli diues amomo
Assyrius messisque rubens Mareotica nardo,
quod Tartesiaci frutices, quod uirga Sabaei,

230] Uerg. Ecl. I, 80 mitia poma. 233] *cf.* (Uerg.) Cul. 71 distincta coloribus arua. 234] Uerg. Georg. IIII, 142 flore nouo. 235] Uerg. Georg. I, 76 fragiles calamos. 236] Uerg. Georg. IIII, 415 ambrosiae defundit odorem, *cf.* Prud. Cath. V, 118 *sq.* cinnama spirant. 237] Uerg. Georg. II, 136 Sed neque Medorum, Ouid. Met. XIII, 583 crine soluto. 238] Ouid. Met. X, 307 diues amomo; *cf.* Uerg. Ecl. IIII, 25. 240] Uerg. Georg. II, 117 uirga Sabaeis.

217 uirtutii (s *supra* i *tert.*) 219 futuri *G* futura (fu *et* ra *in ras.* m²) 220 Quod (Q *ex* O) dumque (d *ex corr.*) ipsae conditur *B* conditor 221 Ut (U *ex* V) sacrum (u *ex* a) 222 Utile (U *ex* V) populos *M* populus 225 paradýsus 226 panditur *G* 228 aeternum (u *ex* a), alternum *B*², *sed cf. Uerg. Georg. II, 149 Ouid. Met. I, 107* 233 coloris 238 flagrat 239 Assirius Mareotica *G* maretica 240 Tartesiaci *G* tartesiacis frotices

quodque Palaestinus lacero flet uulnere ramus
aëra diuerso cessant infundere sensu.
namque huc cuncta deus pariter, quae singula certis
accepit natura locis, conferta regessit:
motaque dum leni uibrat nemus aura meatu,
unum ex diuerso nectar permiscet odore
fitque nouum munus, sibi nulla quod asserat arbor,
quaque tremens blando sensim iactata fragore
commotis trepidat foliis, sonat arbore cuncta
hymnum silua deo modulataque sibilat aura
carmina: nec uacuus uanum quatit aëra motus,
quippe apud auctorem, qui totum mole sub una
res rebus nectens alterna lege retentat,
nil uacat aut uanam species tenet ulla figuram.
atque ipsum fortasse nemus siluaeque coruscae
argumenta operum sunt et plantaria rerum,
inque hominum cultum nudo quod nomine uenit,
certum ibi corpus habet proprioque in stipite floret.
gloria simplicitas, studium uigilantia somnus
cura, salus terror, facundia gratia, motus
affectusque animae stimuli, custodia uirtus,
et totum quod mundus habet, quia nascitur illic,
hic uiget ac mentes agitat sensusque ministrat.
sed satis hoc fidei est, laeto quod semine surgens Gen. 2, 9
hinc arbor uitae celsis petat aëra pomis,
illinc diuerso nocitura peritia fructu
examen rerum suspenderit arbore legis.
at gremium sacri nemoris, quod silua coronat,
fons rigat et diti prolem uirtute maritat, Gen. 2, 10
quadrifido tumidum laetus caput amne resoluens,

255] Uerg. Aen. I, 164 siluis . . coruscis. 264] Uerg. Georg. II, 14 posito surgunt de semine. 270] Cypr. Gen. 56.

243 huc *G* hic tadeus (ta *eras.*) pariterque 246 odore *G* odorem 248 sensim (i *ex* u) 251 aëra *G* aere 254 aut B^2 ut uanam *Petschenig* unam 255 coruscae *G* coruscate 260 salus feruor *B* 267 suspenderit (s *alt. in ras.*) 268 at *ego* ad

ditior oceano; iugi nam gurgite promptus
hic proprios donat latices, ille accipit omnes
et non sentit aquas. minor est qui crescere tantis
fluctibus infusis quam qui decrescere nescit
amnibus effusis. primo sed flumine Fison Gen. 2, 11 et 12
prosilit exultans, pars fontis quarta beati,
edens natura quas dat prudentia dotes,
Gangetisque replet populos ac regna Euilantum
distendit limo terrasque et semina uoluens
quae facit arua serit. nudis qua squalet harenis,
aurea fulgentis inter ramenta metalli
fulmineo rutilans carbunculus igne coruscat
ac uiridi radiat fulgescens luce smaragdus.
nec minor inde Geon, placidis sed mitior undis Gen. 2, 13
Niliacas attollit aquas arsuraque late
diluuio tegit arua pio caeloque repugnans
temperat Aethiopum stagnis refluentibus auras.
tertius hinc rapido procurrens gurgite Tigris
it comes Euphrati, iuncta quos mole ruentes Gen. 2, 14
tellus uicta cauo sorbet patefacta barathro,
donec in Armeniae saltus ac Medica pascua
quos non sustinuit nec iam capit euomat amnes.
sed Tigris nigro tamquam indignatus Auerno
prosilit aetherias motu maiore sub auras

282] Cypr. Gen. 59. 283] *cf.* Ouid. Met. II, 24. 287] Uerg. Georg. IIII, 262 refluentibus undis. 289] Uerg. Aen. VI, 159 (448) It comes, Cypr. Gen. 62. 293] Stat. Theb. III, 146 nigri pater indignatus Auerni, *cf.* Uerg. Aen. I, 55 *sq.* 294] Uerg. Aen. VI, 761 *sq.* ad auras aetherias.

272 proprios *M* proprius accipit *G* accepit 273 cresco retantis 274 decriscere 277 naturae *G* 278 ęuilantum 280 nudis qua squalet *G* nudus quas qualit arenis 281 ramenta *G* marmenta (m *pr. eras.*) 282 carbunculos 283 uiridi (di *s. u.*) fulgiscens 286 tegit *G* teget arua (ar *in ras.*) 287 Temporat (T *ex* C, t *post. add.*) refluentibus *G* refuluentibus (fuluentibus *in ras. ut uidetur*) auras (ras *in ras.*) 288 hinc* (m^2 *ex* in; g *eras.*) tẏgris (g *in ras.*) 289 eufrati mole (e *ex* o) 290 sorbit baratro 291 Medica pascua *ego* medicas pecua (di *in ras. ut uidetur*) 293 tẏgris nigro *G* nigri

et rursum spelaea subit mersusque cauernis
intus agit fremitus et fortior obice factus
multiplicatur aquis artoque citatior antro
exit et Assyrios celeri secat agmine campos.
iustior Euphrates, diti qui gurgite largus
inrigat arentes subiectae Persidis agros
mollibus elicitus riuis atque omnibus aeque
seruit et humanos totum se praebet in usus,
donec siccus aquis nomen quoque prodigus ipsum
consumat terris, pelagi quod debuit undis.
  Haec igitur cuncto naturae ditia fetu Gen. 2, 15
regna, tot et tanta uirtutum dote refertae
deliciae prima est hominis possessio primi,
in quam deductus uita exultare perenni
accola iussus erat: iamque inter munera prima,
dum fit dignus adhuc discitque labore mereri,
quo potitur, plenae fructum uirtutis adeptus
expers curarum uotique ignarus agebat.
tantum apud auctorem est meriti pro nomine summi
nondum aliquid meruisse mali. quantumne putamus
soluere posse patrem rediturae in tempora uitae,
cuius apud famulos iam tunc largitio prima,
non merces paradisus erat? quodque illa seuerae
legis scita tulit libertatemque repressit,
spondet adhuc maiora bonis et praemia seruat,
qui causam meritis statuit, cum 'uescere' dixit Gen. 2, 16 et 17
'arboribus cunctis: hanc tantum horrere memento,
quae diuersarum gestans examina rerum
tunc uos scisse bonum, morsu cum laesa profano,
nosse malum faciet, mortis quod poena sequatur.'

300] Uerg. Ecl. VII, 57 Aret ager.

295 spelea 298 assirios agmne 299 mitior *Petschenig* eufratis 302 prębit 304 consummat pellagi 307 hominis (i *pr. s. u.*) 308 uita *G* uitae 309 prima (a *ex* i) 310 mereri *G* meri 311 potitur *B* potitus (t *alt. s. u.* m^2) 312 curarum (m *eras.*) 315 *an* tempore? 317 mercis paradẏsus illa *G* ulla seuere (e *tert. in ras.*) 320 statuit *G* statuat 321 horrere (h *s. u.* m^3) 324 pęna sequetur *G*

tali lege data ratio docet alta parentis,
quod non mortalem fieri, sed uiuere dignum
esse hominem uoluit, dignum obseruantia parua
quem faceret. pro quanta dei indulgentia magni est!
nostrae laudis opus fieri, quod sponte benigna
largitur famulis, nostri cupit esse laboris
et se quod donat mauult debere uideri.
at tu, quem sacri nectit custodia iuris,
ne querere, angustis quod clausa licentia metis
parte sit orba sui: nihil hac tibi lege recisum est.
ante potestatem tantum terraeque marisque
nanctus eras, nunc iam regni uitaeque perennis,
nunc et mortis habes. tunc ut sibi cuncta parentem
indulsisse pium rudis incola crederet orbis,
omne animal, quod adhuc tellus dare iussa creauit Gen. 2, 19
et tacito, uernans in corpore, semine fudit,
iussit adesse deus proprioque obedire tyranno,
summaque post generum uocitamina dicere, partis
nomina ceu famulis rebus quo figeret, Adam: Gen. 2, 20
ammonitu domini tanta inter munera uitae
qui dedit et nomen proprium. nec fit mora: sistit
omne genus natura deo, quacumque creatum est
mundi parte noui. coeunt tam dissona motu
temporis unius spatio, quae fortia nisu,
molli lenta gradu, rapido promptissima cursu
impete praecipiti uel prona per aëra labi
uel subnixa fretis et pondere lubrica ferri

335] Uerg. Aen. I, 598 terraeque marisque, *cf.* III, 528. 349] Uerg. Aen. V, 291 rapido contendere cursu. 350] Uerg. Aen. VI, 202 per aëra lapsae.

325 parentis *M* parentes 330 largitur *G* largitor n̄r̄is (s *eras.*) 331 debere (e *tert. ex* i? m^2) 333 quaerere (re *alt. post add.*) 334 hac *G* ac 336 Nanctus (n *inclusit* m^3) nuntiam (c *supra* t m^3) 338 orbes (i *supra* e m^3) 339 creauit *ego* crearit 340 semine 341 oboedire (o *alt. del.* m^3) 342 Summa quae 343 figeret *M* fieret adam (A *supra* a *pr.* m^3) 344 ammonitu *M* ammonitus; *minus ueri simile* domino 345 sistit (si *add.* m^2) 346 quacumque (n *supra* m m^3) 348 spatioque 349 Molli* cursus (s *alt. eras.*) 350 aëra *G* aere 351 Uuel

instruxit genitor, diuerso munere donans,
armauitque manu cornu pede dente ueneno
atque aliis, quibus artis inops animique minoris
concretum muniuit opus. sed nemo animantum
aequa homini specie uultuque habituque uigebat
et prope conlatus maiorem addebat honorem,
totque inter duplici uitam inlustrantia sexu
inpar solus erat, dudum qui coniugis aptam
in se materiem gignendae ignarus habebat.
ergo opus adgreditur notum deus ictaque raptim Gen. 2, 21 et 22
corda uiri tanto dissoluit languida somno,
mentis ut experti pollens subducere costam,
dum surgit caro iussa sequi pellisque recedens
os simul et medium non intermiscet hiatum,
inlaesis raperet membris et corpore sano.
quae pandens, uarios mox et digesta per artus
accepit formam calidaque animata medulla
traxit opus uitae, sexu iam grata secundo,
ac permissa suo uocitata est Eua marito.
hoc nunc turba loco stolidissima desine tandem
antistare sacro quicquam censere parenti:
cur sic quippe uiri formata est femina membris
prima sui, posset molli cum puluere fingi,
posset et ex nihilo. causa est haec uera profecto,
ne naturalis potius sibi sumeret ordo
uel quod homo ex homine est liquidoque patisceret orbi
omnia facta simul tunc, ut cognatio quaedam

357] Uerg. Aen. V, 249 praecipuos . . addit honores. 362] Ouid. Her. X, 9 somno languida.

353 manu (n *s. u.*) 354 inobs (p *supra* ḅ m^3) 355 nemo (e *ex* o m^2) 356 homni 357 conlatus *B* conlatu 359 Inpar (m *supra* ụ m^2) 360 materiem (te *s. u.*) 361 raptim̄ (m *eras.*) 364 recedens *M* recidens 365 intermiscet *M* in termis u: *uel* a: (ci: m^2) 367 et digesta *M* edigesta 368 calidaquae medulla (m^2 *in ras.; fuit* s∗∗∗∗∗∗, secundo?) 370 eua (E *supra* ẹ m^3) 371 stolidisisima 373 sit (c *supra* t m^3) quippe (p *alt. s. u.* m^3) 377 ∗liquidoque patisceret *ego* partisceret

alternum curae propriae misceret amorem,
semet in alterius cogens agnoscere membris.
hinc est, ignarus partem quod senserit Adam
se recepisse sui: tetigit noua gratia mentem
affectusque oculis in uiscera nota receptus
irruit et tanto penetrauit in ossa calore,
ut iam scire daret, quod nomen coniugis uxor,
quod dulces nati postponendique parentes Gen. 2, 24
coniugibus. quid? iam una duos in carne manere
aeternam pariter uitam ducentibus esset —
nam dum terrarum uitiis et labe carerent,
diuinis uiguere animis, nullius egeni
quas dabat orbis opes: non quippe obnoxia morbis
corpora gestabant cupidi nec uentris alumna;
tantum in deliciis cibus et quod postulat usus
nondum erat auxilium uitae propriumque uigebat
inmortale animae —, ni serpens dira ueneno Gen. 3, 1—5
maioris stimulata mali dissoluere legem
talibus incautam suasisset fraudibus Euam:
'o uitae melioris inops rerumque bonarum
gens ignara homines! nam qui dinoscere nescit
quo distent diuersa bonis, hic nec bona nouit.
atque ideo augustos homini fas carpere fructus
noluit esse deus, ne mentis nube remota
dent animis oculos et quae sint optima, rerum
altera pars per cuncta docens arcana peritos
dis faciat similes.' hic nunc excurrere paulum

386] Uerg. Aen. IIII, 33 nec dulcis natos. 403 *sq.*] Uerg. Aen. VIIII, 131 rerum pars altera.

379 Alternum (nu *ex* mi m^2) 380 cog∗ens (u *eras.*) 382 recipisse (se cepisse *M*) mentem (n *ex* m) 385 Ụt (U m^2 *ex* V) iam scire daret *G* iam *(supra* iam *scriptum* s& re; s& *eras.)* scidar& 385 *et* 386 quod *ego et Petschenig* quid 387 quid? iam *ego* quidnam una ambos *G* cum in; cum *deleuit G* 388 Aeternā∗ 390 egeni∗ 391 dabat *G* dabit 395 animae *B* anima 397 euuam (E *supra* ẹụ m^3) 398 o uitae *G* Quite 399 homines∗∗ m^1 hominis m^2 dinoscere m^1 dignoscere m^3 400 quo *G* Quod∗ 404 docens *Petschenig* ducens 405 Diis

fas fuat et turpes ueterum deflere ruinas.
a nimium miseri gentiles, quos furor egit
in uarios ritus! patet, in qua morte profani
funditus occiderint. nomen plurale deorum
serpentis primum sonuit uox impia diri,
qui mortis tunc causa fuit. nam credula postquam Gen. 3, 6
rupit sacrilegis praescriptum morsibus Eua,
experti iam docta mali, solacia culpae
quaerit et in crimen facilem tractura maritum,
qua periit prior, arte petit. sic hoste subactus
a gemino cedit sceleri miserabilis Adam
pomaque libauit sacro blandissima suco.
sed quia legis in his suberant praescripta seuerae
plus quam uipereo mortem allatura ueneno,
ut primum inlicito uiolarunt membra sapore,
confestim sensere nefas facinusque peractum
creuit et ignaro percussit pectora sensu.
hinc timor, inde pudor: quippe antea degere nudis Gen. 3, 7
et nescire datum, siue almi plena uigoris
corda rudes homines celsarum conscia rerum
et caelo tantum mundoque intenta ferentes
pectora ad excelsum semper conuersa parentem,
dum secretorum miracula diuinorum
paene incorporeae mentis splendore notarent,
nondum contigerat membrorum cura suorum
amentes meliore anima, seu corpora nulla
in senium soluenda mora penetrare nequibat
motus, qui sciri faceret quodcumque necesse est.

419] Cypr. Gen. 105.

406 fuat *G* fiat 407 A (h *s. u. add.* m^3) gentiles *G* gentilis 408 in qua *ego* inquam profani *ego* profana 409 occiderint (n *s. u.*) 411 mortis (tis *ex* tui m^2) 412 praescriptum *G* perscriptum euua (E *supra* ẹụ m^3) 413 solatia 416 adam (A *supra* ạ *pr.* m^3) 417 suco (c *supra* co m^3) 418 praescripta *G* perscripta 421 peractus (-tũ m^2) 423 degerere (re *alt. del.* m^3) 424 sine m^1 siue m^2 426 caelũ (ũ *ex* õ m^2) 429 Paenae (a *pr. del.* m^3) notarent *G* rotarent 432 senium (ni *ex* m m^2)

postquam deseruit uitae uigor ille perennis
iam mortale animal, demum frigusque calorque
aëriae subiere uices ac uestis egenos
en se senserunt homines sexuque latenter
erubuere suo. tacitis miserabile questi
fletibus umbrosae foliis noua tegmina fici
texunt consertis, post culpam mente receptum
corpore uelato denudatura pudorem.
nec satis hoc trepidis. quid agant, qua crimen inustum
seque ipsos fugiant? cuperent, si forte paterent,
condere se terris: adeo contermina poenae
culpa suae est, ut iam miseros mortale pauentes
mortis imago iuuet. siluas umbrosaque lustra Gen. 3, 8
obtendunt, uanae solacia falsa latebrae.
nam quo te timidum fas est subducere corpus,
te, te, inquam, qui mox primus retrahendus es, Adam?
uirtus uiua patris mundi occultissima praesens
implet et inmensos exit diffusa recessus.
sed uerum nefas est pauidos fraudare latebra.
ille potest dominum fugiens euadere summum,
qui fugit ad dominum, sola quem mente relinquens
quam uastis iaceas et non celere tenebris.
uoce uocans ubi sis pariter testatur utrumque. Gen. 3, 9
nam cur te cernens quaerit deus et, cui praesens
semper eris, cui te proprio subducere furto
nec mors ipsa potest, fragili quam mente subisti,
cur ubi sis quaerit, nisi quod te more doloris
lapsum sponte tua secum non esse fatetur
et caelo cecidisse sacro? sed sancta parentis

441] Uerg. Georg. III, 383 uelatur corpora. 446] Uerg. Aen. II, 369 mortis imago; *cf.* III, 646.

436 egenos (e *alt. s. u. m*[4]) 437 en *ego* et 438 Et rubuere 440 texunt *G* Exeunt consertis *M* conertis culpam *G* culpa 441 pudorem *G* putorem 442 trepidis (idis *in ras., fuit* **u) 447 solatia 448 corpus *(post hoc* te te inquam *eras.)* 449 adam (A *supra* a *pr. m*[3]) 452 pauidos *M* pauidas (a *alt. ex* u *m*[2]) 454 quem (*corr. ex* rem) 457 quur (c *supra* qu *m*[3]) 458 eris *M* oris forto (u *supra* o *pr.*)

desperare uetat pietas, clementia cuius —
fas dixisse mihi, fas sit quoque dicta probasse —
iustitiam excedit. nec tam me uoce seuera
corripiens ubi sis, trepido quid pectore uoluas,
terret quam recreat, quod adhuc post crimina lapsum
inmersumque metu latebris ac paene sepultum
euocat et reuocat. ne longa exempla petantur:
ipsa probat dominum mitem donatio culpae.
Postquam excussa reos distinxit quaestio summos,
incipit omnipotens — caelum, mare, terra loquenti
intremit et uastos pandit concussa recessus,
dumque reos punit sententia, Tartara fecit —:
'quandoquidem nostris tutum decedere iussis
duxistis, serie sceleris qua culpa cucurrit,
hac mihi iusta nouos feriet censura nocentes.
inter cuncta, frui toto quae iussimus orbe, Gen. 3, 14
tu maledictus eris et peior, quam tegis intus,
inuida mens, coluber, qui caelum intrare creatos
deiecisti homines uetitasque attingere fruges
fraude tua inpulsis praedurae mortis origo es.
ut condigna nefas poenae mensura sequatur —
inmersisti homines terrae: et tu stratus iniquo
membra solo duram sulcabis pectore terram;
fecisti peccare cibis: pro talibus ausis
et tu semper edes squalentia uiscera terrae.
et quia te dignum placuit tibi, primus ut esses
inuentor mortis, poena moriere cruenta

472 *sq.*] *cf.* Ouid. Met. I, 180, Uerg. Aen. VIIII, 106. X, 115. 473] Uerg. Aen. VIII, 193 uasto . . recessu.

463 Disperare *clementia (m *in ras. ex* s; *scripserat librarius* aecles) 464 mihi *G* m̃ĩ *s. u.* 466 sis *G* sit 469 ne *G* nec 470 Ipsa mittem (t *pr. del.* m^3) donatio *G* dominatio 471 excusa (ss *supra* s m^3) 473 intremit *M* Intremet recensus (ce *in ras.* m^2, *fuisse uidetur* &; s *supra* ṇ m^3) 474 *tartara 477 iu*sta (x *eras.?*) 478 toto (o *alt. ex* a m^2) 480 qui *G* quae; *an* quia? 483 paene mensura (ra *s. u.* m^1; u *ex* a m^2) 484 hominis (e *supra* i *alt.* m^3) 485 solo *G* sola 486 fecisti *M* Fecisse 487 edes *G* edis

humanique odium generis specialiter armans
in genus omne tuum saeuis inbute uenenis,
ut perimare magis, semper timeare iubebo.
atque huius, prima gaudes quam fraude subactam, Gen.
inferior pedibus degens et pectore pronus
extremis tantum sic insidiabere plantis,
ut capiti trepidans etiam uestigia figat.'
dixit et exanguem sic est exorsus in Euam: Gen.
'at tu quae minimum solam te perdere fructum
esse putans sceleris, misero iam mente nocendi
insidiata uiro dominataque crimine tanto es,
praebebis famulare iugum subiectaque duri
arbitrium sensura uiri patiere labores
casibus assiduis, ut, coeptum quae prior ausa es
multiplicare nefas, multis uersere periclis,
et pariens crebris adeo torquebere natis,
ut quos mortales faciet tua culpa creari,
mortis nonnumquam lacerae sint causa parenti.'
'tu quoque, cui monitus nostros et prima salutis
uincula femineis postponere fraudibus auso
sponte mori placuit, talem reus excipe sortem: Gen.
criminibus tellus, quam tu sulcabis aratro,
sit maledicta tuis. spinas tribulosque minaces Gen.
culta ferat fallatque tuum spes improba uotum.
tu mihi desisti mente inseruire fideli:
nec tibi terra fidem seruet. tu uiuere laetus

513] *cf.* II, 81 *et* Uerg. Georg. I, 47.

490 armans *ego* armas 491 inbute (m *supra* ụ m^3) 493 quam *ego* quem fraudeṣ 494 Imferior (f *ex* p m^2) 495 insidiabere** (re *eras.*; e *pr. s. u.*) 496 ṭṛẹpị *ante* trepidans *(del.* m^3*)* 497 euuam (E *supra* ẹụ m^3) 498 quae *G* qui minimum *B* nimium (u *ex* a m^2) solam (sola *in ras. 4 litt.*) 499 pŏtans (p *ex* p m^2) 500 crimine (c *ex* t m^2) 502 laboris 503 q; *s. u.*; *supra* ae m^3 esṭ (t *exp.* m^3) 505 torquebene (r *supra* n m^3) 506 mortalis 507 lacere (e *alt. mut. in* i; ẹ m^3) *post 507 fort. excidit uersus, cf. Gen. 3, 17* Adae uero dixit 508 monitus *ex* munitos m^3 509 femineis (oe *ex* e *pr.* m^3) 513 fallatquaẹ (a *exp.* m^3) improba (p *ex* b m^2) 514 Tum hi m^1 Tu mihi m^3 515 serueaṭ (a *exp.* m^2)

his in deliciis et cunctis uiuere saeclis
sponte recusasti: duro nunc uiue labore, Gen. 3, 19
uiue in miseriis, donec te lenta senectus
terram, quod magis es, faciat terraeque refundat.'
dixit et ignaros caelum defendere membris Gen. 3, 21
ueste tegit pecudum miserans uitamque tueri
edocet. at ne iterum facinus, quod mente gerebat, Gen. 3, 22
auderet mortis formidine percitus Adam,
si rerum ignarus, primi quod iuris habebat,
arbore uitali post causae extrema superbum
auxilium repetens, nulla patris arte redemptus
uiueret et mundo iam mysticus ordo labaret
ac miseros semperque reos grauiora manerent,
continuo sacris iussos decedere lucis Gen. 3, 23
expediunt uenti, nemoris quos silua profundi
concitat — ast illos libranti turbine nexos
continet aura uehens et spiritus aëra totum
natura uergente rapit — terrisque relatos,
unde datum corpus, mollito flamine ponunt
expertes tanti spatii expertesque pericli,
sed non expertes, agitat qui corda, doloris.
quo ruerint, quid perdiderint, quae uita sequatur,
quae fuerit, tristis mentem conlatio uexat,
quae diuersa magis cumulat, secumque uolutant,
quanto aliud iam sint, quanto mutatus uterque
se quaerat, dubii culpae hoc adscribere primae
et poenae, uim nosse mali quod conpulit error,

519] Cypr. Gen. 125. 521] Cypr. Gen. 132; *cf.* Lucr. I, 196 uitamque tueri. 540] *cf.* Uerg. Aen. II, 274.

517 Sponte (Sp *in ras.* m^2; *fuit* P) recussasti 517 *sq.* labori, uiue ministeriis *Petschenig* 520 ignaros (o *ex* u; o *supra* a m^3) 522 at *B* et 523 adam (A *supra* a *pr.* m^3) 524 quod *ego* quid 527 iam *M* tam misticus (y *supra* i *pr.* m^3) 529 iussos *G* iussus decedere (de *alt. s. u.* m^3) 531 nexos *G* nixus 533 uergente *Brandes*, uiṛgente (r *exp.* m^3) 534 Uunde 535 expertis (e *supra* i m^3) expertisque (e *supra* i m^3) 536 expertis (e *supra* i m^3) 537 ruerint *G* ruerunt qui (id *supra* i m^3) 539 comulat 540 Quanto (Q *in ras.*) aliut (d *supra* t m^3) 542 et *ego* in, an *Petschenig* conpulit (m *supra* n m^3)

an hoc esse mori, uel, si grauiora supersunt,
an detur reditus miseris, an fine perenni
perdant quod superest, an, cum uia mortis amarae
per lignum ingruerit mundo populisque futuris,
possit adhuc aliquod per lignum uita redire.

ALETHIAS

LIBER ALTER.

Hactenus arcanam seriem, primordia mundi,
ut sincera fides patuit, sine fraude cucurri,
dum dignis leto uitiis terrena carerent.
nunc hominum mores et iam mortalia uersu
ingressum fas sit ueris miscere poetam.
postquam sacratis decedere iussus uterque
sedibus ac regnis genitalia contigit arua
et propria stetit exul humo, miserabile, quali
ore rudes stupeant tum barbara rura coloni,
quae non frugifero distincta stipite uernant.
nec species iuuat ulla soli, sed bruta coacto
pondere congeries nec lecta mole locata est.
ardua caute rigent, siluis depressa laborant,
plana latent herbis, horrescunt edita dumis.
heu quibus haec spectant oculis, quo pectore cernunt,
quorum animis paradisus inest! neque causa doloris

14] Uerg. Aen. VIII, 348 horrida dumis.

547 possit *G* Posset CLAUDII MARII UICTORIS EXPLICIT. TRICI (*i. e.* feliciter) ALITIAS LIBER PRIMUS.

CL. MARII UICTORIS ΑΛΗΘΕΙΑΣ LIB. II *in mg. sup.* m^3 2 ut *G* Et 3 laeto 6 decedere *G* decidere (re *s. u.*) 9 rudis (e *supra* i m^3) tum *ego* tam 10 Quae (*ras. supra* a) 12 Pondere (P m^2 *in ras.*) congeries (u m^2; u? m^1) locata est *ego* locarat 15 cernunt (nunt m^2 *in ras.*, nit? m^1) 16 paradysus (i *supra* y m^3)

una subest, quod cunctorum iam plena malorum
se pandit facies, sed, quod meminere bonorum.
nunc honor ille sacri nemoris maiore sereno
inradiat, nunc diuitias cumulatior edit
silua beata suas, nunc pomis dulcior usus
nectareusque sapor, uiuis nunc floribus halat
tellus et absenti tristes perstringit odore.
o quam non eadem meritis, paradise, rependis!
te magis extollit conlatio deteriorum
et peiora facis, miseris quae sola supersunt.
hic uitae perit almus amor, penuria rerum
insinuat iam dulce mori, ni maior egestas
succurrat grauiore malo; nam uiscera edendi
incendens rabie per cunctas ducit edaces,
quas sterilis dat silua, dapes cogitque malignis
herbarum dubias passim radicibus escas
explorare cibis uitamque euadere talem
ipsa fames non posse facit, quae uelle coegit.
tandem cunctarum, quibus indiget usus, egenos
atque inopes rerum docuit res ultima summi
auxilium sperare patris: prostratus uterque
membra solo lacrimis tantum mutique doloris,
dum pudor iniustis subducit uerba querellis,
inmoritur senio. sed postquam reddita mens est,
adsurgens tandem tali prece supplicat Adam:
'omnipotens auctor mundi rerumque creator,
uae mihi labe mali! felix dum uita maneret
et celeres animos uisu super astra daretur

31] Uerg. Georg. II, 440 steriles . . siluae. 35] Uerg. Ecl. II, 71 quorum indiget usus. 43] Uerg. Aen. VI, 608 dum uita manebat.

17 subē (ub *in ras.*) 20 cumulatior edit *M* cumulatio sedet 21 suas (*in ras.* m^2) nunc (nun *in ras. ut uidetur*) pomis (mi *in ras.* m^2) 22 Nectareusque (e *alt.* m^2 *in ras.*) alat (ha *supra* a̤ m^3) 23 tristis perstringit (n *in ras.* m^2) 24 O*** quā (quā *in ras.* m^2) meritis (s *add.* m^2) 30 rabie (es *supra* e m^3) 32 Herbarum (H *ex* N) 34 famis (e *supra* i m^3) 35 indigit 39 querillis (e *supra* i̤l̤ m^3) 41 Atsurgens (s *supra* ṭ m^3) praece (a *exp.* m^3) 43 uae *ego* quae

posse sequi, late circum perque omnia fusum
semper et ingesto uisus splendore tegentem
his oculis — ceu mentis erant arcana tuentes —,
quod dictu proprium est, uidi non posse uideri.
nunc quoque post culpam spoliatis lumine sacro,
quamuis mens melior per totum libera ferri
fugerit et clausis terreni carceris antro
nil ueri praeter mortalia nosse supersit,
omnia plena tui tantum sentire remansit.
atque ideo omnipotens, qui semper totus ubique es,
ad te confugimus trepidanti mente precantes:
exaudi miseros, quos semper cernis et audis,
si, cum me parti damnatae adnectere uellet
ille, caput scelerum, mundi reus et suus hostis,
nil per se solum, ne uictus cederet, ausus,
serpentis miseram, cui mens incauta, per artem
meque per affectum, quem sexus sentit uterque,
artificis scelerum fraus inprouisa subegit
et, cum damnarer iusta pro crimine poena,
sic piguit culpae, tanto mens icta dolore
indignata sibi est, ut te, mitissime iudex,
tunc mihi uindictam de me praestare putarem.
idcirco et gemitus causae lacrimasque negaui,
indignum uenia quia me reus ipse probabam,
amplexusque animo solacia dulcia poenae
hoc ipsum post haec sacra inter munera ponens
pro uenia sceleris, quod sum damnatus, habebo.
non igitur dirum est. at maiestate serena

47 ceu *M* seu 48 uediri (i *supra* ẹ, e *supra* ị *pr.* m^3) 51 fugerit *M* Fugeret 52 ueri (i *ex* o) 55 trepidanti *M* trepidante; trepida te *G* prạecantis (a *exp. et* e *supra* i *add.* m^3) 58 scelerum (u *in ras.* $m^?$) 59 uictus . . ausus *G* uictos . . ausos 60 serpentis *G* Serpentes 62 artificis *G* Artifices (A *in ras.*) inprouisa (m *supra* ṇ m^3) subigit (e *supra* ị *pr.* m^3) 63 iusta . . poena *G* iusto . . poene 64 *icta (f *eras.*) 65 mittissime 67 causae *ego* *causa (au *ex* ui?) lacrimasquạe (a *exp.* m^3) 69 Amplexusquae (a *eras.*) animo (o *ex* u m^2) solatia 70 ipsum (m *ex* in m^2) post (p *ex* b) 71 damnatus (d *ex* cl m^2) 72 durum *Petschenig* at *ego* ut

exaudire uelis nil contra iussa precantes
nec iam poscentes lacrimis, quod sponte benigna
praestabis famulis, ut se censura resoluat,
tota sed ut plenas teneat sententia uires.
iussisti mota uictum me quaerere glaeba:
damnatis igitur campis sunt arma mouendi
danda — agros dumos steriles spinasque tenaces
pro fructu dare: pura mihi prius ergo serenda est,
ut fallat mea uota seges quaesita labore —
herbarum assiduo contexere semine panem:
da menti, quae sint herbae, quae forma laboris,
da, pater, auxilium miserans atque imbue sensus.
tunc erit, ut rerum compos et certa salutis
seruiat Eua mihi saeuumque experta creandi
supplicium pariat populos, qui crimine nostro
plectantur, purgetque patrum peccata nepotum
mortibus aeternam faciens successio poenam.'
  Talibus orantes falsi serpentis imago
indice uisa metu tacito se tramite ferre
leniter ad molles tractus uibrantibus herbis
in se conuertit trepidos pigrique doloris
excussos senio cognatas traxit in iras.
et prior Eua uiro: 'si te suprema malorum
causa mouet, rape saxa manu; datur ecce facultas
auctorem leti leto dare. prima docere
suppliciis debet propriis et morte cruenta,
quam sit triste mori, quae me male perdidit et te.'

84] Uerg. Aen. II, 691 Da deinde auxilium, pater. 96] Uerg. Aen. VIII, 220 rapit arma manu.

73 praecantis *et* 74 poscentis *correxi* 76 teneat*sententia (t *et* s [*ex* c] *in ras.* m^2) 77 gleba 78 mouendis *M* 79 Danda (a *alt. ex* i m^2) agros *ego* regis, *quod ex* seges *corruptum uideri possit, sed nihil proficimus hac coniectura* tenaces (te *ex* que) 82 semine *ego* semina 83 forma (a *ex* ę m^3) 85 compos (o *alt. ex* ṳ m^3) 86 Seruiat (S m^2 *ex corr.*) 86 *et* 95 eua (E *supra* e m^3) 87 populus (o *ex* ṳ *alt.* m^3) 88 pergetque (pur. m^2) 91 uisam et ut tacito, *corr. G* 94 excusso *M* iras** (& *eras.*) 96 mouet *G* mouit 97 laeti laeto prima (a *ex* o m^2) 98 cruenta (t *ex* d) 99 triste (trist *in ras.*)

dixit et elapsam cursu telisque secuntur
missilibus cautesque rotant, quarum una reducto
altius ad nisum facilem dare certa lacerto
obsequitur uotis oculosque animamque secuta
et nudum in silicem media serpente resultat
scintillamque ciet, sicco quae fomite pasta
ac mox flamma fuit crinita incendia late
extendens siccoque floret iam candida fumo.
horruerant latebrasque gradu trepidante petebant,
sed pauidos stupor ipse tenet curamque sagacem
humani pandit uitii, quod cernere rursum
et timidi metuenda uolunt paulumque remoti
telluris dorso sterilis mirantur opacas
procubuisse comas nemorum, sordere fauillis
fuscarique diem, totas splendescere terras
et lucem sub sole nouam. nec mente quieta
accipiunt crepitus stridentibus undique siluis
undantesque globos flammarum in sidera ferri,
dum se radices demersus tendit ad imas
ignis edax penitus, sumpto quo uicta calore
terra rudis pandit generosa ad munera uenas
et, cum iam cuncto fuerit siccata liquore,
incipit ipsa liquor fieri riuisque metalla

100 *sqq.*] *cf.* Lucr. V, 1241 *sqq.* 104] Uerg. Ecl. I, 15 silice in nuda. 105 *sq.*] *cf.* Uerg. Aen. I, 174 *sqq.* 114] Ouid. Trist. I, 11, 15 fuscabatque diem (*cf.* Ual. Flacc. Arg. I, 396). 116] Uerg. Aen. II, 418 stridunt siluae. 117] Uerg. Aen. III, 574, Georg. I, 472 *sqq.* 119] Uerg. Aen. II, 758 ignis edax. 122] Uerg. Aen. VIII, 445 fluit aes riuis aurique metallum.

100 secuntur (qu *supra* ę m^3) 101 quaru (ū m^2) 102 dire (a *supra* i m^3) 103 sequuta 105 Scintillamque (mq *in ras.* m^2) pasta *ego* parta 107 siccoque *uix sanum, cf. 105*; spissoque *Brandes* 108 horruerant *B* horruerat petebant *B* patebunt (a *supra* u m^3) 109 ipse *G* ipsa 110 uitii (i *tert. ex* um *uel* ia m^2) 113 commas (m *pr. exp.*) 114 splendiscere (e *supra* ị m^3) 117 Undantisque (e *supra* i m^3) in (*s. u.* m^2) 118 dimersus (e *supra* i m^3; di *ex* cli?) animas (d *supra* ṇ m^3) 119 sumpto (m *ex* b) 120 numera (mun *supra* ṇuṃ m^3)

fundere quaeque suis. fuluo torrente coruscat
auri summus honor, candenti lacte renidens
effluit argentum, rigor aeris lubricus errat
et coit in mollem resoluto corpore massam
liuida glaeba chalyps. ruptis sic Aetna caminis
egerit inmixtis stridentia sulphura flammis,
lubrica dum feruent; at cum spirabilis aurae
temperiem sensere, rigent raptimque coruscam
uertitur in glaebam siccus liquor igne gelato
et fit corpus iners. uarios ita sistere cursus
mirantur latices, quos, dum qua deficit ardor,
iam cupidis spectant oculis blandumque colorem
accipiunt membris et quod timuere secuntur.
auxilium sensere dei gaudentque reorum
et primas nulla culpam uirtute secuta
ad uotum cessisse preces summoque parenti
acceptum referunt et quod dedit ignis et ignem
et mentem, cui quo sit opus patefecit. utrumque
certum habeo, munus sacrum explorasse parentes
cuncta alacres oculis permensos, sed prius auro
admouisse manus diti, quod fulmine mentes
iam ferit et cari subigit fulgore ueneni
nec satiat, donec mirantes pondere multo
uincat et elapsum durae ceu murice cautis
uulneret ac facilem uitiato corpore plagam
posse pati doceat. subiit noua cura repente
attonitos acuitque animos casumque magistrum
admonet arte sequi. duri tunc pondere saxi
alternis caedunt uicibus flectuntque trahuntque

127] Uerg. Aen. III, 579 *sq.* Aetnam . . ruptis . . caminis.

123 corusicat (i *eras.*) 126 mollem *G* molem 127 gleba caleps 128 sulphora 132 cursus *ego* currus 135 temuere (i *supra* e *pr.* m^3) sequuntur 137 sequuta 138 cesisse (ss *supra* s *pr.* m^3) parenti (ti *ex corr.* m^2, *fuit* u?) 139 igenem (e *pr. exp.*) 141 explorasse *ego* explorare 142 alacris* (e *supra* i m^3; m *ut uidetur eras.*) pri (*spatium duarum litterarum*; pri' m^1) 143 fulmine (u *ex* l) mentis 146 ceu *ego* se 149 Attonitus (o *supra* u m^3) magistrũ (ũ m^2 *in ras., fuit* is?) 151 caedunt *ego* cedunt trahuntque *ego* trauoque

in uarias species cedentem ad uerbera massam.
quam nullus formare labor, sed uicta figuram
ocius hinc perdit, magnis quod nisibus inpar
materies recipit studium, sed decipit usum.
durius ergo aliud quaerunt; sed et hinc placet aurum,
utile quod rigidum docuit magis esse metallum.
inde, cui propior decor est et uena secunda,
itur in argentum, blando quod firmius auro
officium magis est patiens. sed fortius aes est,
id quod conspicuum minus est. mox aere magistro
in rigidum chalybem translatus substitit usus.
  Forsitan et cunctos quos fingit opinio casus
artifices summos operum percurrere uersu
possit nostra chelys, tacito patefacta calore
ut se decoctis tellus pinguissima glaebis
mouerit in fetus uarios, quos imbre marito
parturiens putri dissoluerit arua meatu,
quo tumidi crepuere sinus elataque messis
extitit et motis undans trepidauit aristis,
disceret ut speciem segetis nouus accola cultae:
utque auidum ad tantam decurrens undi⟨que⟩ praedam
alituum pecudumque genus turbaeque minoris
nigra cohors, maiora suis in pabula trudens
semina corporibus, uitae inculcarit amicos

167] Uerg. Georg. II, 521 uarios . . fetus. 169] Uerg. Aen. XI, 775 sinusque crepantis. 173] Uerg. Aen. VIII, 27 Alituum pecudumque genus. 174] Uerg. Aen. IIII, 404 *sqq.* it nigrum campis agmen . . . pars grandia trudunt obnixae frumenta umeris.

154 inpar (m *supra* n m^3) 157 rigidum *M* regi dum 158 propior *M* proprior 160 aes est *Petschenig* esse 161 conspicuum (u *pr. s. u.*) 162 calibem (*corr.* m^3) substitit (ti *pr. s. u.* m^3) 164 uersum (m *exp.* m^3) 165 caelis (chelis m^3) 166 decoctis (ti *ex* a m^2) glebis 167 fetus (oe *supra* e m^3) 168 putridis soluerit (od *supra* di m^3) 169 quo *ego* qua crepecre (u *ex* e *alt.*) messis *G* messes 170 extitit *M* Extit 172 undi (q; *s. u.* m^3) 173 alituum (u *pr. s. u.*) turbaeque (tur *in ras.* m^2) minoris (is *in ras.* m^2, *fuit* ir *ut uidetur*; e *supra* i *alt.* m^3, *sed del.*) 174 maioris (s *eras.*; a *supra* i *alt.* m^3) suis (uis *in ras.* m^2) 175 inculcarit (in m^2 *in ras.*, u *ex* a m^2) amicus (o *supra* u m^3)

materia propiore cibos atque omne secutum
officium, docilis studii quod cura recepit.
semper ab exemplis meditatio sumpta magistris
fecerit artis opus: sed falsis nota reclamat
gloria larga patris: 'nil hinc sibi uindicet usus,
nil casus uirtutis inops: ego nosse creatis
quae bona sunt cum luce dedi mundoque minori
quicquid maior habet sacro notescere sensu
meque per haec uolui.' atque utinam inlibata maneret,
ut data mens homini est, nullique obnoxia culpae:
non illam species, non illam corpora rerum,
non modus astrorum numerus nec molis harenae
falleret. at quantis cum magno terra profundo
tendatur spatiis, quae sit mensura peractae
molis, quid resonet motu septemplicis axis
harmoniae uocale melos, nunc discitur usu
assiduisque datur studiis artisque putatur
quod manet ingenitum. nec sentit nube malorum
factus hebes, quod, si quae primum agnoscere credit,
quisque recognoscit. summo ergo hoc limite ueri
haereat. augustis quom pulsus sedibus Adam, Gen. 4, 1
nullum aliud prius officium quam coniuge dignum
egit et ignotos natis impendit amores.
inter tot curas placuit cui dulce creare,
uiuere dulce fuit. qui uiuere dulce probabat,
uiuebat rectore deo: nec derat alumnis

176 propriore (r *alt. exp.* m^3) atque (qu *in ras.*) 177 quod cura (od cu *in ras.*) recipit (e *supra* i *pr.* m^4) 178 meditatio (tat *in ras.*) 179 nota *B* mota 183 sacro sacro (*alt. exp.*) 186 scpecies (c *pr. del.* m^3) 187 molis *B* moles arenae 188 Fallaret (e *supra* a *alt.* m^3) at *ego* aut quantis cum (tis cum *in ras.* m^2) magno (o *ex* is m^5) 189 specus (a *supra* e *et* ii *ex* u m^3) 190 septimplicis (e *supra* i *pr.* m^3) 191 Armoniae (H *ante* A m^3) 192 Assiduis quae dstudiis (d *pr. eras.*) artisque (s *ex* q) 194 si quae *Petschenig* se quem 195 summo *ego* summa ueri *B* uiri 196 haereat *M* Herreat quom *ego* quod augustinus (nu *eras.*) adam (A *supra* a *pr.* m^3) 198 Egigt (g *alt. eras.*) 199 creare *M* crearet 201 deerat

quod uitam instrueret, quod rerum accingeret usu.
Et natis iam plena domus solacia mira
attulerat rudibus blandoque in corde parentum
multiplicata graues releuabat cura labores,
et spes iam suberat propriis gaudere ministris
ruris in officiis. quorum qui maximus aeuo
arua Cain duris uertebat pinguia rastris; Gen. 4, 2
at uiuo gaudere lucro dignissimus Abel
collibus aut nudis aut sicci germine campi
innocuas pascebat oues et lacte parentes.
postquam expectati satiarunt gaudia fructus
et stupuere sacro cingi sua uota fauore,
ammonuit mentes operum libamina iustum
prima dicare deo. sacras prior impedit aras Gen. 4, 3
frugibus ille nouis, niueo magis hic litat agno,
prima sacerdotum species, mox hostia fratris
impia, sed signo iam tunc imbuta futurae
indicioque piae. namque ut suscepta notauit Gen. 4, 4 et 5
fratris sacra Cain, sibi nulla in fruge litanti
annutum, seu quod uotas praelegerit ante
pollueritque dapes seu totum tempore in uno
cernenti reus est praesens quandoque futurus
mente nocens, illo ⟨dirum⟩ de fonte uenenum,
quo serpens materque, bibit fratremque cauendi Gen. 4, 8
ignarum saeua mactatum caede trucidat.
Heu facinus! quid non miseros furiosa libido,
quid non ira recens, odium uetus, improba cogant

208 *sqq.*] Cypr. Gen. 139 *sq.* 216] Cypr. Gen. 144. 222] Uerg. Aen. III, 234 polluit . . dapes. 224] *cf.* Lucr. VI, 827 *sq.* 228] *cf.* Uerg. Aen. III, 56 (IIII, 412).

202 accingeret *ego* at cingeret (i *ex* a m^2) usu *ego* usum 203 solatia 204 Attullerat (l *alt. del.* m^2) rudidbus (d *alt. eras.*) 205 releuabat *M* relaubebat 209 abel (A *supra* a m^3) 210 *fort.* gramine 211 Innocuas *G* Innouas (lle *supra* n *pr.* m^3, *sed deletum*) 213 stupuere (uer *in ras.*) cinci (g *supra* c *alt.* m^3) 214 mentis 219 Indictioque (t *del.* m^3) 220 cain (Cain *supra* m^3) 221 uotas *ego* totas (*ortum ex* totum *u.* 222) preligerit (*corr.* m^3) 224 dirum *addidi* 226 trucitat (d *supra* ṭ *alt.* m^3)

quae uexant gentes scelerum certamina, tantum
si facinus fecit, qui sic, quod sanctior ipso
frater erat, doluit. nulla est iam culpa parentum.
et ne aliquam saltim uel de serpente querellam
quod morimur quisquam superesse existimet, ante
coepimus occidi. pro quantum prima propago
criminis adiecit! mortem pro nomine poenae
inductam mundo uix dignum est dicere: fecit
impietas scelus esse nouum. peccata parentes
tantum morte luent: tu poenas morte solutas
et pro morte dabis, peior serpente nefando.
ille etenim letum suasit, non intulit: at tu
auctor primus eris caedis. te publicus hostis,
te latro priuatus sequitur, tibi crimina plectent
arma⟨ti⟩ telis, gladiis et uindice ferro.
militia scelus omne tua est populique futuri
quod minus interitu iusso quam caede peribunt
ad te summa redit. nec prorsus displicet istud
moribus exemplum, quod fratris sanguine primum
humanus fundi coepit cruor, ut facinus par
sentiat admissum, tali quem crimine constat
fraternum renouasse nefas, ratione docente
omne hominis letum non prima sorte perempti
esse necem fratris. tali tunc caede madentem Gen. 4, 9
non aspernatur — tanta est clementia — dignum
affatu censere deus facinusque negantem
arguit et tanto leuiter pro crimine punit
mensuram poenae facti de parte petendo,
ut, quia praemonitus facinus conmittere dirum

252] Ouid. Met. I, 149 caede madentes.

229 scelerum (e *alt. ex* o *m*[3]) certamina (a *alt. ex* i *m*[3]) 230 S∗i 231 Frater (F *in ras.*) 232 saltim (e *supra* i *m*[3]) querelam 236 di-diguum (di *pr. eras.*) dicere *ego* adicere *(ortum ex* adiecit *u. 235)* 238 solutas *M* solutus 240 laetum 243 armati *B* arma teglis (g *exp.*) 245 iusto *B* 247 fratris∗ (s *in ras.*) 249 admissum *B* amissum crimine *(superductum m*[2]*; sub* m *latet litt. alia)* 251 laetum *an* priua? 252 fratris *B* fratri 253 aspernatur *ego* aspernatus dignum (i *ex corr. m*[2]) 254 affatu *ego* affectu 256 facti (ti *m*[2] *ex* a) 257 cōmittere

non timuit, tremeret: meritum quod noluit esse
supplicium fieret: quod mens haurire recusans
duxisset leue, membra graue exagitata probarent,
percussoque animo, quo se tortore profundo
uindicat omne nefas, corpus quoque frangeret horror
criminis ac totos uehemens exiret in artus
motaque praecipiti raperentur membra rotatu, Gen. 4, 11
ut labris saepti latices cum luce recussa
exceptos frangunt radios, subit atria fulgor
lubricus et totum perlustrans nusquam et ubique est;
cumque tremit, sensim sublustri intexta corusco
linea caeruleae sine fine intermicat umbrae.
non erat is motus, quem neruis frigidus umor
incutit adstrictis, media cum morte repletos
sic rigat, ut totam nequeant amittere uitam:
sed qualem ciet ira dei, cum conscia mentem
uis domat et sano torquentur corda furore.
† quid tamen et quotiens talis sententia ? totum est
ultio ⟨iam⟩ facinus caesi, iustissima saeui
poena rei, terror genti populoque futuro
propositum exemplum, praesens purgatio culpae
et quod promisit signum custodia uitae: Gen. 4, 15
ne quisquam perimat ferroque abolere laboret
quem poenas soluisse uidet. nec sufficit istud
supplicium blandis naro admiscere seuera:
amandat longe uastasque relegat in oras. Gen.
hoc quoque munus habet, ne polluat arua piorum,

264] *cf.* Aus. Mos. 362. 270] *cf.* Lucr. VI, 841.

259 mens (s *ex* m m^2) recusans (s *pr. in ras.*) 260 menbra (m *su*[illegible] ṇ m^3) 261 percussoquaẹ (a *exp.* m^3) quo *ego* qua 262 horrǫ (o *su*[illegible] rr m^4) 265 septi recussa *B* recassa 266 fulgor *B* fulgur 268 [illegible] ınit *M* tremet 270 ẹs (i *supra* ẹ m^3) humor 271 adstrictis (is *in ras.* [illegible]) morte *M* murte (a *ex* u m^2) 272 ãmittere 275 Quid . . quotiens [illegible] *rupta;* qui t. est quatiens *Petschenig* 276 iam *addidi,* nam *M* sae[illegible] (ui *in ras.* m^2; *fuit* gi?) 277 futuro (fut m^2 *in ras.*) 278 Propositum (o *pr. ex* a) 279 quod (u *ex* a m^2) custodia (i m^2) uitae (i m^2) 280 Ne[illegible] (c *exp.* m^1) 281 penas (oe *supra* e m^3) 282 naro (m *supra* ṛọ m^3, *sed* *deletum*) 283 Amendat (a *supra* e m^3)

ne scelus hoc populis fieri potuisse creandis
testis poena probet, ne se permisceat umquam,
ammoueat maestis ne se parentibus umquam
gens damnata, bonis ne luctus semper acerbos
ingerat et fratrum dispar ne causa dolore
torqueat orbatos, illum quod lumina quaerant,
istum quod uideant, in quo lugere necesse est
hoc quoque, quod superest. summum est in funere nati
qualiscumque malum: set tanto in crimine tali
supplicio affecti quouis sub iudice peius
perduntur uiui. quid quod mage conuenit ipsi
a patriis longe damnato excedere terris,
cui secreta placent, grauiorque est poena uideri
inter felices et pura mente beatos?
uicturo post supplicium factique pudorem
parcitur exilio. iam quod comes additur uxor Gen. 4, 17
fida reo, nec damnatis absistere munus
spes fit certa dei. datur en quae pectoris aegri
molliret curas, moto quae corpore fractum
sisteret amplexu nullique obnoxia culpae
sola deum precibus et pura mente colendo
eliceret quicquid posset satis esse duobus.

300] Uerg. Aen. VI, 528 comes additus una. 302] Uerg. Aen. I, 208 curis ingentibus aeger.

286 se permisceat *M* semper misceat umquam (un *supra* ụṃ m^3) 287 admoueat *M* Ammoneat maestis *M* mestos umquam (un *supra* ụṃ m^3) 288 luctus (u *alt.* m^2 *ex corr.*) acerbos *B* acerbi 289 fratrum *M* fratrem dolore *Petschenig* doloris 290 illum *ego* illud 291 Istum (d *supra* m m^3) neccesse 293 malum *ego* malus set (d *supra* t m^3) in (n m^2 *ex* a) 294 Suplicatio (ca *eras.*, plicio m^3 *supra* pḷị**ṭịọ) affecti (ti *in ras.*) indice *(in ras.)* pe*ius (c *eras.*) 295 Perduntur (u *pr. in ras.*) uiui (i *alt.* m^2 *ex corr.*) quid *(in ras.)* conuenit (t *s. u.* m^3) ipse (i *supra* e m^3) 296 patriis (ii m^2 ex p) damnato (na *in ras.*) excedere *M* excidere 297 paena (o *supra* ạ *pr.* m^3) 299 Uictoro (u *supra* o *pr.*) supplicium (p *pr. s. u.* m^3) 300 iam *ego* nam 301 fida *G* Eịda 302 Sṣpes quae *ego* quia 303 motoque 304 amplexũ (ũ *s. u.* m^3) 305 prạecibus (a *exp.* m^2) colendo (col *in ras.*) 306 elicerit (e *supra* ị *alt.* m^3) posset *Fabricius* possit satis (ti *ex* u)

o bona maiestas, quid non sperare queamus!
ipse uias ueniae tacitas causamque ministras,
qua ualeas prodesse reo, quem prole sequenti
augens multiplicas per nomina mille nepotum
et proprii regem populi mox de patre summo
constituis. primus nam cingere moenibus urbes Gen. 4, 17
erudiit, quod nemo potest nisi plebe coacta.
confessusque metu meritum de gente suorum Gen. 4, 23 et 24
ultorem admonuit Syrum docuitque perire,
dum timet occidi, qua forsan caede piatus
diluit admissum, simili quod morte rependit;
et mors ipsa lucrum est, quod criminis ultio facta est.
Interea maesto rusum grauis Eua marito Gen. 4, 25
pensarat primum sancto iam pignere damnum
reddideratque iterum curas et uota parenti.
Seth puero cognomen erat, quem numine prono
adiutis supplere locum uirtutibus Abel
omnipotens tribuit, quod munus gaudia laeti
non tacuere patris seriesque adiecta probauit.
huius quippe uiri de semine proditus Enos, Gen. 5, 6
qui primus tacita lectus uirtute sacerdos
posse ciere piis precibus et nomine uero
sperauit meruitque deum populumque secutum
imbuit aeterni cultum seruare parentis
auxilioque sacro, qua uita exposceret, uti,

307] *cf.* Uerg. Ecl. VIII, 26. 312] Uerg. Aen. III, 255 cingetis moenibus urbes.

307 non *sperare (non *in ras.* m^2, *ante* s i *longa erasa*) queamus (que *in ras.* m^2) 309 ualeas *Petschenig* uelis sequenti (qu *in ras.* m^2) 310 multiplicas (s *in ras.* m^2; *fuisse uidetur* t) 312 urbis 315 serum *Petschenig* 316 Dum (D *ex* I) forsam (n *supra* ṃ m^3) 319 Inter ac *(corr.* m^3*)* rumsum (r *supra* ṃ *pr.* m^3) eua (E *supra* e m^3) merito (a *supra* ẹ m^3) 320 pignere (o *supra* ẹ *pr.* m^3) 321 reddideratque *G* Redderatque (i *supra* ẹ *alt.* m^3) 322 Sedh (t *supra* ḍ m^3) numine *ego et Petschenig* nomine 323 abel (A *supra* a m^3) 325 tacuere *ego* tacure (a *supra* ẹ m^3) 326 enos (E *supra* ẹ m^3) 328 praecibus (a *exp.* m^3; b *ex* p m^1) nomine ** (re *eras.*) 330 parentes (i *supra* ẹ *alt.* m^3) 331 exposceret uti *ego* exposcere tuti

confessa omnipotens quod maiestate ferebat,
et mentem meritumque dabat multosque per annos
criminis antiqui poenam differre sinebat,
usque adeo ut cunctis pollens uirtutibus Enoc Gen. 5, 19
horum de serie, quos continet alma propago,
redditus in sedes patrias orbemque beatum
uiuat adhuc uitaeque habeat iam regna futurae. Gen. 5, 24
quippe nouo mundi cultu uitiisque carenti
post ter centenos triplices qui duceret annos
mille replens numeros, decimi conpendia uersus,
niuentum certamen erat. sed crimina postquam
infecere animos et nata in stirpe sequenti est
culpa patrum peiorque suo maiore propago
adiecit semper uitiis quod uinceret heres,
succurrit uitae breuitas, quando hic modus unus
augendi sceleris lucis qui terminus esset.
namque Cainigenum cum se coniuncta profanis Gen. 6, 2
damnasset thalamis, melior cui uena, iuuentus,
in uarium facinus sacro deserta fauore
concidit atque hostem insidiis patefacta recepit
talia fante deo: 'non semper noster in istis Gen. 6, 3
spiritus insistet populis nec differet ultra
bis senos decies leti data tempora seri
uita nocens annos, quoniam terrena secuti
plus carnis quam mentis habent.' siue ergo seuera
naturam fregit sententia iudicis almi,
ut sic quemque reum brutae plus matris habere

333 annjos (i *exp.* m^3) 334 differrerẹ (re *alt. exp.* m^3) 335 uirtutibus (r *s. u.* m^3) enoc (E *supra* e m^3) 337 sedis (e *supra* ị m^3) 338 habeat *ego* habet et 340 qui duceret *ego* qui ducit (it *ex corr.; uoluit librarius* ip) in 341 cōpendia 343 eṣt (s *exp.* m^1) 345 adiecit *ego* Adiecit (i *supra* e m^3) ergo heres (ẹ *ex* e *pr.* m^3) 346 Succurrit (c *pr. ex* r m^2, r *alt. add.* m^3) 347 terminis (us *supra* ịs m^3) 349 thalamis (i *ex* u) uena *ego* uenea 351 concidit *ego* Concedit recipit (e *supra* ị *pr.* m^3) 353 insistet *B* insistit diferet (ff *supra* ḟ m^3) 354 sinos (e *supra* ị m^3) decies (e *pr. in ras.* m^4, i *s. u.* m^2) laeti 355 sequuti 357 naturam *M* Maturã fregit *ego* (*cf. III, 308*) fecit

o bona maiestas, quid non sperare queamus!
ipse uias ueniae tacitas causamque ministras,
qua ualeas prodesse reo, quem prole sequenti
augens multiplicas per nomina mille nepotum
et proprii regem populi mox de patre summo
constituis. primus nam cingere moenibus urbes Gen. 4, 17
erudiit, quod nemo potest nisi plebe coacta.
confessusque metu meritum de gente suorum Gen. 4, 23 et 24
ultorem admonuit Syrum docuitque perire,
dum timet occidi, qua forsan caede piatus
diluit admissum, simili quod morte rependit;
et mors ipsa lucrum est, quod criminis ultio facta est.
Interea maesto rusum grauis Eua marito Gen. 4, 25
pensarat primum sancto iam pignere damnum
reddideratque iterum curas et uota parenti.
Seth puero cognomen erat, quem numine prono
adiutis supplere locum uirtutibus Abel
omnipotens tribuit, quod munus gaudia laeti
non tacuere patris seriesque adiecta probauit.
huius quippe uiri de semine proditus Enos, Gen. 5, 6
qui primus tacita lectus uirtute sacerdos
posse ciere piis precibus et nomine uero
sperauit meruitque deum populumque secutum
imbuit aeterni cultum seruare parentis
auxilioque sacro, qua uita exposceret, uti,

307] *cf.* Uerg. Ecl. VIII, 26. 312] Uerg. Aen. III, 255 cingetis moenibus urbes.

307 non *sperare (non *in ras.* m^2, *ante* s i *longa erasa*) queamus (que *in ras.* m^2) 309 ualeas *Petschenig* uelis sequenti (qu *in ras.* m^2) 310 multiplicas (s *in ras.* m^2; *fuisse uidetur* t) 312 urbis 315 serum *Petschenig* 316 Dum (D *ex* I) forsam (n *supra* m̤ m^3) 319 Inter ac *(corr.* m^3*)* rumsum (r *supra* m̤ *pr.* m^3) eua (E *supra* e m^3) merito (a *supra* ẹ m^3) 320 pignere (o *supra* ẹ *pr.* m^3) 321 reddideratque *G* Redderatque (i *supra* ẹ *alt.* m^3) 322 Sedh (t *supra* ḍ m^3) numine *ego et Petschenig* nomine 323 abel (A *supra* a m^3) 325 tacuere *ego* tacure (a *supra* ẹ m^3) 326 enos (E *supra* ẹ m^3) 328 praecibus (a *exp.* m^3; b *ex* p m^1) nomine ** (re *eras.*) 330 parentes (i *supra* ẹ *alt.* m^3) 331 exposceret uti *ego* exposcere tuti

confessa omnipotens quod maiestate ferebat,
et mentem meritumque dabat multosque per annos
criminis antiqui poenam differre sinebat,
usque adeo ut cunctis pollens uirtutibus Enoc Gen. 5, 19
horum de serie, quos continet alma propago,
redditus in sedes patrias orbemque beatum
uiuat adhuc uitaeque habeat iam regna futurae. Gen. 5, 24
quippe nouo mundi cultu uitiisque carenti
post ter centenos triplices qui duceret annos
mille replens numeros, decimi conpendia uersus,
uiuentum certamen erat. sed crimina postquam
infecere animos et nata in stirpe sequenti est
culpa patrum peiorque suo maiore propago
adiecit semper uitiis quod uinceret heres,
succurrit uitae breuitas, quando hic modus unus
augendi sceleris lucis qui terminus esset.
namque Cainigenum cum se coniuncta profanis Gen. 6, 2
damnasset thalamis, melior cui uena, iuuentus,
in uarium facinus sacro deserta fauore
concidit atque hostem insidiis patefacta recepit
talia fante deo: 'non semper noster in istis Gen. 6, 3
spiritus insistet populis nec differet ultra
bis senos decies leti data tempora seri
uita nocens annos, quoniam terrena secuti
plus carnis quam mentis habent.' siue ergo seuera
naturam fregit sententia iudicis almi,
ut sic quemque reum brutae plus matris habere

333 annjos (i *exp.* m^3) 334 differrerẹ (re *alt. exp.* m^3) 335 uirtutibus (r *s. u.* m^3) enoc (E *supra* e m^3) 337 sedis (e *supra* ị m^3) 338 habeat *ego* habet et 340 qui duceret *ego* qui ducit (it *ex corr.; uoluit librarius* ip) in 341 cōpendia 343 eṣt (s *exp.* m^1) 345 adiecit *ego* Adiecit (i *supra* e m^3) ergo heres (ẹ *ex* e *pr.* m^3) 346 Succurrit (c *pr. ex* r m^2, r *alt. add.* m^3) 347 terminis (us *supra* ịs m^3) 349 thalamis (i *ex* u) uena *ego* uenea 351 concidit *ego* Concedit recipit (e *supra* ị *pr.* m^3) 353 insistet *B* insistit diferet (ff *supra* f̣ m^3) 354 sinos (e *supra* ị m^3) decies (e *pr. in ras.* m^4, i *s. u.* m^2) laeti 355 sequuti 357 naturam *M* Maturã fregit *ego* (*cf. III, 308*) fecit

argueret, qua natus erat, seu, munere primo
quam dederat famulis sacra uirtute creandis,
larga facultatis diuinae gratia quo se
a toto ad solum corpus transisse probaret
peccatis traducta patrum, generata repente
monstra hominum, celsa membrorum mole gigantes, Gen. 6, 4
mente feri tumida. quantum per corpora diris
posse subest animis et quantum uelle necesse est
seruitio oppressis tam magnae molis iniquo,
non illis quicquam inliciti temerasse profanum Gen. 6, 11
aut licitum cordi: uetitis succensa libido
acrius et rebus pretium non forma petendis,
sed scelus imposuit. nullae sine sanguine noctes
aut sine caede dies, lacrimis sumpsisse propinqui
dulce cibos ipsosque cibis uiolasse propinquos,
inmemores socii iuris hominumque suique
affectusque sacri matrumque patrumque suorum
auctorisque poli, tantumque in crimina summa
processum est, ut cuncta deum informasse pigeret, Gen. 6, 5–
quis uitam lucemque dedit, causaque nocentum
criminis expertes animas conuoluere mallet
quam non praecipiti terras submergere ponto
rursus in antiquam mundo redeunte ⟨figuram⟩.

364] Cypr. Gen. 238. 367] *cf.* Hor. C. III, 4, 65. Ouid. Fast. V, 35. 380] Uerg. Aen. I, 40 submergere ponto.

359 qua *ego* quod erat ***** (*ult. litt. fuisse uidetur* r) 360 creandis *M* creandus 361 diuinae *B* diuina 362 At (t *del.* m^3) transise (ss *supra* s *alt.* m^3) proba*ret (s *eras.*) 364 Mon estra (e *del.* m^3) hominum (in m^2 *in ras. ex* im) membrarum (o *supra* a m^3) 365 Menti (enti *in ras.* m^4; e *supra* i m^3) corpora (a *in ras.* m^5) 366 quantum *ego* quantis 367 oppressis (p *alt. ex* s) magnę (ę *ex* i m^3) 368 inlitici (citi *supra* ṭịc̣ị m^3) temmerasse (m *pr. eras.*) 370 p̃cium 371 nullae (e *ex* i) 372 lacrimis (l *ex* d) sumsise (p *supra* ms *et* ss *supra* ṣ m^3) 373 uiolase (ss *supra* ṣ m^3) 376 auctorisque *G* auctoresq; polici (ci *eras.*) 377 formasse *G* pegerit (*corr.* m^3) 378 quis (ei *supra* ị m^3) causaq; (ae *ex* a m^4) 379 Criminis (ni *in ras.*) expertis (e *supra* ị m^3) conuoluere (re *s. u.* m^4) 380 summergere (su m^2 *in ras.*) 381 antiquam (u *supra* a *alt.* m^3) redeunte fidelis (*aberrauit librarius ab ultimo*

. . . .
. . . . fidelis Gen. 6, 8 et 9
iam per quingentos inmunem criminis annos
duxerat et posita degentem lege probarat.
cui sic sancta deus pandens arcana reuelat:
'terrarum uitiis hominumque ad crimina pronis Gen. 6, 12 et 13
abiecta uirtute malis succurrere rerum
fine parans statui quando, omnes plectere culpas
saeuum prospiciens leuiusque abolere nocentes,
inducto rursum terras submergere ponto,
ut, dum cuncta ruens operit iussusque residit,
gurgite praecipiti pollutum diluat orbem
inplicitosque homines et quicquid uiuere iussi
causa hominum tumidi conuoluat labe profundi.
sed quia tu solus, cui cordi est nostra uoluntas,
deuotum sacris ducens sub legibus aeuum
semper in hoc tantum merito meliore repugnas,
sic decretorum moderabor iura meorum,
ut, cum iusta mali luerint, tunc dignius a te
incipiat mortale genus summumque parentem
te numerent populi, nostra qui luce fruentur.
quadratis igitur trabibus contexta paretur
arca tibi, quae ter centum tendatur in ulnas Gen. 6, 14 et 15
perque decem quinas pateat, consurgat in altum

402] Cypr. Gen. 255.

huius uersus uerbo ad fidelis, *quod paulo post legebatur in uersu ultimo. recte igitur G restituit* figuram. *exciderunt unus uel duo uersus et deinde eius, cuius ultimum uerbum* fidelis *seruatum est, pars maxima. in eis, quae perierunt ante* fidelis, *legebatur substantiuum cum hoc adiectiuo coniungendum (fort.* mensque) *ac probabile est scriptum fuisse pronomen* quem. *de eis, quae interciderunt, coniecturam facere licet ex Gen. 6, 8 et 9)* 382 inmunē (ē *ex* i *in ras.*) 383 posita *B (nam de* posta *uix cogitandum)* postea lege *G* (in lege) legem 384 cui *G* Qui archana 385 crimine (a *supra* ẹ m^3) 386 succurrere (c *pr. ex* b m^5, re *alt. s. u.* m^3) 387 statuiquando·/. (q *ex* t) omnes *(in marg., signo* ·/. *adiecto)* plectore (e *supra* ọ m^3) 390 ut *M* Et iussusque (s *pr. s. u.*) 392 Inplicitasque (m *supra* n m^3, o *ex* a m^2) 396 in* (& *eras.*) 397 decretorum ** (de *ut uidetur eras.*) 398 mali luerint *B* maluerint dignius *G* dignos 402 ulnas *M* ulmas

ter denis tantum; per . . . . Gen. 6, 16
. . . . consummetur in unam
desuper. at lateri seruetur ianua, qua se
collecta oblico fastiget machina tecto.
tunc calidum bibula spirans conpage bitumen Gen. 6, 14
exploret tenues et uestiat undique rimas
fusum more cutis. labor hinc te maximus intro
auocet: inmensis latus adnectatur utrimque
postibus et caueae fundentur membra peractae:
cumque triplex spatium discreuerit area duplex,
sic discernantur propriis animantia nidis,
ne uiolent permixta genus conmissaque pugnent
confundantque cibos, quorum te condere par est
tantum materiem; nam dispensata receptis
ne desit, praestare meum est.' haec mente fideli
accipiens — namque ipse animum sensusque ministrans
uelle et posse dabat famulo quodcumque iubebat —
adgreditur densas natis populoque coactae
plebis in hoc genitas ferro prosternere siluas.
ammittunt luci radios umbrisque leuatur
campus et aequaeuo spoliantur robore ualles
ac nemora speciem mundi inplicitura minoris.

406] Cypr. Gen. 257. 422] Stat. Theb. IIII, 682 admittunt aethera luci. 423] Lucan. III, 395 spoliantur robore siluae.

404 *post* per *exciderunt huius uersus reliqua atque initium insequentis; cf. Gen. 6, 16 'fenestram in arca facies et in cubito consummabis summitatem eius.' unde ueri simile in uersu ultimo scriptum fuisse* fenestra consumetur unam *(sc. ulnam) ego* unum, ulnam *Petschenig; cf. Sept. Gen. 6, 16* 405 at *ego et Petschenig* 406 oblico (quo *supra* ço̩ m^3) tecto *ego* tectu 407 conpage (m *supra* ṇ m^3) 410 utrimque (n *supra* ṃ m^3) 411 postibus *ego* Pontibus fundentur (a *supra* ẹ m^3) 412 aera (re *supra* er m^3) 413 Sio (c *supra* o m^3) 414 ne uiolent *G* Nec uideant (a *s. u.* m^3) cōmissaque 415 par *M* pars 416 matheriem (h *del.* m^3) nam (n *supra* ṃ m^3) dispensatae (e *alt. eras.*); *expectes* dispensanda 417 hec (c *s. u., sed totum uerbum in ras.,* hęc *s. u.* m^3) 420 populoque *B* populumque 421 plebis *M* P*lebes 422 admittunt luci *G* ammittit (d *supra* m *pr.* m^3) tunc luci (x *supra* ci̩ m^3); *patet* tunc *ex* tunt *supra* tit *scripto ortum esse* 423 ęquęuo (q *ex* b m^1; ę *alt. ex* e m^3) 424 speciem in; in *deleui* inplicitura (m *supra* ṇ m^3)

sed cum tam multo fuerit properata labore
summa operis coepti, centum differtur in annos,
ut pigeat sceleris populos iraeque repugnent.
o nimium miseri, tam iustae quos mora poenae
plus facit esse reos: iam non pro crimine tantum
plectentur, ueniae quis copia larga petendae est,
sed quod plectentur, quot Tartara dira subibunt
temporis indulti spatio, cum parcere cunctis
testetur se malle deus. iam mole peracta
contextum stabat laterum conpage capaci
auxilium, quod supremum pater ipse pararat
naufragiis, natura, tuis, causamque ciebat,
cum deus e celso famulum dignatur Olympo Gen. 7, 1
uoce monere Noën summum iam tempus adesse
condere se latebris matrem natosque nurusque
eripere instanti exitio mortisque tenebris
carcere uitali secumque animantia cuncta, Gen. 7, 1 et 2
quae sua tellus alit, quae non sua sustinet aër,
per sexum septena, deus quae munda probauit,
bina pari, immundi generis sed singula sexu.
nec mora fit: quicquid conuexo cardine caeli
nascitur ignotum diuersis partibus orbis,
quod stupet Eous, quod pallidus horret Hiberus,
australis Libyae calidis quod saeuit harenis,
scindit Hyperboreas miro quod lumine noctes,

446] Uerg. Aen. XII, 708 diuersis partibus orbis. 448] Lucan. I, 368 calidas Libyae . . . harenas.

425 multo multo *(alt. exp. m^3)* lobore (a *supra* o *pr.* m^3) 426 coepti (o *s. u.*) 427 sceleris (i *ex* e) populos *M* populus reppugnent (p *pr. eras.*) 430 quis (eis *supra* ịṣ m^3) petendae *B* petenda 431 quot *ego*, quod (*bis* quot *Petschenig*) diera (e *eras.*) 433 testatur (& *ex* a m^1) 434 conpage (e *ex* o m^2; m *supra* ṇ m^3) 436 natura (a *alt. ex* is m^2) 437 dignatur *ego et Petschenig* 438 noen (N *supra* n *pr.* m^3) summum iam (mum iam *in ras.* m^2) 442 Quae sola (sua *supra* ṣọḷạ m^3) 443 sexum (s *in ras.* m^2) 446 ignotum (u *ex* i) 447 stupe (t *ex* p m^2, & *ex* e m^4) hiberus (h *del.* m^3) 448 Libyae *G* libia (y *ex* i *alt.* m^3) callidis (l *alt. exp.* m^3) arenis 449 Scindit (i *alt.* m^2 *in ras.*) noctis (e *supra* ị m^3)

una ruit trepidans et apertae inmergitur arcae.
diluuium sensisse putes; nam cum deus auctor
det brutis sensum, quo se testetur alumnis,
plus pecudes rationis habent, quae numine motae
nil de se sapiunt. ergo omni semine uitae
praegrauidam ut primum claudi deus imperat arcam,
nox ruit et subitae caelum obduxere tenebrae
effusoque cadens terras ferit aëre nimbus Gen. 7, 12
praeceps, more breuis, seruaturusque tenorem
sic furit et toto pariter desaeuit in orbe
tam, quam in parte solet, rapido cum turbine mota
tempestas sequitur saeuos aut nuntiat ignes
fulminis et tonitru caelum terraeque reclamant.
nec satis excidio est qui nubibus effluit imber: Gen. 7, 17
antiquae laxantur aquae iamque aethere aperto
in nubes uacuas caelum pluit, intima terrae
halitus extendens, qui flumina sufficit, implet
atque nouos pandit fontes torrentibus aequos.
dumque uno inmixtum raptim se gurgite iungit
quod caelum, quod terra uomit, quod nubila fundunt,
inuoluit mersos mixtis cultoribus agros
implicitosque greges stabulis, cum ciuibus urbes
obruit: inter aquas populi periere ruinis.
nulla manet rerum facies, tegit omnia fluctus
crescendoque suum perdunt et flumina nomen,
mox etiam cursum. nullis satiabilis umquam
amnibus oceanus tam magna mole ruentes

456] Uerg. Aen. VIII, 369 Nox ruit et. 470] Uerg. Aen. VIII, 8 cultoribus agros. 471] Ouid. Met. VIII, 553 cum gregibus stabula alta trahi. 474] *cf.* Ouid. Fast. IIII, 338.

450 inmergitur (m *supra* n̤ m^3) 451 putes *Petschenig* potes (st *supra* s̤ m^3) 452 det *ego* dat 453 pecudis (e *supra* i m^3) numine (numin *in ras.* m^2) 455 primum (p *in ras.* m^2, *fuit* b; u m^2 *ex corr.*) 456 obduxeret (e *supra* e̤t̤ m^3) 461 ignis (e *supra* i *alt.* m^3) 464 lanantur (x *supra* n *pr.*) 465 caelum (e *ex* l) 466 Halitus (H *add.* m^3) *fort.* flamina implet (p *ex* b) 469 terrã (~ *del.* m^3) uomit *G* mouit 471 gregis (e *supra* ị m^3) urbes (urb *in ras.* m^2) 473 teg& (it *supra* &̤ m^3) 475 umquam (n *supra* m̤ *pr.* m^3) 476 magne (a *supra* e m^3)

iam persentit aquas, aucto quas gurgite maior
pellit et in cumulum redeuntes surgere cogit,
donec contractis aestum attollente profundo
undique litoribus summo se circite iungat
fluctus et oppressis concurrant aequora terris. Gen. 7, 18 et 19
et iam ter quinis super omnia celsior ulnis Gen. 7, 20
arca ferebatur; namque haec mensura supremos Gen. 7, 19
excessit montes, cum quadraginta diebus Gen. 7, 12
unius pluuiae furor et nox una fuisset.
ter quinquagenis post solibus aëre sudo
cum similis ponti modus et mensura maneret, Gen. 7, 24
clausorum omnipotens miserans decedere magnum Gen. 8, 3
paulatim iussit pelagus, seu parcere cunctis,
quas poterat fugiens raptim subuertere, terris
seu clausis uoluit, sensim quos unda relabens
tutius in sedem stabilem subducta locaret.
denique mons † aër diffuso uertice planus Gen. 8, 4
uecturus suscepit onus. iam summa uideri Gen. 8, 5
posse iuga ac planos scopulis distinguere fluctus
cumque residenti sensim prorumpere siluae
aequore et occulti paulatim surgere colles.
iamque niger patula speculator missus ab arca Gen. 8, 6 et 7
aëra prodiderat placidum praedaque reperta
detentus; sed adhuc cella claustrisque morandum Gen 8, 8—11
fessa columba refert, quae rursum missa reportat
paciferae frugis paruum libamen oliuae.

496 *sq*] *cf.* Ouid. Met. I, 344 *sq.* 502] Uerg. Aen. VIII, 116 paciferae . . oliuae.

477 aucto (u m^2 *ex* ui?) 481 oppraesisis (a *exp.* m^2, i *pr. del.* m^3) concurrant (n *s. u.* m^4) 484 quaraginta 485 nox *B* mox 487 ponti (i *in ras.* m^2) modus (m *in ras.* m^5) 488 omnipotens (ot *in ras.*) deceder& (e *supra* & m^3) 490 ramptim (m *pr. eras.*) 491 semsim (n *supra* m *pr.* m^3) 492 sedem (m m^2 *in ras.*, m^1 iq?) 493 mons *Petschenig* mox (mo *in ras.*) *fort.* Ariae (Armeniae *Uulg.*), Asiae *Petschenig* 494 uecturus *Petschenig* Uecturum (Uec *in ras.*) suscipit (e *supra* i *pr.* m^3) honus 495 scopolis (u *supra* o *alt.* m^3) 499 praedaque reperta *G* praedamque repertam 500 hac (ad m^2) huc colli (cella m^3) 501 refort (e *supra* o m^3)

tantus ad indicium magni cum laude parentis
clausorum fletus, quo se quoque laeta reuelant,
exoritur, quantus, muris cum uictor acerbus
insultat, subitum obsessis si forte feratur
auxilium: quantus, cum iudice missa modesto
addictos rursum uitae sententia reddit:
quantus, in ambiguum funus cum uita recurrit
inter lugentum lacrimas et gaudia, fletus.
postquam ter missa speculatrix arua patere
nuntiat hoc ipso, terris quod capta receptis
non rediit, taedet pigras perferre latebras,
quo spes est propior caelo spirare patenti
atque animam aetherio laxatam pascere sensu.
sed fas haud ulli est exire in luminis oras,
ut uetitum nasci caelumque diemque subire
non uocitante deo, propria qui uoce trementem Gen. 8, 15–1
iussa Noën monuit sacris excedere claustris
coniuge cum fida natis nuribusque pudicis
et noua deductis iterum dare rura colonis
cunctaque quae pariter proli seruata futurae
humanos pollens opifex formauit in usus.
quae, postquam data porta, ruunt: pars aëra pennis, Gen. 8, 19
pars saltus siluasque petunt, pars mersa cauernis
infoditur patulis terrae, pars libera campis
exultat siccis et prato uernat aperto.
at dominus, mundi sortitus regna secundi,
cuncta Noë gaudens oculis ac mente capaci
accipit atque animum nequit exsaturare replendo
et cupido raptim perlustrans omnia uisu

516] Uerg. Georg. II, 47 luminis oras, *cf.* Aen. VII, 660. 524] Uerg. Aen. I, 83 qua data porta ruunt. 525] Verg. Georg. IIII, 53 saltus siluasque peragrant.

503 parenties (e *alt. eras.*) 508 Addictos (c *s. u.*) sententiae (s *ex* c *m*², e *tert. eras.*) 510 fletus *G* fletur 514 propior *B* proprios 516 luminis (lu *ex* m) oras *B* auras, *fort. recte, cf. ind. script.* 517 ut *M* Et 519 noen (N *supra* n̤ *pr. m*³) excedere *G* excidere 522 pariter *ego* pater 523 pollens (po *m*² *in ras.*) 524 porta ruunt *G* portarunt 528 Ad (t *supra* ḍ *m*³) 529 noe (N *supra* n̤ *m*³) 530 nequid (t *supra* ḍ *m*³)

ut noua miratur. noto fulgentior ortu
et mage sol rutilus, ridet maiore sereno
laeta poli facies et desperata uirescunt
fetibus arua nouis. sed adhuc uersatur imago
ante oculos tantae semper memoranda ruinae,
inter aquas quid pertulerint, quid munere sacro
et non pertulerint, fremeret cum uerbere saeuo
pontus et inlisas contemneret arca procellas:
cumque suis reputat, quam late sancta parentis
se circum summi fundens largitio constet,
et docet attonitos uerumque addiscere promptos,
unde cibus tantis toto suffecerit anno,
quis potus; namque hoc constat, si cetera uitae
suppeterent, clausos, dum fluctuat arca, necari
inter aquas potuisse siti, nisi rector Olympi
depositos penitus nec iam ulla extrema timentes
sustinuisset eo, quo condidit omnia, nutu.
ille animas longae perituras carcere noctis
affectu lucis spolians uirtute repleuit:
ille, ut tam segnem possent perferre quietem,
infudit pigri placidum torporis amorem,
ille potens, cui, si placuit, uirtute seuera
praegelido raptim sub gurgite cogere fas est
inmersos ardere malos flammisque futuris
inuectos algere bonos, qui tempore paruo,
ut nunc edocuit populos sic posse necari,
ipse docebit aquis populos sic posse renasci.

533 ridet *G* ridor 534 disperata (e *supra* i m^3) 535 Foetibus 539 Pontus (t *ex* s) contempneret 543 sufecerit (ff *supra* f̣ m^3) 544 namque (n *supra* ṃ̣ m^3) hoc *G* hos si *G* sic 547 pạenitus extrema (r *post add.*) timentis (i *pr. ex* r; e *supra* ị *alt.* m^3) 550 aspectu *B* 551 possent *ego* possint 552 amorêm 553 saeuera (a *pr. exp.* m^3) 554 iurgite (g *supra* ị *pr.* m^3) 555 Inmersos (m *supra* ṇ m^3) 557 necari (*in ras., scriptum fuit* renasci) — CLAUDII MARII UICTORII ORATORIS MASSIŁ: EXPLICIT ALETIAS (ΑΛΗΘΕΙΑΣ *supra* m^3) LIB̃ II. INCIP̃. III. (EXPLICIT ALETIAS *et* II. INCIP̃. *exp.* m^3).

ALETHIAS

LIBER TERTIUS.

Talia mente gerens uenturaque saecula cernens Gen. 8, 20
non prius officii quicquam mortalis inire
prisca Noë quam sacra deo gratesque rependat
constituit. niueo surgunt altaria saxo:
nulla quibus saeptis cum se circumdaret aedes,
undique diffusi conuexo tramite caeli
templum mundus erat. septenis hostia praeceps
affluit e gregibus, mollis quos sustinet aër,
quos generat terrae . . . .
. . . . sternuntur Eois
aut Arabum siluis. ignis demissus Olympo
libat odoratos quos crine exedit honores
ambrosiumque deo fragrant holocausta uaporem.
qui mitis semperque bonus pro munere nostro
accipiens quicquid recipit gaudensque piorum Gen. 8, 21
officiis hominum, quorum non indiget usu,
sed quis nos redimat, placido sic numine fatur:
etsi parua fuit tanto pro nomine poenae
ultio uindicibus pluuiis et gurgite molli
tot scelerum damnasse reos sedemque nocentum
terras diffuso potius renouasse profundo,
non tamen offensi feriemus uerbere tali
ulterius mortale genus, quamuis ruituras

6] Uerg. Aen. XI, 515 conuexo in tramite siluae 16] *cf.* Uerg. Aen. I, 521. XII, 888. 22] Hor. C. I, 3, 26 ruit per uetitum nefas.

3 noe (N *supra* u m^3) gratisque (e *supra* ị m^3) 5 septis aedes (d *in ras.* m^2) 7 septinis (e *supra* i *pr.* m^3) 9 terrae *ego* aere (e *alt. exp.* m^3) *lacunam significaui; fort. scribendum* quos generant terrae solidae sternentur (e *alt. corr. in* o *et supra* v *scriptum*) 10 siluis *Petschenig* silitis (c *supra* t m^3) 11 *fort.* odorato 12 flagrant 14 piorum (u *ex corr.* m^2) 15 hominum *M* hominis usu (u *alt. ex* a m^2) 16 quis *ego* quod numine *B* nomine 19 nocentum *ego* nocentem 20 *fort.* penitus

per uarium facinus, per crimina pristina rursus
humanas mentes uideam gentesque profanas.
nam quia mortales plectenda ammittere numquam
cessabunt, meritis semper condigna referre
nos cessare decet. laeti uos crescite alumni, Gen. 9, 1
crescite securi fecundaque prole replete
arua nouosque greges cunctis distendite terris.
seruabunt elementa uices cunctisque diebus
seminibus propriis reddetur debita messis.
curret opus mundi conpar discordibus horis: Gen. 8, 22
aestati certabit hiemps ac tempora librans
ueris et autumni fugiens replicabitur annus.
uosque, quibus regnum solidi permisimus orbis,
quos tremit et dominos sentit genus omne animantum, Gen. 9, 2
hoc legis seruare loco iurisque seueri
praescriptis uinctos semper meminisse iubemus:
inter tot species rerum, quas sponte mouentes
membra animis uestros bis iam largimur in usus, Gen. 9, 3
lurida ne quisquam permixto sanguine turpes Gen. 9, 4
membra cibos faciat, quod crimen non secus acris
olim iudicii plectet sententia quam si
hauriat humanum quisquam ferus ense cruorem,
quem semper repetam uindex adeoque requiram, Gen. 9, 5
ut mihi non solus pendat rationis abundans
supplicium, sed bruta quoque: cruor omnibus aeque Gen. 9, 6

30] Uerg. Aen. VIIII, 222 seruantque uices. 36] Lucr. I, 4 genus omne animantum.

25 nam *ego* Num admittere *M* amittere numquam (n *supra* ṃ *pr.* *m*³) 27 crescite (resci *in ras.* *m*²) 28 faecundaque 29 Arua (ua *ex* tia *m*²) gregis (e *supra* ị *m*³) 30 *malim* certisque; cunctis *fort. ex u. 29 profectum est* 31 redditur (e *supra* ị *m*³) 32 curret *G* currit conpar (m *supra* ṇ *m*³) horis *G* oris 33 hiemps (p *exp.* *m*³) 34 Uoris (e *supra* ọ *m*³) annus *G* annos 35 uosque quibus regnum *G* Iussuq; (a *supra* ụ *alt.* *m*³) quibus (qui *in ras.*) regnū (*in mg.* *m*¹ 7: ꝑ uos quib; & rgÑ) 36 tremet (it *supra* ẹt *m*³) dominos *M* dominus 37 saeueri (a *exp.* *m*³) 38 uictos (ı *m*³) 39 rerum quas *ego* rerumq; 40 membranimis 41 Lurida (r *ex* c) turpis (e *supra* ị *m*³) 42 cibus (o *supra* ụ *m*³) 46 rationes (i *ex* e *m*³)

sit sacer humanus, nostra quae luce fruuntur.
et sint signa, quibus caelo radiante remissas Gen. 9, 11–17
diluuii testemur aquas: quippe aëre denso
cum leuis in tenues nebulas suspenditur umor
et nigras iam cogit aquas in concaua nubes,
effundam radios et pulchrum circite summo
arcum curua mihi decorabiṭ solis imago
pingentem conuexa poli, qui luce calorans
exsiccet pluuias et in aëra dissipet imbres
usque adeo, ut possit mundi pars altera poenae
hoc sibi uenturi specimen praesumere signi,
quod plus ignis habet rutilans et iam minus imbris.'
  Talibus attoniti imperiis, quae cuncta tremiscunt, Gen. 9, 20
promissisque piis alacres, quibus omnia gaudent,
certatim limo dulcique uligine laeta
arua Noë natique simul, quis firmius aeuum,
infindunt rastris et semine rura maritant.
iam uere effusis late densissima campis
herba cibi ex calamis in frugem lacte gelato
reddit multiplicem cumulato faenore messem:
et noua praegrauido iam palmite uinea diti
luxuriat fructu, quem dulci nectare tendens
parturit ac duro nascuntur pocula ligno.
  Forte Noë domini celebrat dum laetus honores Gen. 9, 21

54] Ouid. Met. XIIII, 768 solis imago. 60] *cf.* Uerg. Aen. IIII, 282, III, 172. 62] Uerg. Georg. II, 184 dulcique uligine laeta. 68] Ouid. Fast. I, 152 Et noua de grauido palmite. 71] Uerg. Aen. XII, 840 tuos . . celebrabit honores.

48 q; (quae m^3) 49 signa *ego* digna 50 testemur *ego* teximus aquas (aqu *ex corr.* m^2) denso (s *ex* t) 51 in tenues *ego* intenis (sis *supra* ịṣ m^3) nebulas (n *ex* m m^2; i *ex* a m^3) suspiditur (ẽ *supra* i *pr.* m^3) humor 54 decorabit *M* decorauit 55 calorans *ego* calores 56 Exsiccit ..aerea.. imbr&, *corr. M* 57 mundi *ego* mundo 58 praesummere 59 igu'ᵢs (ll *ex* gı m^1; ignis *s. u.* m^3) imbris *M* imbres 61 alacris 62 certatim *G* Ceratim (tim *ex* an, m^1 *ut uid.*) *in mg.* m^1 uligo humor terram fecundans 63 Noë *ego* noua quis (ei *supra* ị m^3) 64 rastris (r *alt. add.* m^3) maritant (a *pr. ex* u) 65 uero *ego et Petschenig* densissima (s *pr. ex* d) 66 ex *ego* et 69 tendens *M* tendent 70 poculo (a *supra* ọ *alt.* m^3) 71 celebrad (t *supra* ḍ m^3) honoris (e *supra* i m^3)

indulgens epulis et dulcia pocula libans
persensit uiuos latices somnoque grauante
uictus membra toro posuit neglecta fideli:
et reuoluta simul uestis secreta retexit
corporis ac risum tibi, Cham deterrime, mouit Gen. 9, 22
fons et origo tui, fratresque aspergine culpae
Sem primum summumque Iaphet miscere parasti.
disce quid exposcat quod . . . . † rese cachinno
tu solus: fratrum melior sententia dignum Gen. 9, 23
officii putat esse locum; nam tegmine rapto
et pos terga dato sensim properante recessu
auersi patrium manibus texere pudorem
et palmam fratri rapuit pietatis uterque
sublatam medio. nam postquam libera somno Gen. 9, 24
corda Noë repetunt diuini nuntia sensus,
natorum meritum tali mercede rependit:
'Cham maledicte, tuo dubius seruire parenti Gen. 9, 25
fratrum seruus eris, sancto tu, maxime natu
Sem, benedicte deo uiues fratremque minorem Gen. 9, 26 et 27
⟨semine iam⟩ dominus multo distendet in orbe,
donec et in fratris domibus numerosa propago
constituat sedem populisque admixta propinquis
impleat adiunctas et quas construxerit urbes.'
Haec fatus senior, cum iam decurrerat annos
mille minus decies quinos, quos summa recusat,

73] Uerg. Aen. VI, 520 somnoque grauatum. 74] Uerg. Aen. VI, 220 membra toro . . reponunt.

75 secreta (c *in ras.* m^2) 76 Corpora (i *ex* a m^1) sacri sum (*in mg.* m^3 Corporis ac risus) 77 fratrisque 78 zafeth (*supra* Iaphet m^3) miscere 79 *excidit uerbum, cuius ultima syllaba est* re, *qua ut fieri solet in hoc codice duplicata ortum est* rere *et deinde* rese cachinno *ego* catino ∗ (∗ *adiecit* m^3) (*fort.* sic laetere cachinno) 81 putad (t *supra* ḍ m^3) 83 auersi *ego et Petschenig* auersis 85 somno *M* summo 86 noe (e *ex* i) 88 Cham *M* Nam maledicte (e *alt. ex* o) dubius *M* dubium 90 benedicte *M* benedicite 91 semine *suppleuit Petschenig,* iam *ego* distendet *ego* distendit orbe ∗ (∗ *adiecit* m^3) 92 Donec (D *ex M*) 93 constituat *M* Constituit 94 et *ego* sed urbis (e *supra* ị m^3) 95 decurrerat *ego et Petschenig* decurreret 96 deicies (i *pr. exp.* m^3)

conscia uenturi resolutus pectora leto Gen. 9, 29
cessit et hunc orbem natis curasque relinquit:
quippe datum culpa uacuis uitioque remotis
et post peccatum, prima quod morte piatur,
cum deus electae penitus sacraria mentis
spiritus implesset pectusque rigasset amicum,
omnia nosse simul coramque oblata tueri,
quae fugiens rapuit quaeque est quaeque afferet olim
saecula uenturis carpenda nepotibus aetas,
quodque hominum uarios conceptum fundit in usus
terra grauis, liquidum pelagus, uegetabilis aër
atque auidus nimio quod fomite gignit et ignis.
sed postquam tantum munus damnata propago
perdidit et miseris nil praeter scisse remansit
maiores arcana suos, reuocare parentum
quisque memor secum monitus et cuncta reuoluens,
quae quibus apta modis, qua rerum parte iuuarent,
condere in hoc fixis olim sermonum elementis
aut signis, solida mandantes uerba figura.
hinc artes traxere caput, quas littera seruans
priscorum in tardos misit commenta nepotes
et ueterum studiis miscens inuenta nouorum
spem dedit attonitis uanaque cupidine motos
traxit ad inlicitum praeceps indago futuri:
siue dedit mundo, quem quidam errore caduco
corporeum dixere deum, quod solus habebat
conditor omnipotens sparsitque per omnia membra
rerum signa mouens uenturi nuntia saecli,

97 uenturi *M* uentura (u *ex* a m^2) laeto 98 hunc (h *s. u.*) orbem *B* omnem 100 piatur (ia *in ras.*, tu *ex* aı) 101 paenitus 102 rigasset *B* regasset (o *supra* e *pr.* m^3) 103 coramque *ego* curamq; 104 afferet *ego* afferit 106 fundit *M* findit 107 uegitalibis (e *supra* ị *pr.* m^3 bilis *supra* ḷịḅịṣ m^2) 109 mu*nus (s *eras.*) 110 Perdidit (P *ex* Q) 111 archana 112 reuoluens (u *alt. s. u.*) 114 fictis *B* 115 mandates (nt *supra* t m^3) 117 tardos misit (s mi *in ras.* m^2, *fuit* sın) cōmenta nepotest ẹ̃. (s *supra* ṣṭ *scr. et* ẹ̄. *exp.* m^3) 119 motos *B* motus 121 errorore (ror *ex* re* m^2 *in ras.*, ro *exp.* m^3) caduco (o *add.* m^3) 124 scli (*exp.* m^3 *et supra scripsit* saecli)

ut se per totam molem testetur alumnis
semper et auctorem fateatur mentis imago
sitque palam rebus positum, regnator abundans
quid praestare queat populis, quid tollere possit,
quid quandoque suos, caeli quis regna parantur,
scire uetet famulos, quod uerum testis achates,
Pyrri gemma, probat, Musis et Apolline clauso
edita cum mundo — quid non per cuncta putemus
significasse deum, quando et mendacia mundi
prodidit anticipans et post fingenda notauit:
seu simplex potius mundi fert omnia motus:
seu grauis inuentor leti cessare capacem
fraudis materiam non passus cuncta maligno
subdidit arbitrio, quo fatum induceret orbi.
nam dum dinumerat cursus uariosque recursus
astrorum et miro fruitur discrimine caeli,
tempora sic dubii posuit sibi certa fauoris
atque facultatem pronam metasque nocendi
effectu uario uariis conuentibus edens,
spargat ⟨ut⟩ inuidiam stellis et crimina sacro
adleget caelo mundumque ornantibus astris,
cum fingat populis quicquid facit ipse futurum.
hinc ars est, quod fibra tremit, quod pinna coruscat,
nubibus elisis quod fulmina nuntia signant.
nam quia praecipites motus cunctosque sagaci
amplexus casus studio, qui publicus hostis
prae . . . . is reddat, meminit, diuina putare

131] Plin. N. H. XXXVII, 5 gemma Pyrrhi . . achaten, *cf.* Sol. 5, 25.

126 auctorem (ıc m^2 *ex* u) 127 plalam (l *pr. exp.* m^3) regnator *M* regnatur 128 que at (t *ex* d m^2) 129 quis (eis *supra* ịṣ m^3) 130 achates *ego* acatis 131 Musis *ego et Petschenig*, misit 134 anticipans *M* anticipant 135 Siue (eu *supra* m^3) potius (o *ex* e m^2) 136 Sed (u *supra* ḍ m^3) 137 Fraudes (i *supra* e m^3) 143 Effectus uarios, *corr. Petschenig* 144 ut *add. M* stellis** (si? *eras.*) 145 alleget *B* Ableget 148 Nubibus (bu *ex* lu m^3) 149 praecipitis cunctosque *M* cunctusque 150 qui *Petschenig* quid 151 Prẹrsuasitis (ṛ *pr. et* iṣ *exp.* m^2; e *pro* ę m^3); *aberrauit librarius ad primum uersus insequentis uerbum; fort.* praestrictos

persuasit populis falsi commenta ueneni.
haud secus Aethiopum canibus, ⟨quis⟩ regna, tyrannis
libertas regitur: cum rebus congrua certis
corporis ignari petitur sententia motu
et casum praecepta putant. nec signa minora
haec pro se ualido praesumit opinio sensu;
nam gemmam Pyrri Galbae Fortuna refutat:
qui potuit quippe statuam tot fingere lustris,
et lapidem simulare potest. his fraudibus usus
inlusit captis noscendi ardore futuri
uincendique dehinc fati stimulante timore
sollicitis studio magicae scelus intulit artis,
qua semet potius colerent arisque dicatis
impia tura darent, cum prodita turba parente.
moxque parum sano genitus de stemmate Nembrod, Gen. 10, 8–
mole et mente gigans, Babylonis praeditus aulae,
Persarum capiens animos uenator iniquus
a ueri sacris domini transduxit ad ignem.
  Nec tantum cupidis nimium sic arte sagaci
ille, caput scelerum, mundi reus et suus hostis
inlusit curis hominum, sed mentibus ipsis
inruit et sensus penitus descendit in omnes,
mox et in affectus. nam cum patris unica proles
spem generis leto secum traxisset acerbo,
infelix genitor, lacrimis noctesque diesque
continuans hebetique trahens plangore querellas
dum furit et raptum quaerit per singula natum

153] *cf.* Aelian. de nat. an. VII, 40. 158] *cf.* Suet. Galb. 4. 178] Uerg. Aen. VI, 888 natum per singula.

152 ueneni (i *in ras.* m^2) 153 &hiopum (A *add.* m^3) quis *addidi;* regnata *M* 158 gemmam *M* geminam fortuna (*in ras.; fuit* refutat) 161 captis *M* capitis 163 studium magicae (scelus) *B* 166 stemate (ẽ *ex* e *pr.* m^2) nebron (Nebrod m^3) 167 gigans (n *exp.* m^3) babylonis (B *ex* b *pr.* m^3) uenator *B* uenerator 169 ueri *Petschenig* uiris transduxit (n *ex* v) 170 arte (r *s. u.*) 171 hostis (h *s. u.*) 173 paenitus (a *exp.* m^3) discendit (e *supra* i *pr.* m^3) in imos *B* 174 Mox (x *ex* s m^2) prolis (e *supra* i m^3) 175 laeto 177 continuans *G* Continunas q: rellas (: *ex;* m^2, l *pr. exp.* m^3) 178 fuerit (e *del.* m^3)

exuuiasque tenet dulces puerilibus annis
aut trans fata pius solatur imagine luctum,
sic desideriis accensum pauit amorem,
ut totam Pario statuens de marmore formam
crediderit demens incluso uiuere sensu
et questus audire suos arisque dicatis
auctoris summi cultum transferret ad umbras.
omnibus iste reis grauior transcendit et illum
doctorem scelerum, magicas qui condidit artes.
ille palam furiis reus est et mente profana,
hic pietate nocens. facinus plus inquinat istud,
quod speciem uirtutis habet; nam protinus omnes
amplexae gentes scelus hoc sine fine litantes
manibus inferias, uti nunc testantur Alani,
pro dis quaeque suis caros habuere parentes,
post etiam reges, quorum sub nomine mendax
Graecia, dum ueris falsa insinuare laborat,
addidit obscuras uanis rationibus umbras,
excusans tumulos et condita nomina bustis,
donec per species etiam dementia cunctas
tenderet et rebus minimis membrisque pudendis
fingeret esse deos: quippe assistebat in oris
talibus erroresque fouens responsa ciebat
inuentor leti miris in partibus orbis,
usus ad insidias aut igni aut fonte calenti
aut antris. uentos terra spirante loquaces
lusit et ante Themis, populis post falsus Apollo

179] Uerg. Aen. IIII, 651 dulces exuuiae. 182] Ouid. Met. III, 419 e Pario formatum marmore signum. 194] Iuuen. X, 174 Graecia mendax. 204 *sqq.*] *cf.* Luc. V, 82 *sqq.*

179 Exuuiasquae 180 Autirans (t *supra* ị m^3) fata pius *ego* lata prius 182 totam (o *ex corr.* m^2) 183 Crediderat (i *supra* ạ m^3) 185 cultu (ũ *ex* u m^3) 187 ma∗gicas 190 Quod (d *s. u.* m^3) 192 alani (A *supra* a *pr.* m^3) 193 diis 194 regis (e *supra* i m^3) 195 Grecia (G *ex* Q *in ras.* m^2; ę *ex* e m^3) 196 uariis *Petschenig* m^3 *in marg.* umbrae 197 tumultos (t *alt. exp.* m^3) 200 ds (eos *supra* s m^3) 201 errorisque (e *supra* ị m^3) 202 loeti (a *ex* o m^3) in *ego* ut 204 Aaut loquacis (e *supra* ị m^3) 205 Themis *M* temens apollo (A *supra* a m^3)

inposuit sedesque dehinc mutare coactus
Leucorum factus medicus nunc Gallica rura
transmittens profugus Germanas fraude nocenti
sollicitat gentes et barbara ⟨pectora⟩ fallit.
Sed redeo ad summam, qua sum degressus, ad istam
maiorum seriem. cum multiplicata creando
cuncta Noë suboles terras implesset Eoas
et Senaar artos decrescere cerneret agros, Gen. 11, 2
per uarias orbis partes spargenda iuuentus
rupit in haec maestas tristissima uerba querellas:
'heu quam non certus uitae status ordine coepto
fert homines factamque fidem sic prospera fallunt
per uarios cursus, ut uoti summa petiti
tendat in aduersum. iam nos, si dicere fas est,
quod sperata patrum precibus numerosa nepotum
creuit turba, piget; spargenda est quippe per orbem
exilio generata manus: peritura propinquis
et pariter perdens, quod sit magis acre dolori,
uiua morte suos referat, quod funere tristi
damnamur miseri, quod festinante senecta
denos centenos, quos prisca excesserat aetas,
uix ter centenos iam fessi accedimus annos,
ne patria extorres nuda et sine nomine membra
ignotis demus passim tumulanda sepulcris.
quare agite, o iuuenes, dum uires turba ministrat,
quae uobis superesse queat finemque seuerum

228] Uerg. Aen. II, 558 sine nomine corpus. 230] Uerg. Aen. I, 627 quare agite . . o iuuenes, XI, 71 uiresque ministrat.

206 Inposuit (m *supra* n̤ m^3) sedisque (e *supra* ị m^3) 207 nuno (c *supra* ọ m^3) 209 pectora (*s. u.* m^3) 210 ad summam *M* assumã degressus (i *supra* e *pr.* m^3) 212 noe (N *supra* ṇ m^3) soboles eoas (E *supra* ẹ m^3) 213 Senaar artos *ego* sennẹ. (e *pr. mutauit in* ẽ *et punctum del.* m^3) aractus 214 orbes (i *supra* ẹ m^3) 215 Cupit (R *supra* C m^3) maestas (oe *supra* ae m^3) querellas (l *pr. exp.* m^3) 218 cursus *M* currus 219 tendat *M* Tendi*at 220 praecibus (ạ *exp.* m^3) nomerosa (u *supra* ọ *pr.* m^3) 226 centenis (o *supra* ị m^3) 228 ne *M* Ni extorris (e *supra* ị m^3) menbra 229 sepulchris 230 iuuenis (e *supra* ị *alt.* m^3)

nesciat, aeternam factis extendite famam.
urbem condamus, cuius sub nomine turrem Gen. 11, 4
tanto attollamus, donec pingentia mundum
sidera et excelsi conuexa inrumpat Olympi,
ut nos posteritas, terras quom liquimus istas,
in caelum migrasse putet.' sic mota iuuentus
contemnit cautes et quicquid monte reciso Gen. 11, 3
caeditur: edomitae fictos de uiscere terrae
constringunt igni lateres operisque futuri
materiam proprio malunt debere labori.
hanc interstratum sic uincit utrimque bitumen,
ut solidas simulent circumdata moenia cautes.
iam turris properata subit, iam uertice nubes
transilit et fruitur caeli propiore sereno,
cum pater haec propriis regni consortibus infit: Gen. 11, 6 et 7
'en terrena phalanx quid non furiosa resignet,
mortali quae structa manu contingere celsos
credat posse polos et ad aethera ducere nostrum.
nullus terreno uestitus corpore caelum
ascendit, nisi qui caelo descenderit alto.
sed quia — gens una est, eadem quoque forma loquendi —
adsensu cupido suadentes praua secuta est
turba nec excussit, quid fas permitteret, audens
ardua, quae fieri per se natura uetaret,
inpunita ferant tam uani damna laboris.
ut tamen et uetitum norint, quod posse negatum est,
iam descendamus tumefactaque corda superbo
consensu uarii turbemus uocibus oris,
ut quod peccauit concors in crimina uulgus,

232] Uerg. Aen. X, 468 famam extendere factis. 250 *sq.*] eu. Ioann. 3, 13 et nemo ascendit in caelum, nisi qui descendit de caelo, *cf.* Uerg. Aen. VIII, 423 caelo descendit ab alto.

232 Nesciat (a *ex* tc) aeternam (a *alt. ex* u) 236 quom *ego* quod liquimus *B* linquimus 238 Contempnit cautes (e *ex* o *m*[4]) 239 caeditur *ego* Cuditur 241 deberi (e *supra* ị *m*[3]) 242 utrimque (n *supra* ṃ *m*[3]) 243 moenia (a *s. u.* *m*[3]) 244 turres (i *supra* ẹ *m*[3]) 245 propṛiore (r *exp.* *m*[3]) 247 fallanx (phal *supra* f̣ạḷḷ *m*[3]) 251 discenderit 252 Sed* 253 sequuta 254 aures (dens *supra* ṛẹṣ *m*[3]) 255 quam (quae *m*[3]) 260 uulgus *B* uultus

confusae damnet melior discordia linguae.'
dixit et intentos operi molemque leuantes Gen. 11, 8 et 9
mentibus attonitis obliuio subdita primum
intrat et ignotae subiit perfectio linguae.
increpitant operis studio cessante magistri
cunctantes socios: sed uocem nemo remittit
non intellectis, et si quis temptat hiare,
sibilat aut rupti fremitu sermonis anhelat
aut stridit gemituque minas imitatur acuto.
sic uanum praua susceptum mente laborem
destituit frustrata manus: iam nemo propinquum,
nemo patrem sequitur: quem quisque intellegit ⟨aptat⟩
adglomeratque sibi: periit cognatio tota,
gentem lingua facit: sparguntur classibus aequis
diductasque petunt uario sub sidere terras.
haut aliter uolucres campi per mollia plana,
quas gregibus mixtis errare et quaerere uictum
persuasit secura dies, cum nocte propinqua
frondea tecta petunt, extemplo congrege turba
uulgus quaeque suum sequitur rapidoque uolatu
miscentur, similis qua duxerit aut color aut uox:
sic tunc in partes populus se dissicit unus,
et species fit quaeque genus longeque remotis
considunt terris atque orbem gentibus implent.

265 *sq.*] Uerg. Aen. X, 830 *sq.* increpat ultro cunctantis socios. 279] Uerg. Georg. IIII, 61 *sq.* frondea . . tecta petunt. 284] Cypr. Gen. 347.

262 leuantes (l *ex* i) 263 Mentibus (ti *in ras.* m^2, tis m^1) 264 motae subiit (igno *supra* mo m^3, e s m^2 *in ras.*) 266 Cunctantos (e *supra* ọ m^3) remittit (t *pr. s. u.* m^3) 267 temptat (n *supra* ṃp̣ m^3) 269 stridit *ego* stridi (e *ex* i *alt. et* t *s. u.* m^3) emitatur (i *supra* ẹ m^3) 270 *praua mentem̩ (m *exp.* m^3) 271 Distuit (estituit *supra* istuit m^3) iam (*corr. ex* on?) intelleget (-ligit m^3) aptat *add.* m^3, *fort.* audit 273 Adglomereatque (e *alt. exp.* m^3) periet (i *supra* e *alt.* m^3) cognatio *G* cognotio (i *supra* ọ *alt.* m^3) 275 diductasque *G* Deductasque (e *pr. ex* a) 276 Haut (t *ex* n m^1; d *supra* t m^3) uolucris (e *supra* ị m^3) 277 Quoas mixtis *G* mixtus (a *supra* u m^3) querere (ẹ *ex* e *pr.* m^3) 278 P*ersuasit 279 extemplo congrege *Petschenig et Brandes* exempto cum grege 281 uox *G* nox 282 dissicit *ego* dissecit

nec tamen hoc sacri, cum sit sua poena nocentum,
muneris est uacuum; nam quamuis ultio iusta
haec fuit, ut quos non tetigit reuerentia caeli,
quae sedes propria est mundi rerumque parenti,
nec se cognoscant, plus est quod praestat alumnis
talis poena reis: ne quod persuasio culpae
paucorum intulerit rursum contaminet omnes
et faciat commune nefas, ne bella cruenta
et rabido populis mors arcessenda furore
sit semper, ciues et alumnis linquere pulsis
cognatos graue sit. nam ne desideret umquam
exul turba suos opus est et ut oderit ultro:
atque ideo hoc uaria procurat lingua, suorum
ne quisquam meminisse uelit. mansit tamen oris
Hebraei sonitus et sermo antiquus in illis,
qui culpae expertes pars non iniusta fuerunt,
natorum, quos Sem genuit, quos sacra parentis
cura iuuat tangit⟨que dei⟩ reuerentia ueri.
sed postquam toto dementia percita mundo,
ut taceam magici scelus intestabile monstri,
in truncos et saxa etiam durique metalli
arte cauas species et cassas luce figuras
inpegit mortale genus mentesque superna
spectantes fregit terraeque addixit inerti,

288] Uerg. Aen. III, 167 Hae nobis propriae sedes.

286 quamuis (n *supra* m^3) 287 fuerit (it *supra* ẹṛịṭ m^3) 288 sedis (e *supra* i m^3) 290 Talies (ẹ *exp.* m^3) 291 contamina (et *supra* a *alt.* m^3) omnis (e *supra* i m^3) 293 arcescenda (sc *in ras.*, *fuit* rs) 294 ciues et *Petschenig* ciuile (is *supra* ẹ m^3, *sed del. et supra scr.* e et) alumne (is *supra* ẹ m^3) 295 dissideret (e *supra* ị *pr. scr. et* s *pr. exp.* m^3) umquam (n *supra* m *pr.* m^3) 296 furba (t *supra* f̣ m^3) oderet (it *supra* ẹṭ m^3) 299 Hebrei (ę *ex* e *alt.* m^3) 300 fuerunt (u *pr. in ras.*, e *s. u.*) 301 sem (S *supra* s m^5) quis (ei *supra* ị m^3, *del.* ei *et supra scr.* o m^5) 302 Cur adiuuet (ḍ *exp. et* at *supra* eṭ m^3) arguit (*exp. et supra scr.* tangit m^3) que dei *add. B* (*fort. uocis* đi *reliquiae extant in scriptura* dignet *u. 304*) 303 dementia (a *s. u.* m^3) 304 dign& stabile (inte *supra* dign& m^3) 305 truncos *G* truncũ (ũ *s. u.* m^3) &̣ (*exp.* m^3) 307 Inpigit (m *supra* ṇ *et* e *supra* i *pr.* m^3) mentisque (e *supra* i m^3) 308 addixit *G* adduxit

hos quoque conuoluit foedae contagio labis.
non secus Aethiopum feruentibus excita terris
nubila morborum corrupto tramite caeli
implicuere auida †uictoris peste lacunas,
cum quisquis celeri percussum fulmine leti
ingemuit, simul ipse ruit, quicumque cadentem
conspexit, cecidit, congestaque funera passim
dira lues strauit campis bellumque peregit:
sic tunc praecipiti complexus mole furoris
et quos praeteriit repetens conprenderat error,
donec succiduis gradibus decursa propago,
fons et origo cui Sem clarum praestitit ortum,
in Tharan exiret, summa qui sede relicta Gen. 11, 25 et 3
Chaldaei generis cuncta cum stirpe suorum
urbem aliam moresque nouos sedemque requirens
mansit in Assyriis demum nouus accola Carris.
et cum quinque super bis centum exegerat annos, Gen. 11, 32
lapsus more patrum est. huius set filius Abram, Gen. 11, 26
uir dignus caelo, iam primo a limine uitae
uerum mente deum uenerans gentilia sacra
auersatus erat. quem postquam morte parentis
iussa sequi iam posse dei sine fraude licebat,
his dominus famulum monitis dignatus adire est: Gen. 12, 1
'quandoquidem toto te solum inuenimus orbe,
quem sincera fides iuuat et reuerentia nostri,
linque procul sedes patrias terrasque nocentes
pollutamque domum: cognatio tota profana est
et fugienda tibi. terrae melioris in agros

309 labis *M* labes 310 a&hiopum (A *supra* ạ m^3) 312 uictoris *corr.*, uitales *Petschenig* 313 laeti 316 luis (e *supra* ị m^3) campis *ego* campus (o *supra* ụ m^3) 317 praecipiti (i *tert. s. u.* m^3) 318 praeterit (ii *supra* i m^3) conp̃henderat (n *supra* ḥ m^3) herror (h *exp.* m^2) 320 sem (S *supra* s m^3) olarum (c *supra* o m^3) 321 taran (*exp. et supra scr.* tharran m^3) sere (d *supra* ṛ m^3) 322 Caldei (Chaldẹi m^3) st*yrpe (i *supra* ỵ m^3) 323 aliam (li m^2 *in ras.*) morisque (e *supra* i) 324 assiriis (A *supra* a m^3) domum (e *supra* ọ m^3, um *in ras.*) carris (cha *supra* cạ m^3) 325 exegerit (a *supra* ị m^3) 326 set *ego* et abram (A *supra* ạ *pr.* m^3) 327 iam *ego* nam 333 nostri (i *in ras. ex* u) 334 sedis (e *supra* i m^3)

me duce peruenies, ne sis pars gentis iniquae,
qui sanctae caput esse potes. tunc sacra dicabo, Gen. 12, 2
quae maneant, benedicte, tibi, nomenque per omnes
magnificum reddam populos bona cuncta rependens
aut mala pro meritis, quorum diuersa uoluntas
te circum fuerit, per quem benedictio fusa Gen. 12, 3
spargetur tribubus cunctis aeuoque renato.'
Dixit et imperiis mentem qua seruiat indit
promissisque piis credat. mora nulla retentat: Gen. 12, 4 et 5
cum gregibus uarii generis famulisque paternis,
coniuge cum fida, cari cum pignere fratris,
cui Loth nomen erat, digressus limite recto
ignotum sibi carpit iter. mollissima laetas
praebent arua uias blandumque fauentibus austris
adridens nullis turbatur motibus aër,
in Chanaas donec populorum, quos genuit Cham,
intraret terras et rura uberrima Sichae. Gen. 12, 6 et 7
quae postquam concessa sibi prolique futurae
audit uoce dei, deuotas excitat aras
et ueteres reuocans cultor nouus auget honores.
inde petit Bethlem, sedes quae lecta beati Gen. 12, 8
hospitiis sacrata uiri est cunctasque superbis
excessit meritis terras, quandoque, secundo
post iam conmemoranda loco cum sede superna,
dignior ista, dei quae pignus lege salutis
emissum mundo tantum mirante paratum

359 *sqq.*] *cf.* Matth. 2, 6 (Mich. 5, 2).

337 gentes (i *supra* ẹ *alt.* m^3) inique (ę *ex* e m^3) 338 sancte (ę *ex* e m^3) 339 benedicta, *corr.* *M* 340 bono (a *supra* o *alt.* m^3) 342 Ṭẹ Te 343 Spargitur (e *supra* i m^3) 345 cred& (at *supra* & m^3) 346 uerii (a *supra* e m^3) 347 chari (h *s. u.* m^3) pignere (o *supra* ẹ *pr.* m^3) fratres (i *supra* ẹ m^3) 348 loth (L *supra* l m^3) 350 fauentibus (a *ex* rc) austris (s *ex* t) 351 montibus, *corr.* *G* 352 canahas (C *supra* c m^3) chã (C *supra* c m^3) 353 sichae (S *supra* s m^3) 355 audit *B* auxit 356 ueteris (e *supra* ị m^3) 357 bethlen* (*fuit* bethlem; e *supra* hl m^3) sedens (n *exp.* m^3) quae lecta (quae electa *corr.* m^3) 359 secundo (o *ex* u m^2) 360 post iam *ego* postquam conmemoranda *ego* no (nõ m^3) numeranda (nu *s. u.* m^3)

exciperet, uisa est, hominemque remitteret astris.
hic quoque sollemnes Abram pater excitat aras
et linquenda nouis habitacula ponit in aruis.
namque fame rursum sedem mutare coactus
castra mouet totamque domum famulosque gregesque Gen. 12, 10
secum agit et rebus conmercia iusta rependens
intrat in Aegyptum. sed nomine pulchra sororis Gen. 12, 11–1
protegitur coniunx, ne barbara pectora sancti
hospitis in caedem stimulet furiosa libido.
denique mox Pharao radiantis imagine formae Gen. 12, 15
ductus inardescit thalamosque et foedera certa
lege parat; sed tota pauor formidine mersa Gen. 12, 17
ingruit et subito quatit improba corda tumultu
exterretque animos niger horror et implicat artus,
ut rex sacrilegae gentis tam tristia uota
sentiret damnasse deum, qui tale profecto
consilium infudit famulis, ut barbarus hostis
tutius esse uirum Sarae tum nosceret Abram,
cum foret expertus, quam non inpune profano
appeteret ferro, quem nec uiduare liceret.
sponte igitur nulla uiolatam labe marito Gen. 12, 18–
restituit culpamque refert tutumque frequenti
custode et multa cumulatum fruge remittit

372] Uerg. Aen. VIII, 23 radiantis imagine lunae. 375] Uerg. Aen. VIIII, 397 subito . . tumultu. 376] Uerg. Aen. II, 755 horror . . animo . . terrent. 382] Uerg. Aen. XI, 276 *sq.* ferro . . adpetii. 385] Uerg. Aen. IIII, 436 cumulatam monte remittam.

364 sollemnis abram (A *supra* a m^3) 365 linquenda (n *pr. s. u.*) nouis *G* nobis 367 mouet *G* mouit famulusque (o *supra* ụ *alt.* m^3) gregisque (e *supra* ị m^3) 368 agitet (at *supra* et m^3) cōmertia 369 aegyptum (Ae *supra* ạẹ m^3) nomine (o *ex* u *in ras.*) 370 coniux 372 farao formę (ę *ex* e m^3) 373 Ductus *M* Dictus inard∗escit (o? *eras.*) thalamosque (h *s. u.* m^3) foedera (o *add.* m^3) 374 tota *ego* tanta 375 tumultu (l *s. u.*) 376 Exterritque 377 gentes (i *supra* ẹ *alt.* m^3) 379 hostes (i *supra* ẹ m^3) 380 sarrae (S *supra* s m^3) Abram (A *ex* a m^3) 381 quanti (m *supra* ṇṭị m^3) inpune (m *supra* ṇ m^3) 382 quam *G* 384 tutumque *ego* totusque 385 cumulatum *G* comŏlatus (u *supra* o *pr. et* ŏ m^3)

in Sichem Bethlemque suam: laetique receptos Gen 13, 1–5
exercent campos et pinguia pascua late
inmixtis carpunt gregibus. sed iurgia crebra Gen. 13, 6 et 7
inter pastores; nullo nam limite cuiquam
discretus pandebat ager. plenissimus ergo Gen. 13, 8 et 9
uenturi, iuris set seruantissimus aequi,
ut dirimat lites et iurgia tollat auara,
Abram, qui senior, concessos diuidit agros.
iunior elegit, qua dulcibus undique fusis Gen. 13, 10–12
rura maritat aquis ripisque umbrantibus amnes
labitur et teretes saltus Iordanis amoenat.
his capitur patruique domum iustumque rigorem
declinans Sodomae iunctos Loth migrat in agros,
cum deus hac Abram maesti spe pectora firmans Gen. 13, 14
'ne carparis' ait, 'fratris quod prole relictus
damna patris tuleris sancti. innumerabile uulgus Gen. 13, 16
tu mihi solus eris, populi qui regna tenebis, Gen. 13, 14 et 15
quae primo cum sole uides, quae uersus in arcton
prospicis et tepido quae subdita respicis austro
ac maris effusi circumdata litore claudi.
haec tibimet prolique tuae populisque tuorum
concedam aeternum semper uiuentibus aeuum.
quis tu ut iam terris longe lateque fruaris,
surge et quid pateant gressu prius hospite lustra.' Gen. 13, 17
Sic ait: ille libens paret sedemque relinquens

391] Uerg. Aen. II, 427 seruantissimus aequi.

386 sicem (*exp. et supra scr.* Sicha' m^3) bechelemque (B *supra* b m^3) 387 pinqua (quia *supra* qụạ m^3) 389 cuiquam *ego* quicquam (a *ex* t) 390 Descretus . . pleni *(in ras.)* 391 set *ego* et aeque (i *supra* ẹ *alt.* m^3) 393 Abr con (con *exp. et* am *supra scr.* m^3) concessor (s *supra* ṛ m^3) 394 qua *G* quia 395 amnis (e *supra* ị m^3) 396 Iabitur, *corr. G* io'danis (I *ex* i *pr.* m^3) 397 patruique *B* patriacq; 398 sodomae (S *ex* s m^3) loth (L *ex* l m^3) 399 abram (A *supra* a m^3) maesti (oe *supra* ae m^3) 401 tuloris (e *supra* o m^3) in*numerabile 402 regnat inebis (e *supra* i *pr.* m^3) 403 arton (arct *supra* arṭ m^3) 404 Pro'pices (i *supra* e m^3) 405 claudi (*ex* clulidi m^2, a *supra* i m^3) 408 Quis (ei *supra* ị m^3) ut iam *ego* etiam 409 *expectes* qua pateant 410 relin ens (qu *supra add.* m^3)

emigrat Chebronque subit subque ilicis atrae Gen. 13, 18
dispensata comis figit tentoria Mambrae
auxiliumque nouis ductor catus addere castris
hic quoque sollemnes domino struit, ut colat, aras.
Interea magno circum turbante tumultu Gen. 14, 1–7
hostis adest auidus, uaria quem dote referta
sollicitat tellus: campis inlisa resultat
ungula et effusis errat populator habenis.
Loth cum rege simul portis erumpit apertis Gen. 14, 8
et uicina manus regum socia arma ferentum:
secum equites peditesque trahunt, distenditur agmen,
confligunt acies, pariter sternuntque caduntque.
his satis auxilii est, quod bellum inferre parantes
praecepere animis casuros clade repente:
istos sola tenet causae melioris imago.
sed turpi Sodomae luxu emollita iuuentus,
ut rursum exarsit repetitus clamor in iras,
uertunt terga metu: rapido pars moenia cursu, Gen. 14, 10
pars montes siluasque petunt, pars saepta cateruis
porrigit ignauas ad tristia uincula palmas.
Loth captum patruus ut primum conperit Abram, Gen. 14, 12–1
non fletu — quid enim fletus conferret inanis? —,

411] Cypr. Gen. 416. 415] Uerg. Aen. VI, 857 turbante tumultu, *cf.* I, 124 Interea magno. 416] Uerg. Aen. VIIII, 38 Hostis adest. 419] Uerg. Aen. VIII, 585 portis . . apertis, *cf.* Georg. IIII, 78. 420] Uerg. Aen. VIII, 120 socia arma. 427] Uerg. Aen. VII, 445 exarsit in iras. 429] Uerg. Aen. XI, 813 siluasque petiuit, *cf.* II, 399 *sq.* 430] Uerg. Aen. II, 406 uincula palmas.

411 crebronqué (ch *supra* cr m^3) subit subit (*alt.* subit *exp.* m^3) atre (ę *ex* e m^3) 412 Despensata (i *supra* ẹ *pr.* m^3) comes (i *supra* ẹ m^3) mambrae (M *supra* m̤ m^3) 413 nobis (u *supra* ḅ m^3) 414 sollemnes (l *pr. exp. et* n *supra* m̤ m^3) et (ut *supra* m^3) coleat (e *exp.* m^3), et colit *G* 416 Hostes (i *supra* ẹ m^3) 417 incisa (l *ex* c̤ m^3) 419 portis (t *in ras.* m^2) 420 marma (m *pr. exp.* m^1) 421 peditisque (e *supra* i *alt.* m^3) 424 casus hos claudere menti, *corr. Petschenig* (repente *ego*) 425 istos *B* Ictus 426 turpi *Brandes* turpis sodomae (S *supra* s m^3) 429 septa 431 conperit (m *supra* n̤ m^3) abram (A *supra* a m^3) 432 non fletus (s *exp.* m^1)

sed ratione pius, ter centum deligit omni
de grege bisque nouem famulos, quos instruit armis,
et sensim sequitur, qua tendere prodidit hostem
lentum praeda grauis, curatque ut prima quietis Gen. 14, 15
nocte superueniat, cum iam languentia corda
inrigat et fessos dulcis sopor alligat artus.
sic, cum ieiuni rabies uaesana leonis
in pecudum saltu penetrauit saepta uolucri,
cunctas dente, pede exanimat cupidamque uorandi
differt ira famem clauditque doloris acerbi
oppressis gemitum patientia mira timoris:
haec tum forma ducis. somno uinoque sepultos
sternentes tacitis populum regesque trucidant
uulneribus. nullus confundit castra tumultus,
nemo gradum sentit, nisi quem iam mens fugit et uox,
nemo sonum caedis, nisi quem mors excitat, audit.
sanguine cuncta madent, siccis resoluta serenis
tellus tabe coit, gressumque morante cruore
lubrica signato titubant uestigia campo.
nec tamen omne simul gladiis conciditur aeuum:
seruantur praedae — tanta est moderatio iusti
uictoris —, quos iam cunctis sine fraude licebat
posse capi: reliquos sparsit fuga turpis et agros
usque Chobarrenos instans formido secuta est.

438] Ual. Flacc. I, 48 serus fessos sopor alligat artus, Uerg. Aen. III, 511 fessos sopor inrigat artus. 439 *sqq.*] *cf.* Uerg. Aen. VIIII, 339 *sqq.* 444] Uerg. Aen. II, 265 somno uinoque sepultos. 449] Uerg. Aen. XII, 691 Sanguine terra madet, *cf.* VIIII, 333. 451] Uerg. Aen. V, 331 *sq.* uestigia presso Haut tenuit titubata solo.

433 delegit (i *supra* e *alt.* m^3) 434 grege bisque *G* gregibusque 435 sinsem (*exp. et supra scr.* sensim m^3) 436 quiaetis* 437 languentiam (m *exp.* m^3) 438 dulcis *G* dulce 440 septa 441 exanimat *G* examinat 443 patientia mira *M* patientiā ira 444 tum (u *ex* a m^2) ducis *ego* duces 445 tacitas (i *ex* a *alt.* m^2) 447 fugit *M* fuget 448 cedis (ę *ex* e m^3) excitat (tat *ex* dat) 450 tabe *G* tebe 453 prede (ę *ex* e *alt.* m^3) 454 fraude (f *s. u.* m^3) licebit (a *ex* i *alt.* m^2) 456 chobarrenos (S *supra* ch m^3, r *pr. exp.* m^5) sequuta

at uictor tanti nil motus laude triumphi Gen. 14, 16, 21 sq
inter equos pecudumque greges populumque receptum
aut captum gazasque, auido quae pondere uictos
uictoresque grauant, tanta inter gaudia mitis
et casus hominum reputans sub pectore, paene
uicti merce redit praedamque et praemia belli
direptis passim populis regique reformat,
non sibi se pugnasse docens: decimam tamen offert Gen. 14, 18–20
hostibus excussae, quae uera est hostia, praedae
Melchisedech, cui tum summi pia cura parentis,
testatus uicisse deum meruitque futuri
mystica praemonitus iam tunc libamina sacri
sumere. et accepto maiora ad praemia cursu
uoce sacerdotis tanti bona cuncta precantis,
hoc famulum alloquii dominus quoque munere donat: Gen. 15, 1–4
'quandoquidem nullis cupidum te praeda subegit
inlecebris, pretium fidei mercesque laborum
mecum plena tibi est teque et tua cuncta tuebor
heredi seruanda tuo, quem germine sero
uentre tuo potius natum pius auctor amabis,
quem iam mente cupis, pro quo placet iste Damascus,
ascitus grege de famulo, dum dulcis alumni
accendit patrios stimulans infantia sensus
et festinantem natorum fallit amorem.
suspice conuexum quam denso lumine caelum Gen. 15, 5
picta nocte micet, quantis congesta premantur
sidera sideribus numerumque obiecta recusent:
seminis hoc exemplar habe stirpisque futurae
hinc formam meritumque tene.' sic fatus: at ille Gen. 15, 6
credidit et nudae fidei consensio sola
pro uirtute fuit meritisque ornata laboris

457 Ad (t *supra* d *m*³) 458 ęquos (e *ex* ę *m*³) gregis (e *supra* i *m*³) 459 auidoque 461 penè *B* poene (ę *ex* e *alt. m*³) 466 Melchisedech (h *exp. m*³) panrentis (n *pr. exp. m*²) 468 Mistica 469 *fort.* at 474 cuṁ (˙ *m*¹, tua *supra scr. m*³) 476 *aıctor (c *ante* a *eras.*) 477 Damascus *G* damascius 478 dulcis *M* dulces 479 accendit *B* Ascendit 482 prąemantur 484 styrpisque (i *supra* y *m*³) 485 Hi*nc 486 consentio (si *supra* ṭị *m*³)

plenam iustitiae tribuit reputata coronam.
atque ideo hic sancti uirtus tam nobilis Abram
prodit quod bene sit diuino credere Christo,
qui, uox uiua patris, rursum sic fatus ad Abram:
'omnipotens ego sum dominus, qui teque tuosque Gen. 15, 7
Chaldaea de gente tuli tandemque paternis
exemptum uitiis terra meliore locaui,
ut per te genitus populus meus arua beata
incolat et seriem longe lateque propaget
gentibus expulsis, quas foedo errore parentum
sacrilegas ritus olim fecere profani.
quod quia cunctaris dubiusque ita credere peccas,
trimam sume mihi torua iam fronte iuuencam, Gen. 15, 9
cum qua par annis blando grege lecta capella
aequaeuus⟨que⟩ aries nostro mactetur honori:
cumque columba sacrum casto cum turture iuncta
clauserit et summam confecerit ordo litandi,
ulterius uolucrum non sentiat hostia ferrum.
at pecudes uteris mediae scindantur apertis Gen. 15, 10
inque duas abeant tantum tria corpora partes,
quas sic diductas mundis distingues harenis,
conferat ut membris altrinsecus aemula membra
ordo quater duplex. tunc ⟨quae⟩ sperare iuberis,
sponte sub aspectum uenient oculisque probabis.'

493] Cypr. Gen. 464. 500] Cypr. Gen. 471 *sq.* Uerg. Aen. VIIII, 627 aurata fronte iuuencum, *cf.* III, 636. 503] Cypr. Gen. 474.

488 iustitiae (ti *alt. s. u.* m^3) ꝑ reputata (ꝑ *exp.* m^1) 489 abram (A *supra* a m^3) 490 quod bene *ego* quid boni 491 fatur *M fort. recte* ad (d *ex* l) abram (A *supra* a m^3) 493 Chaldęa (h *s. u. et* ę *ex* e m^3) 494 uiciis (t *supra* c m^3) locaui (loca *in ras.* m^1) 498 sacrilegas (o *supra* ạ *alt.* m^3) 500 Trinã (m *supra* ṇ m^3) torua iam *Fabricius* torue iam (ẹ ịạṃ *exp. et supra scr.* am sine m^3) fronte *G* fraude 501 qua *G* que par (pari m^3) 502 que *add. G* 503 turturre iuncta *ego* uincta, *cf. Cypr. Gen. 474* 504 confecerit (c *alt. ex* t) orda (o *supra* ạ m^3) 506 uteris (s *s. u.* m^3) scindantur (sci *ex* sti m^2 *in ras.*) 507 abeant *B* habeant 508 deductas (as *ex* is m^1; i *supra* e m^3) distinguis (e *supra* i *tert.* m^3) arenis 509 Conferit (a *supra* ị m^3), *malim* conserat 510 quae *s. u.* m^3 511 oculisquae (a *exp.* m^3)

Dixit: at ille dei monitis seruire libenter
assuetus raptim properat mandata patrare.
sed cum dispositam quo iussa est ordine terrae Gen. 15, 11
strauisset seriem, subito globus ingruit ater
inportunarum praeda inuitante uolucrum.
quae ne contactu uiolarent sacra profano,
undique sollicitus cauet et circumspicit Abram.
sed cum operi attonitum tanto nec sole cadente Gen. 15, 12
uinceret officii moles tam magna recepti,
ecce niger terror, tremor horridus et sopor intrat,
nuntia iussa ferens uenturaque saecula formans.
credo, uidebatur saeptum sibi cernere Nilum
Hebraeae gentis populis serosque nepotes
et quae se ad summum numerent cognoscere turbas:
inde truces motus deductaque castra suorum,
transmissum pelagus sicco pede, mersa profundo
agmina, naufragium nulla cum classe secutam
terrestrem fecisse manum: dehinc tota beatae
regna Palaestinae populo patuisse reuerso.
talibus attonito uisis non defuit almus
interpres: 'praenosce tuos subolemque tuorum, Gen. 15, 13 et 14
crescet in externis quae post uos edita terris
Niliaci famulare iugum sensura tyranni,
quam, quadringentos cum duro expleuerit annos
seruitio, eripiam dominosque ulciscar iniquos

516] Uerg. Georg. I, 470 importunaeque uolucres. 524] Uerg. Georg. II, 58 seris . . nepotibus. 531] Uerg. Aen. III, 172 Talibus attonitus uisis.

513 ramptim (m *pr. exp.* m^3) properat *B* poterat 515 Strauisset (S *in ras.* m^2) 516 Inportunarum (m *supra* ņ *pr.* m^3) praeda inuitante *B* praedā uitante 518 circumspecit (i *ex* e m^3) abram (A *supra* a m^3) 519 operi *Petschenig* opere 523 septum nilum (N *supra* ņ m^5) 524 Hebrẹae (ẹ *ex* e m^3) gentes (i *supra* ẹ *alt.* m^3) serusque (o *supra* ụ m^3) nepotis (e *supra* ị m^3) 526 truces *G* crucis 527 sitconpide (eco *supra* ṭcọņ *et* e *supra* i m^3) 528 sequutam 530 pelestinae (Pa *supra* pẹ m^3) 531 attonitos (ṣ *exp.* m^3) 532 praenosc& uos (*corr.* m^3) sobolemque 533 Crescit (e *supra* ị m^3) 535 quadrīgentos (ɪ *ex* i m^3) 536 dominosque *M* dñsque

et reddam terris, blando quas gurgite cingunt Gen. 15, 18
Nilus et Euphrates, sed cum peccata nocentum Gen. 15, 16
gentis Amorraeae populi⟨que⟩ haec regna tenentis
explerint summam scelerum dignique paternis
sedibus expelli fuerint. at tu tamen ante Gen. 15, 15
longaeuo felix decedens limite uitae
laudatus natis cum pace et munere nostro
ad sanctos migrabis auos.' sic fatus: et alto, Gen. 15, 17
cum iam nox terris densas induceret umbras,
signum monte dedit; claro nam clibanus igne
emicuit raptim crinemque in prona retorsit
et diuisa petit mediumque inuecta paratum
praecipiti cursu delibans flamma sacrauit.
haut aliter crasso uibrantes aëre corpus
oblicum per inane uolant undantque coruscae
nocturno splendore faces crinemque rubentem
mendax stella trahit concussaque nubila uentis
excutiunt pronum, qui terram euerberet, ignem.
  Interea certus regni prolisque futurae Gen. 16, 1 et 2
accelerare patrem cupit Abram, casta sed uxor
abnuit officium, quod inane effeta senectus
iam signo cessante probat: sed dulce mariti
pignus spemque nouam quacumque ex paelice fusam
esse suam credens famulam, cui iunior aetas — Gen. 16, 3

545] Hor. Serm. I, 5, 9 *sq.* iam nox inducere terris Umbras. 546] Cypr. Gen. 503. 557] Uerg. Aen. VIII, 508 effeta senectus.

538 eufratres (E *supra* ę *pr. m*³) 539 Amorrhaeae *G* amorrae (A *supra* a *pr. et* h *s. u. m*³) populique haec *G* populi nec tenentis *G* tenentes 540 scelerum (c *s. u.*) 541 expelli (ex *ex* &) 542 Longęuo (ę *ex* e *m*³) decedens *G* decidens uitę (ę *ex* e *m*³) 544 At (d *supra* ṭ *m*³) 546 olaro (c *supra* ọ *pr. m*³) 548 paratum (m *ex corr.*, *fuit* a?) 550 Haut (d *supra* ṭ *m*³) 551 Oblicum (qu *supra* ç *m*³) undantque *Petschenig* undamque (vdum *supra* ụṇḍạṃ *m*³) coruscae (a *s. u.*) 552 facis (e *supra* i *m*³) 553 Mendax (da *in ras.*) trah& (it *supra* & *m*³) 554 Exoutiunt (c *supra* ọ *m*³) 556 abram (A *supra* ạ *m*³) 557 Annuit (b *supra* n *pr. m*³) effeta (oe *supra* e *alt. m*³) 559 pellice (l *pr. add. m*³)

Agar nomen erat, Nilotica tellus origo —
subrogat in thalamos precibusque adgressa maritum
progeniem uili concredere perpulit aluo.
pro seruile nefas! ut primum uiuere sensit Gen. 16, 4
Agar uentris onus, fastu tumefacta superbo
despexit dominam et dominam, cui matris amorem
debebat, causamque sui furiosa tumoris.
recte igitur flagris hanc uir iustissimus Abram Gen. 16, 6
coniugis addixit, quorum magis acta pudore
in deserta procul secretaque lustra ferarum
abditur indignans: nec quod perpessa refugit,
sed rursum dominam nimios mentita timores
contemnit, quo more potest, mauultque pericla
secretae perferre uiae, ni missus Olympo Gen. 16, 7–12
angelus occurrat famulamque ad pristina iura
restituat miti dominae magnoque refectam
hortatu melius iubeat sperare reuersam
et nomen nati doceat moresque manusque
innumerosque greges populi de stirpe nepotum.
quo maiore redit uoto iam certa futuri
et partu dominum fecit prior ipsa parentem, Gen. 16, 15 et
cum iam decursi spatiis felicibus aeui
octoginta super bis ternos clauderet annos.
Qui cum bis senas unam super ordine coepto Gen. 17, 1 et 2
adderet aestates, solito hunc rursum pater almus
alloquio dignatus adit iussitque trementem

563] Cypr. Gen. 511. 570] Uerg. Aen. III, 647 deserta ferarum Lustra, *cf.* Georg. II, 471.

561 nicotica (Nil *supra* nic m^3) 562 praecibusque 565 tumefacta (t *ex* l) 566 Dispexit (e *supra* i *pr.* m^3) 567 sui (t *supra* ș m^3) 568 flagris (r *s. u.* m^3) abram (A *supra* ạ m^3) 570 ferarum *G* strarum (ui *supra* str m^3) 571 perpesa (ss *supra* ș m^3) 572 nimios (n *ex* m) timores (o *ex* e m^2) 573 mauultque (t *s. u.* m^3) 574 Șecretę (ę *ex* e m^3) olimpo 575 iura *ego* rura 576 dominę (ę *ex* e m^3) refectam (e *alt. ex* a) 577 reuersam (u *ex* n *in ras.* m^2) 578 morisque (e *supra* ị m^3) 579 gregis (e *supra* ị m^3) distirpe (e *supra* i *pr.* m^3) 584 Quis *Petschenig* unam *G* iam (iam *exp. et* unà in *s. u. scr.* m^3) 585 almis (v *supra* i m^3) 586 ad& (it *supra* &̣ m^3)

degere felicem: simul et promissa reuoluit,
quae merces uirtutis erat — tunc corpore prono Gen. 17, 3
Abram suppliciter dominum prostratus adorat —
et post multa, quibus percursis uota fidelis
laxauit famuli, signo discernere cunctis Gen. 17, 10 et 11
se iussit tacito populis, ut sponte resecta
carne superuacua prompte liquidoque pateret
corporeis uitiis dominum iussisse recisis
progeniem seruare nouam prolemque futuram.
quod res ipsa tacens loquitur: resecare pudenda
sic monuisse deum puerosque a matre recentes Gen. 17, 12
atque rudis uitae, dum mens ignara dolendi est,
praeputio exutos octaua luce sacrari,
quod qui tam sanctum corrumpere testamentum Gen. 17, 14
auderet cessans legi inseruire rogatae,
exheres fieret regni uitaeque futurae.
et simul, ut uero sibi crederet argumento
innumeras gentes propria de stirpe creandas,
hoc ipsum ut resonent, commutans nomina dixit:
'littera te renouet, te syllaba plena reformet,
ut non Sara tibi coniunx, sed Sarra uocetur Gen. 17, 15
et tu non Abram, sed nomine clarior aucto
Abraham populis posthac uocitere futuris.
quod commune ideo tibimet cum coniuge uera est Gen. 17, 16 (18, 10—15)
promissi, quoniam saeclis uoluentibus aeuum
mater erit generis teque annum sole remenso
esse patrem faciet. quamuis ridenda putetis
uirtutis promissa meae, quis uestra senectus

606] Cypr. Gen. 529 *sq.*

587 degere *ego* ducere 588 mercis (i *supra* ẹ̈ m^3) 590 percursis *B* percussis 593 prompte (p *alt. s. u.* m^3) 594 Corpŏrum (eis *supra* ụṃ m^3) dñs (m *supra* ṣ m^3) iussis secisis (re *supra* ec m^3) 597 puerosque (r *s. u.*) 601 rogatę (ẹ *ex* e m^3) 603 uero *G* uere 604 stýrpe 607 sara (S *supra* s m^3) sarra (S *supra* s m^3) 610 commune (com *in ras.*) 611 Promissi (missi *in ras.*) saclis (ec *supra* ac m^3) 614 maẹae (a *pr. exp.* m^1) quis (ei *supra* i m^3)

praescribat, quod erit diuini gloria iuris,
sic ut praestiterim fieri potuisse putetur.
sed tamen ignoscam dubiis pueroque futuro Gen. 17, 19
inponam nomen, quod culpam hanc arguat, Isac,
qui solus nostri cuncta cum stirpe suorum
heres erit certus seruato foedere pacti.
nec tamen hic sacrae, quem solum amplecteris, Ismael Gen. 17, 20
expers dotis erit; nostro nam munere fultus
milia multa uirum, ualido cum stemmate gentes,
bis senis pariter ducibus regnanda creabit.'
Dixit: at ille auidus pactum accelerare receptum Gen. 17, 23 et
iam centum pulsans annos, iam pubere nato
se primum pignusque suum cunctosque clientes
ac famulos signo, quo iussum est, eximit aeuo
et populum facit esse nouum fontemque piorum,
una eademque uia — tanta est deuotio — legem
accipiens explensque dei. quid non mereatur
tam praesens ueloxque fides? iam non timor istud,
sed sincerus amor famulique probatio plena est
quod libet imperium placida sic mente subire,
ut placeat iussisse deo. quippe antea tantum
audiri solitus meritum post tale ministri
iam patitur cerni nec, cum indignatio iusta
ultorem stimulet, mortales numine miti
respuit aspectus. nam cum damnare pararet
crimina terrarum flammisque abolere nocentes,

615] Uerg. Georg. I, 168 diuini gloria ruris. 630] Uerg. Aen. X, 487 una eademque uia.

615 Praescribiat (i *alt. del.* m^3) quod *Petschenig* quid 617 tamen *M* tam 618 Inponam (m *supra* ṇ̣ *pr.* m^3) isac (I *supra* i m^3) 620 certus erit *G* 621 ā̄plecteris (le *ex* el) ismael (I *supra* i m^3) 622 nostro *G* nostros munere (re *s. u.* m^3) 623 Milia (i *alt. in ras.* m^1) stē̄mate (tē *in ras.*) 624 creauit (b *supra* u m^3) 627 Se (S m^2 *ex corr.*) 628 exemit (i *supra* e *alt.* m^3) 629 facit *G* fec̃. (*s. u.* m^1) 632 Tampres*ens (m^2; m^1 Tamene*ens) 634 placida *G* platida 635 Ut (U *in ras.* m^2, E? m^1) placeat (ea *ex corr.*) 636 ministri (mini *in ras.*) 637 nec (*in ras.*) 638 numine miti *ego* nomine mitti 640 flā̃misque (ã *ex* a m^3)

aut uerum aut qualem norat se posse uideri
et numen numerumque suum confessus alumni,
quamuis caelitibus famulis comitatus adiret,
uisibus obiecit. iuxta aedes quippe sedenti Gen. 18, 1 et 2
tres subito adstiterunt augusta luce micantes.
Abraham tanti stimulatus imagine uisus
procurrit dominumque solo prostratus adorat
unum, cum tres miretur, cupidusque placendi, Gen. 18, 3—8
ut sibi mente pia liceat seruire, precatur,
ut refici in medios aestus tendentibus horis
non dedignentur famuli mensisque cibisque.
usque adeo uisus inter sensusque uigentes
errabat dubitans, hominem quod forma referret,
quem norat mens esse deum. tamen annuit ore
officiumque pii non aspernatur alumni
omnipotens uisusque cibos mensasque sacrare,
ut sibi deuotus credat concessa minister,
pura sacerdotis claraque occurrit imago
. . . .
uerum hominem rursus uultuque et corpore toto
sumendum quandoque deo Christique futuri
argumenta daret promissa⟨que⟩ mira retexens
ederet et praesens famulum dubitare uetaret.
inde mouens gressus lateri comes haeret euntum Gen. 18, 16—22
hospes ouans dulcique quatit concussa pauore
pectora et attonitum uenerabilis attrahit horror.

650] Uerg. Georg. IIII, 401 medios . . aestus. 663] Uerg. Aen. IIII, 73 haeret lateri, *cf.* Ual. Flacc. III, 486, VIII, 55.

642 numen *ego* nomen numerumquae (a *exp.* m^3) 643 cẹlitibus (ẹ *ex* e m^3) 645 adstiterunt *B* adstiterant 646 tanti (*subter* nt *ras.*) 648 cupidusque *M* cupidisque 649 pila (l *exp.* m^3) praecatur (a *exp.* m^3) 650 horis (h *s. u.* m^3) 652 inter sensus (*in ras. ut uidetur*) que uegentes (i *supra* e *pr.* m^3) 654 norrat 655 aspernatur *ego* aspernatus 657 deuotus *M* deuotos 658 sacerdotis (e *supra* i m^3) et clara *M* *post u. 658 quaedam exciderunt; adparet uerbum aliquod quale est* doceret *desiderari* 659 uerum *M* utrum 660 dõ (vs *supra* õ m^3) futuri (i *add.* m^2) 661 que *s. u.* m^3 663 haeret *G* erit 665 Pectora (c *s. u.*) uenerabilis (n *ex* r m^2) horror *G* error

quippe uidet uultus tacitos uisusque seueros
in Sodomam Gomoramque deum uibrasse simulque
emissos famulos pacisque iraeque ministros.
et cum cognosset tanta quid mole pararet Gen. 18, 23—33
arcana pandente deo causamque docente
aduentus, ut qui didicit, quae praemia uitae
electos maneant, etiam metuenda caueret,
ultro ausus dominum scitari, an perderet urbem
errantis populi per crimina cuncta nocentum,
quinquaginta probos ciues si forte tulisset.
'non perdam' dixit. dehinc percunctatio blanda
deducens sensim numerum ueniamque lacessens
suppliciter summasque ipsis minuente recursu
usque decem meruit responsum auferre parentis,
et, se ne totam domini clementia mitis
proderet, in medio famulum sermone reliquit
tendentem ulterius seque in sua regna recepit.
Interea Sodomam missi Loth forte sedentem Gen. 19, 1—3
ante fores urbis iam terris sole propinquo
inueniunt. qui cum miro splendore uideret
angelicos radiare uiros, ratus adfore caelo,
cui mentem deus ipse dabat, prostratus adorat
inuitatque domum noctemque auertere tecto
euincit precibus simul et conuiuere suadet
innocuosque cibos et pocula parca ministrat.

681] Uerg. Aen. IIII, 277 (VIIII, 657) medio sermone reliquit. 682] Uerg. Aen. XII, 938 ulterius ne tende, IIII, 214 in regna recepit.

667 sodomam (S *supra* s m^3) gomoramque (G *supra* g̣ m^3) 668 irẹque (ẹ *ex* e m^3) 669 cognouisset (ui *exp.* m^3) 670 arcana (a *ex* ic?), arcanum *G* 671 quẹ (ẹ *ex* e m^3) promia (e *supra* ọ m^3) 672 Electos (l *ex* c) metuenda (u *ex* p) 675 probus (o *supra* ụ m^3) 676 dehinc (nc m^2 *ex* m *ut uidetur*) 678 recursu *ego* recursus 679 parentes (i *supra* ẹ *alt.* m^3) 681 Proderit (e *supra* ị m^3) reliquid (t *supra* d m^3) 683 Interea (rea *in ras.*) 684 urbem (is *supra* ẹṃ m^3) terris (ris *in ras.*) propinquo (*in ras.* m^2) 686 radiare (a *alt. s. u.*) adforte (t *exp.* m^3) caelo (coe *supra* cae m^3) 689 suadit (e *supra* ị m^3) 690 parca (a *alt. ex* ã m^3)

ecce sub occasum lucis noctisque recursum Gen. 19, 4 et 5
foeda manus uulgi, si fas dixisse, uirilis
prosilit et iuuenum furias puerique senesque
certatim exacuunt: claro Loth nomine clamant,
dederet exceptos. pudet heu meliusque profecto est
a quantum reticere nefas quam prodere uerbis,
uel dum damnatur, quod iam tunc more sinistro
infandae lex urbis erat. mollire furentes Gen. 19, 6—9
Loth cupiens natas, quibus inlibata manebat
uirginitas, offert quos plebs uoluisset in usus:
per sexum factura minus. sed corda profana
uile putant quodcumque licet gaudentque uetari,
ut sit quod cupiant. ipsum ergo affligere certant
auctorem fidei, morum iustique magistrum.
ut uis iam maior, quam quae uirtute repelli Gen. 19, 10 et 11
humani ualeat nisus, tunc hospes uterque
angelicas nudant mentito corpore uires
et Loth subreptum retrahunt caecantque furentes.
seruauit morem iuris sententia recti:
quod poenam anteuenit, damnandis lumina clausit.
tunc ad Loth sancti trepidum uix mente recepta
condicione sui ⟨non⟩ dissimulata ministri Gen. 19, 12—15
iam semet sensisse animo, quod ⟨et⟩ ipse timebat,
qui sint, quid ueniant, quae sint praecepta, fatentur,
quae praestare uelint. generi, si credere digni,
nuntiet excidium Loth quippe euadere iussum

698] Cypr. Gen. 590. 701] Cypr. Gen. 593.

691 occasum *G* occasu 692 dixisese (e *pr. eras.*) uirilis (lis *ex* bus *m*²) 694 exacuunt (un *in ras.*) 695 Dederit (e *supra* ị *m*³) 696 ah *B* At 697 quod iam *ego* qđaim (q *ex* n? *corr.*, i *del.*) 698 lex *M* ex erat (t *add. m*² *ut uidetur*) molliere (ẹ *pr. exp. m*³) furentis (e *supra* ị *m*³) 700 offerit (i *exp. m*³) 702 uetari *M* liaetari (li = u, i *pr. longa*) 703 sit *M* siti 704 magistum 705 ma∗ior quam (qu *ex corr.*) 708 cẹcantque (ẹ *ex* e *m*³) furentis (e *supra* i *m*³) 709 iuris *M* uiris (s *in ras. m*²) sententia (sente *in ras. m*²) 710 anteuenit (te *m*² *in ras.*) clausiṭ 712 non (*s. u. m*³) 713 iam *M* Tam et *addidi* 714 ueniant (n *in ras.*) 715 generi *M* generis sic (ç *exp. m*³) 716 excidium (i *alt. s. u.*)

flammea tempestas, quae, postquam pabula terris
repperit oppressis atque ipsis sedit harenis,
erigit inmensam coniuncto fomite metam
ignis et a terris redeunt in sidera flammae,
in cineres donec cautes tellusque resultans
transeat ac penitus mersae soluantur harenae
depressisque cauos consumpto caespite campis
pandant arua sinus uenisque effusus apertis
consocians uires, qui terras strinxerat, umor
priuatum gignat pelagus. quidnam esse putamus,
quod raptim lacus est mira uirtute refertus,
qui fuit ante rogus? cunctisne abolere elementis
damnatos iudex uoluit bonus an mage finem
designat tacitum mitis clementia poenae,
quod flammas conpressit aquis, requiemque futuri
forsan iudicii calidis contraria prodit
materies sanctusque lacum Iordanis inundans,
qui primus hominum meruit peccata lauare?

772 quę (ę *ex* e m^3) 773 oppraessis (a *del.* m^3) arenis 776 docnec (ç *pr. exp.* m^3) 777 mersę (ę *ex* e m^3) arenae 778 Depressisquae (a *exp.* m^3) cauos (u *ex corr.* m^2; τι? m^1) consumpto (p *s. u.* m^3) cespite (to cespite *in ras.* m^2) 780 humor 782 raptim *G* raptum uirtute (u *alt. ex* a) 783 abolere (l *ex* r) 784 magne (n *exp.* m^3) 785 poenę (ę *ex* e m^3) 786 conp̃ssit (m *supra* n̤ m^3) 787 contraria∗ (r? *eras.*) 788 Iordanis (I *ex* i m^3) inundans *M* in undas CLADI. MARII. UICTORII ẼPI (*i. e.* EXPL.) ALITIAS LIB̃ IIII.

sed maiore bonus iudex damnare paratu
mauult quos miserans orbis morumque ruinae
punit in exemplum. cuncta ergo ex omnibus oris
concurrunt undante globo stipataque flatu
quaeque suo coeunt flammarum pabula in unum,
corpus et ut solidum terrasque urbesque nocentes
sulphurei testudo tegit curuata metalli,
quam citus et uires angusto tramite sumens
spiritus incussam tanto crepitare fragore
conpulit et crebro tonitrus referente corusco
consternare animos, coniunx miserabilis ut Loth Gen. 19, 26
lumina, quod uetitum, pauitans conuersa referret
et poenas raptim uiolata lege subiret
in statuam conuersa salis: spoliataque luce
sic animam infelix cum corpore perdidit omni,
ut nullum extaret forma remanente cadauer.
ocior inde Segor luctum pellente timore
horrificoque malo stupefactus ingreditur Loth.
et sol exoritur toto feruentior igne
irato fulgore micans radiosque seueros
dirigit in Sodomam. qui postquam lumina flammis
inuoluere suis resolutaque sulphura nexos
secum praecipitant ignes siccoque liquore
dispensata suis stillant incendia toris,
fulmineus denso praeceps cadit aëre nimbus
inuoluitque urbes et totis saeuit in agris
ac mixto stridore tonat uincit⟨que⟩ querellas

758] Uerg. Aen. XII, 935 corpus spoliatum lumine.

746 miserans *Fabricius* miserat orbis *Petschenig* urbis 747 ex *ego* et 750 et *M* no& urbisque 751 Sulphorei (u *supra* o m^3) 752 sumens (n *ex* ti m^2) 754 Conpulit (m *supra* n m^3) tronitrus (r *alt. in ras.*) 755 coniunx (n *alt. s. u.*) 756 refferret (ḟ *pr. exp.* m^1) 758 salis (is *ex* u) 759 *post* omni *legitur* ṻt ṅul (*exp.* m^1) 761 otior (c *supra* ṭ m^3) segor (S *supra* s m^3) 762 *fort.* iam graditur 764 Irata (f. rum *supra* ṭạ m^3), *corr. G* fulgure (o *supra* u *alt.* m^3) 765 sodomam (S *supra* s m^3) 767 siccoquoque (qụọ *exp.* m^3) 768 stellant *fort.* sui . . roris *ego et Petschenig* 770 sẹuit (ẹ *ex* e m^3) 771 uincitque (que m^3 *s. u.*)

flammea tempestas, quae, postquam pabula terris
repperit oppressis atque ipsis sedit harenis,
erigit inmensam coniuncto fomite metam
ignis et a terris redeunt in sidera flammae,
in cineres donec cautes tellusque resultans
transeat ac penitus mersae soluantur harenae
depressisque cauos consumpto caespite campis
pandant arua sinus uenisque effusus apertis
consocians uires, qui terras strinxerat, umor
priuatum gignat pelagus. quidnam esse putamus,
quod raptim lacus est mira uirtute refertus,
qui fuit ante rogus? cunctisne abolere elementis
damnatos iudex uoluit bonus an mage finem
designat tacitum mitis clementia poenae,
quod flammas conpressit aquis, requiemque futuri
forsan iudicii calidis contraria prodit
materies sanctusque lacum Iordanis inundans,
qui primus hominum meruit peccata lauare?

772 quę (ę *ex* e *m*³) 773 oppraessis (a *del. m*³) arenis 776 docnec (ç *pr. exp. m*³) 777 mersę (ę *ex* e *m*³) arenae 778 Depressisquae (a *exp. m*³) cauos (u *ex corr. m*²; τι? *m*¹) consumpto (p *s. u. m*³) cespite (to cespite *in ras. m*²) 780 humor 782 raptim *G* raptum uirtute (u *alt. ex* a) 783 abolere (l *ex* r) 784 magne (n *exp. m*³) 785 poenę (ę *ex* e *m*³) 786 conp̃ssit (m *supra* ṇ *m*³) 787 contraria* (r? *eras.*) 788 Iordanis (I *ex* i *m*³) inundans *M* in undas CLADI. MARII. UICTORII ẼPI (*i. e.* EXPL.) ALITIAS LIB̃ IIII.

CARMEN CLAVDII MARII VICTORIS

AB IOANNE GAGNEIO INTERPOLATVM.

Claudii Marii Victoris Oratoris Massiliensis in suos super Genesin commentarios Prȩfatio ad Deũ Optimum maximũ.

Summe & sancte Deus, cunctae virtutis origo,
Omnipotens, quem nec subtili indagine rerum
Mentibus humanis sensu comprendere fas est,
Et nescire nefas (nam te ratione profunda
In tribus esse Deum, sed tres sic credimus vnum
V*nica personas ut tr*es substantia reddat.
Indiscreta pio conseruans foedera nexu)
Tu sine principio, pariter sine fine perennis,
Solus *es atque* idem: nullique obnoxius aeuo.
Tu spatium rerum mentis quocunq; recessus
Tenditur, excedis: spatio neq; cingeris vllo.
Nec te qui capiat locus est, *immensus enim es tu.*
Quinetiam humanae nec fas contingere menti
Qua*lis* imago *tua est, oculis ignara videri,*
**Ni cui cernendam speciali numine sese*
Exibeat: nec vero est qui virtute creata
Tevegetet motus: *per quẽ sumus atq; mouemur.*
Tu mens et sacrȩ penitus substantia mentis:
Tu ratio, et plene prudens rationis origo,
Tu virtus virtutis apex, atq; ipsa profecto
Tu vita, & genitor vitae, lucisq; profundae:
Tu lux vera Deus; tu rerum causa, vigorq;:
A te principium traxit, quodcunq; repente
ex nihilo emicuit, tantoq; auctore repletum
Vel vim mẽtis habet, vel formã in mẽbra recepit.
Te dominum natura probat seruata caducis
Partibus: et iussam seriem datus ordo fatetur.

Tu dociles numeros distinguens, pondera librās,
Mensuras varians, modulos, motumq; gubernās,
Alternas seru*a*re vices, iugemq; recursum
Rerum stare iubes, & mentis imagine plenum
*Ed*ere *n*ota tibi iam secula, volvere mundum.
Non vno tu contentus dotare creat*a*
Munere, quidquid *agis varios largiris* in vsus.
Quinimo nil non causa Deus alme tuorum
Efficis: ipsa licet nobis ignota tuorum [1])
Factorum ratio, atq; modus: contraria *nempe*
**Quae putat humanae solers ignauia mentis,*
Dum certant, plus pacis habent, sic omnia diues
Conditor aduersis etiam cognata elementis
Nectis et *effusis à te* virtutibus imples.
Et tamen hec quum sint in maiestate creandi,
Nil horum quae gignis eges: mundiq; peracti
Et per te stabili rerum compage manentis [2])
Nil prorsum indigus es: nec in hoc tua gloria tū̃
Quòd prętanda facis bonus autor: sed quod & ipsa
Efficere ut possint causis praebere secund*is*
*Non dedignar*is: qu*ae* qui tua munera sentit
Munus & ipse tuū̃ est: *tibi vt vni accepta referre*
**Omnia homo meritò possitq; & debeat vnus.*
Nam tibi sola Deus gigni quò*d* cuncta iuberes
Causa fuit bonitas: quum iussis viuere primum
Spiritibus, mundoq; frui quem mente gerebas,
Atq; omnes in te rerum cognoscere caussas,
Et super terras et aquas volitare dedisti.
Certa quibus coelum sedes, que*i*s libera corda
Arbitriumq; sui largitus *es omnibus: vt iam*
**Alterutram in partem vellent se vertere possent:*
Vt fiere*s iustis merces,* meritisq; piorum,
Hoc quoque cōferres praestando, vt debitor esses.
Nam quòd de primis *coelesti in sed*e creatis
Vnus (dum lucis domino, vitaeq; suoq;
Inuidet auctori, titulumq; hunc appetit) auctor
Maluit esse mali, *primamq; inducere mortem,*
Cum scelerum socijs celso deiectus olympo:
Virtuti *nihil inde tu*ae prae*iudicat: illud*
Cui satis est fecisse bonum: *sed copia laudis*
Haec est summa tuae: quòd quū̃ se extollere supra
**Diuini virtutem apicis scelus esset, & ingens*

---

[1]) *om. u. 36.* [2]) *om. u. 44.*

**Relligio nulla prorsum delebilis vnda:*
Non tamen ingratis vitam sensumque negas*ti:*
Quin etiam arbitrio mentis gaudere dedisti.
Nec tamen arbitrij natura in vtrumq; valentis[1])
*Accusanda venit nobis: nam*q; inde perire
Posse datum *est* cunctis vt viuere dulcius esset:
Mutuaq; alterni compar mensura pericli
Cederet ad meritum: quum iudice digna seuero
Praemia sanctorum geminaret poena malorum.
Porro etiam (mihi si fas est hoc dicere salua
Pace tua genitor) maius *fortassis* apud te *est*
Non peccasse bon*um*, per lubrica tempora vitae,
Quàm miseris peccasse mal*um:* sed videri*s vt se*
Hoc habeat: caussas vni cui credimus omnes.
Interea satis est *nobis, quòd vilia* terrae
Pondera dum sacra inspiras ratione tuaq;
Informas virtute, tuumq; effingis ad instar,
**Nobiliora facis: dum lato in sidera vultu*
Erexisti hominem: quem saeui fraude *tyra*nni
In mortis laqueos, & ad impia tartara raptum
Vnigeni redimis profuso sanguine nati:
Eq; imis erebi *dona ad* maiora petitum
Restituis quàm factus erat: vitaeq; perenni
Reddis, & in coelum *diro* vehis hoste subacto.
Iam iam nemo patrem temerarius arguat Adam
Quòd leue praescriptum violata lege resoluens
Ad loetum patefecit iter: *nam culp*a parentis
Compensata satis: quia plus est vincere mortem
Quàm nescisse mori. *coeli* nunc laetus ab aula
D*i*spicit aetherios axes, & sidera calcat:
Dispositosq; vocat ventura in regna *nepotes:*
Quos iterum formauit aquis, *iterum*q; renasci
Aeterni docuit *diues* sapientia *patris:*
Tete igitur deus alme precor, qui numine prono
Das sentire animis, & *te charissime patris*
Nate tui, da mellifluum in praecordia verbum
**Nostra tuum: & linguas nobis infunde disertas:*
Dũ tener*a*s formare anim*a*s, & corda paramus
Ad ver*ae* virtutis iter puerilibus annis.
Inclyta legiferi *iam* pand*ito* scrinia Mos*i*,
Quae sit origo poli, vel quae primordia mundi,
Archanamq; fidem qui*d* toto excusserit *orbe*

[1]) *om. uu. 70—72.*

**Mentibus ambiguis: quà vires traxerit aucta*
Pestis, & in *vicium mores cessere vetusti.*[1])
Da Deus aeternae describere mystica vitae: 111
Da simul et mentem, da cōgrua tempora menti,
Da studium, tanto ne desit cura labori,
Successumq; bonum studij: quodq; omnia vota
Iure supercurrit *(scribenti candida mens est)* 115
Ne damnes tantū quod *nunc* reus audeo munus:
Criminibus*q; meis conniue, &* *parc*e benignus.[2])
Quòd si lege metri quidquam peccauerit ordo,
Peccarit sermo improprius, sensusq; vacillans:[3]) 120
Hinc nullum fidei subeat mensura periclum.
Per *dominum* Christum qui *tecum natus eâdem*
Magestate vige*t*, pariter qua spiritus almus
In*com*prensa animis, seclorum *in* secula viuit.[4]) 125

---

[1]) *om. u. 110.* [2]) *om. u. 118.* [3]) *om. u. 121.* [4]) *om. u. 126.*

Claudii Marii Victoris Oratoris Massilieñ. Commentariorum in Genesin Liber primus.

Ante polos coeliq; diem mundiq; tenebras,
Ante operum formas, & res, & semina rerum,
Aeternum sine *praeteriti,* sine fine futuri
Esse subest: cui semper erat Deus vnus: apud quē
Viuebat genitus Verbum Deus, & *suus* almus
Spiritus, archani vitalis summa vigoris.
Vna trium quos *concordi* substantia nexu
Coniungens summa aeternum virtute beabat.
Regnabatq; potens in maiestate creandi,
Iam res, & causas rerum, casusq; futuros
Et faciēda videns, gignendaq; mente capaci,
Secula dispiciens, & quidquid tempora voluunt
Praesens semper habens: immensum mole beata
Regnum erat ipse suum: regni nec teste carebat
Virtus trina deus: qui primum semine nullo
Corpora dans rebus, dum res existere cogit,
Iam nostrum *effecit* munus, quod solus habebat.
Vtq; istum faceret di*ues Sapi*entia mundum
Cuncta simul genuit: sed *posthaec semina rerum*
Ornauit superinductis informia formis.
Temporaq; in seriem bene cōditus ordo redegit.
Nam n*on,* sacrilegi sensit quod lingua furoris,
Casus mentis inops dum nescia semina voluit,
Tam prudens contorsit opus: nec dicere *fac*tum
Ante *aeuu*m fas est, quia tempore nata mouētur.
Nec porro ęternum mundum, superisq; coęuum
Credere fas stabilem semper tenuisse vigorem:
Nā quod corporibus constat coepisse fatendū est.
Corpus enim quod plaga terit, quod tp̄a soluunt,
Atq; abolent ipso qui tendit in vltima fine,
Principium ostendit: quod quae sortita probātur,
Aut facta *haec* credi par est, aut nata putari.[1])

---

[1]) *om. uu. 33—36.*

Factū igitur cōstat mundū, quod quisq; subactus
Annuit, & vero conuictus dogmate credit,
Concedēs fecisse Deum: qui numine Verbi
Et virtute potens quidquid natura putatur
Disposuit, iussit, monuit, munusq; creatum
Succiduis vicibus (semper fugitiua reformans)
Sustinet: ac volucrem retrahens circūrotat orbē.
Qui si cuncta etiam mauult dissoluere raptim,
Confestim in similes formas redeuntia reddet.[1])
*Tanta Patris vis est & t*anta est gloria Verbi.
Vt vero semel attingam primordia rerum:
Excelsi conuexa poli, terraeq; iacentes,
Pars prima est operis, sed terras *vnda tegebat*
Aēraq; in medio sordenti nube madentem,
Et tenebris se vasta nigris velabat abyssus,
Et sacer extensis impendens spiritus vndis
Altrices animabat aquas, ac semina rerum
Nondum cōpositis fundenda ad germina terris
Insinuanda dabat: quum lux immissa superne
Emicuit *dic*ente Deo: discretaq; nigrum
Vmbra peplū retrahēs, summo discessit olympo.
Tum diuina diem appellans prudentia lucem,[2])
Indidit & tenebris obscurae nomina noctis.
Sic facta vna dies de mane ac vespere primo:
Rursus mane nouum primo iam vespere pulso
Reddita lux *f*ecit: quum se firmissima moles
Fluctibus è mediis concreto corpore cedens
Extulit: *ac late duro* solidata rigore
Diuisas suspendit aquas: gelidumq; profundum
Axibus obiecit calidis: seq; aequore septo
Nixa superfudit rebus, quas circite vasto.
Contegit[3]) *aetherium deducto hinc* noīe caelum
Forsitan hic aliquis sic secum errore perito
Disserat aetherijs ne desint pabula flammis
Et nimius calor ima petens alimenta sequendo
Exurat mortale genus, coelumq; coruscum
Non possint terrena pati, subiecta deorsum est
Machina firma poli: quę dū nos protegit vmbra,
**Interea super impositis frigescit ab vndis.*
Numinis at vero diuini quaerere causas
Mēs fuge nostra procul: plus sit tibi credere semp
Posse Deum, quidquid fieri non posse putatur:

---

[1]) *om. u. 46.* [2]) *om. u. 60.* [3]) Contigit *in p. 176 ultima.*

Et magnum pelagus super astra & sidera ferri
Ipsorum ratione proba qui credere nolunt,
Et mundum pendere volunt, quem conditor ipse[1])
Gestet, & immenso constantem pondere voluat.
Tertia lux tumidos stupuit discedere fluctus:
Quum deus impulsis reliqui iam gurgitis vndis,
Aërijs magnum spacijs patefecit inane:
Arida tunc primum mundi pars ima retectam
Ostendit faciem: tremefactaq; numine Verbi
Cerula nudatas cinxerunt aequora terras.
Quas vario raptim iussas *fru*tescere foetu
Luxuriosa nouo texerunt germina limo.
Et rudis, & tenero prorumpens cespite laetis.
Iactauit se sylua comis: *speciemq; secundum*
Edidit vna suam quaeq; arbor et herba virescens
**Et fructũ & semen: vestitaq; gramine terra est.*
Iam tribus exactis motu succensa citato
In flammas ignisq; globum se cogere iussa est
Solis prima dies: fundataq; semina lucis
Puniceos roseo sparserunt fomite crines.
Lunaq; noctis honor *quaesito* lumine ful*gens*[2])
Inferiore via soli subiecta pependit:
**A quo susceptos radios percussa refudit.*
Astraq; distinctis *coe*lum pingentia zonis
Floribus aetherijs varios vibrare colores,
Et magis ornatis *se re*splendere tenebris,
Cerula nox stupuit, rutilis dum spicula flammis
Fusa micant, vrgentq; alacres noua sidera iactus,
Quae *solare iubar radijs obducit apertis*
Tempora quadrifidi mensurãs quattuor anni.
Sol quoq; quum cursus lune sit mẽstruus, vno[3])
Contentus cursu reuolutum conficit annum
Artificemque sacrum mira compage fatetur.
Quinta dies mouit spirantia corpora ponto,
Quae liquor *humectans* genuit: sparsitq; profundã
Delitias pelagi: vario quas germine miris
Formauit natura modis: *educere iussa*
E toto partes, *formasq; ex corpore inani.*
Quinetiam in brutas animam dedit ire figuras:
Quaeq; salis tumidi squalentia gurgite terga
Cete vasta leu*a*nt molli differta sagina,
Edidit: & qui horum conseruat corpora, nostris

---

1) *om. u. 83.* 2) *om. u. 101.* 3) *om. u. 111.*

Corporibus *noc*et ipse liquor: genitalis alumn*us*
Piscibus: ipsa etiam terrae qui germina nutrit,[1])
Hinc volucres quoque molle genus traxere vigorē: 126
Nā liquidas *dū* format aquas, immissaque pontum
Vita subit, feruent *multo* tumida aequora partu:
Nec satis est pisces genus oē exurgere: quòdq;
Squammea turba salo summas *euad*it in vndas: 130
Ni uolit*ans in* aquis, sensim nat*e*t *aeth*ere puro,
Aetherios volucris contingere *docta* recessus:
Ergo materies auibusq; & piscibus vna est.
Iam bis terna dies claro radiabat olympo:
Tertia post calidi genitalia munera solis: 135
Iamque tepens tellus grauidos laxauerat artus:
Quum maiora agitans iussit Deus edere terrā
Omne animal, *vegetat ratio* quod sola mouendi:
Cui seruire datum quo rerum postulat vsus.
Nec mora prorumpunt foetis vitalia terris 140
Pignora, quęq; sui generis sortita figuras.[2])
H*ic mihi iam fas* sit quędam perstringere, quędā
Solicito trepidum penitus transmittere cursu: 145
Mutata quędam serie transmissa referre.
Postquam cūcta datus generatim protulit ordo[3])
Veris plena bonis, & multa dote referta:
Quae Deus in longā seriem mansura foueret: 151
Autori perbella suo tum machina visa est.
Sed quid id est quod mūdus erat, *quod* sidera, & ortus,
Aetheraq; & vitreum pelagus terręq; virentes,
Ni spectator, adest *tantę quem* gloria molis 155
Impleat: atq; oculis auidum per singula ducat?
Quorsum tam lati fines, possessio*q; ampla,*
Si rerum possessor abest? *hęc* rector olympi
**Secum animo versans & Verbi pondere librans,*
Stat data summa operi, bona sunt quęcūq; creaui
Nunc hominem faciamus, ait, qui regnet in orbe, 160
Et sit imago dei: similem decet esse creanti
Liber ad arbitrium fruitur qui mente creatis.
Dixerat haec, & factus homo *est,* seu corpore toto
Siue anima ac specie, forsan quo more futura
Quo facienda facit, quo factum semper habebat: 165
Etsi praeterit*um iam* nondum accesserat aeu*um.*
Er*go hunc* praepositum rebus cū coniuge iussit
Crescere per sobolem, terrasq; replere vacantes.

---

[1]) *om. u. 125.* [2]) *om. uu. 142 et 143.* [3]) *om. uu. 148 et 149.*

Tum natura semel rebus concessa creatis,
Praesertim quas vita mouens animare videtur,
**Multiplicat quęcumq; suis primũ edita formis.*
Septima lux magnum *vt* vidit cessasse parẽtem,
Sed generum *tantum numeros* desijsse creare,
Et requiem tenuisse suam: *tum iure* sacrata est
Perfectũ quae vidit opus: nãq; hoc quoq; plenũ est
Virtutis, cessasse Deum, posuisse labores.
Nam genitis formã patris quam dextra pararet
Bis ternis *dominum satis est patr*asse diebus.
Septima lux docuit venerand*ae* exempla quietis
Quam *coelesti omnes sperare iubemur in aula,*
Si modo non desint operum bona facta piorũ.
Haec quoq; lux ill*ã signat,* qua tartara Christus
Soluit, & euicto reditum patefecit auerno.
Dum *patriam ille semel victor* rediturus in aulã,
**Iamq; malorũ expers, humana in carne quiescit.*
Sic cessare Deus, sic ocia sumere nouit,
Plus vt agat cessans, pariter sine fine quiescens.
Ac sine fine operans, seriemq; & tempora miscẽs,
Cessando consummat opus, quodcunq; crearat.
Sed qualem qualiq; Deus formauerit Adam
Materia, hic paucis cum Mose resumere fas est.
Primus enim meritis postremus in ordine toto [1]
Factus homo: vt sese rebus praestare creatis
Nosset, & hinc laudes dño persolueret aequas.
Ergo hominẽ factura Dei manus optima summi [2]
*Tractatu facilẽ ac bene gnaru*m cedere limum,
Et flexum formamq; sequi qua ducitur arte
Sumit, & humanã qualẽ iam mente gerebat
Explicat in speciem: *tum flatu* immissa vaporo
Vita rigauit humum: tellus mollita liquore
Vertitur in carnẽ: & sanguis, qui lubricus humor,
Distendit molles per nota foramina venas.
Tunc mentis iam plenus hom*o tellure* re*licta*
Exilit, ac dominũ prudens rationis adorat.
Haud aliter *bus*tis mãdata resurgere *aper*tis
Corpora *quum Christi* caelo *de*lapsa patenti
Maiestas grauidae resera*bit* viscera terrae,
**Exilient, dominumq; colent terraeq; poliq;.*
Nã quod nõ habuit quum sic è puluere *vili*
Humanã in formã cõpactũ est corpus honoram

[1] *om. uu. 191—194.* [2] *om. uu. 198—203.*

Perfacile est rursum ītegrū vt de puluere reddat 218
**Quod iā habuit multos caelatū terra per annos.*
**Sic ex antiquis prodibunt iussa sepulcris*
**Corpora, quaeq; suas rursum assumentia partes.*
Sic nil praeteriti est quod nō sit forma futur*i*. 219
Sed iā hominis tēpus sedē atq; habitacula primi
Pandere, vbi toto acceptū pro semine vulnus.[1])
Eoos aperit foelix quà terra recessus 224
Editiore globo nemoris Paradisus amoeni
Pan*d*itur: & teretis distinguitur ordine syluae.
Hic vbi, iam spatijs limes discernitur aequis
Solis, & aeternum paribus ver temperat horis.
Illic quaeq; suis diues stat fructibus arbor,
Pomaq; succiduis pelluntur mitia pomis: 230
Quae *iucu*nda oculis, & miri plena vigoris
Mēbra animosq; fouēt, pascūtq; sapore & odore.
Sidereos hic terra vibrat distincta calores
Semper flore nouo *frondens, fructuq; recenti:*
Hic fragiles soluunt calamos animata vigore 235
Muneris ambrosij spirantia cinnama *odores.*
Sed nec quod Medus redolet, vel crine soluto
Fragrat Achemenius, quod molli diues amomo
Assyrius, messisq; rubens Mareotica nardo,
Quod Tartesiaci frutices, quod virga Sabaei, 240
Quodq; Palaestinus lacero flet vulnere ramus:
Omnia certatim hunc congesta putabis in hortū.
Nāq; huc cūcta Deus pariter quae singula certis
Accepit natura locis, conferta regessit.
Motaq; dum leni vibrat nemus aura meatu, 245
Vnum ex diuerso nectar permiscet odore:
Fitq; nouū munus sibi nulla quod asserat arbor.
Quàq; tremens blando sensim iactata fragore
Commotis trepidat folijs, sonat arbore cuncta
Hymnum sylua Deo, modulataq; sibilat aura 250
Carmina, nec vacuus vanum quatit aëra motus.
Quippe apud autorem, qui totum mole sub vna
Res rebus nectens alterna lege retentat,
Nil temere fieri vel frustra credere par est.
Quin etiam speciosa, nemus, syluaeq; coruscae 255
Argumenta operum sunt, & plantaria rerum,
Nec dubium primi quin delicta ante parentis
Hic sua fixissent pariter tentoria secum[2])

[1]) *om. uu. 222 et 223.* [2]) *om. u. 258.*

Gloria, simplicitas. studium, sapientia, veri
Diua tenax, prudentia, gratia, honorq;, salusq;,
Praeclariq; animae adfectus: atque inclita virtus:
Et quidquid pulchrũ orbis habet: quid denique paucis
Enumerare uelim quã plurima munera verbis?
Iam satis hoc fidei est laeto quòd semine surgens
Hinc arbor vitae celsis petit aëra pomis:
Illinc diuerso nocitura peritia fructu
Notitiam rerum suspendit ab arbore legis.
Ad gremium sacri nemoris quod sylua coronat
Fons scatet & diti prolem virtute maritat
Quadrifido tumidũ lętus caput amne resoluens,
Ditior oceano iugi, nam gurgite prono
Ille suos donat latices, iste accipit omnes.
Nec turget tamen: at minor est qui crescere tãtis
Fluctibus infusis quã qui decrescere nescit
Amnibus effusis: quorum primo ordine Phison
Prosilit exultans, fontis pars quarta beati:
Edens naturae quas dat prudentia dotes:
Gangetisq; replet populos atque Indica regna
Distendit limo, terrasq; & semina voluens
Quae facit arua serit, nudis quà squallet arenis
Aurea fulgentis inter ramenta metalli.
Hic vbi fulmineo rutilans carbunculus igne,
Ac viridi radiat fulgescens luce smaragdus.
Nec minor inde Geon placidis sed mitior vndis
Niliacas attollit aquas, arsuraq; late
Diluuio tegit arua pio coeloq; repugnans
Temperat aethyopum stagnis refluẽtibus vndas.
Tertius hinc rapido percurrens gurgite Tygris
It comes Euphrati, iuncta quos mole ruentes
Tellus uicta cauo sorbet patefacta baratro:
Donec in Armeniae saltus ac Medica Tempe
Quos nõ sustinuit, nec iam capit, euomat amnes.
Sed Tygris, nigro tanquã indignatus auerno,
Prosilit ętheneas motu maiore sub auras.
Et rursum spelaea subit, mersusq; cauernis
Intus agit fremitus: & fortior obice factus
Multiplicatur aquis, atroq; citatior antro
Exit, & Assyrios celeri secat agmine campos.
Iustior Euphrates, diti qui gurgite largus
Irrigat arentes subiectae Persidis agros:
Mollibus elicitus riuis: atq; omnibus aequè
Seruit, & humanos totum se praebet in vsus:

Donec siccus aquis, nomē quoq; prodigus ipsum
Consummat terris, pelagi quod debuit vndis.
Haec igitur cuncto naturae ditia foetu
Imperia, & tanta virtutum dote refertae
Delitiae, prima est hominis possessio primi,
In quam deductus vita exultare perenni
Accola iussus erat: *tales ergo ille locatus*
**Inter delitias, & longe pinguia Tempe:*
Dum fit *adhuc dignus* discitq; labore mereri,[1])
Expers *moerorum curae*q; ignarus agebat.
Tantū apud autorē est meriti pro nomine summi
Nōdū aliquid meruisse mali: Quātū *ergo* putamus
Soluere posse patrem rediturae in tempora vitae:
Cuius apud famulos iam tum largitio *pura*
Non merces Paradisus erat? quodq; illa seuerae
Legis scita tulit, libertat*is*q; *periclum*
**Facturus, vitam seruanti iussa recepit:*
Spondet adhuc maiora bonis, & praemia seruat:
Qui causam meritis statuit, *d*um vescere dixit
Arboribus cūctis: hanc tātum horrere memēto.
Quae diuersarum gestans examina rerum,
Notitiam recti atq; mali sub cortice gestat.
*Nam trāsgressores mors cruda & dir*a sequetur.
Tali lege data ratio docet *optima, quod non*
Mortalem Deus in primaeuo tempore fecit
Primū hominē: *quin ille sibi mortē attulit vltro.*
*Nāq; & in hoc ē magn*a Dei indulgētia *summi:*
Dum quod nō meritis sed tantū sponte benigna
Largitur famulis, nostri cupit esse laboris.
Et se quod donat mauult debere videri.
At tu quem sacri nectit custodia iuris.
Ne querere angustis quòd clausa licentia metis
Parte sit orba sui: ni*l* hac tibi lege recisum est.
Ante potestatem tantum terraeq; marisq;
N*a*ctus eras, nunc iam regni vitaeq; perennis,
Porro & mortis habes. Tūc vt sibi cuncta parētē
Indulsisse pium rudis incola crederet orbis.
Omne animal quod *iam* tellus dare iussa crea*rat*
Effundens tacito vernans è corpore semen,
Iussit adesse Deus: proprioq; obedire tyranno:
Scilicet vt cunctis bene congrua nomina rebus
Inderet: atq; suo factum vnumquodq; vocaret

[1]) *om. u. 311.*

Nomine, natura quod natum est suapte moueri.
*Nec mora viuentum parendi haud nesci*a sistit
Omne genus natura Deo: quacunq; *vocātur*
Mundi parte noui coeunt *animalia in ipso*
Temporis *articulo modici: siue illa fuissent*
Molli lenta gradu, *aut* rapido prōptissima cursu,
Impete *vel subito consueta* per aēra labi
Aut innare vndis, aut pondere lubrica ferri:
His Deus omnipotens Adam praesente vocatis,
**Vnumquodq; suo donauit munere largus.*
Armauitq; manu, cornu, pede, dente, veneno,
Atq; alijs quibus artis inops animiq; minoris
**Et ratione carens animal se protegat, & se*
Seruet ab aduersis rebus: sed n*ullū* animantum
Aequa homini specie vultuq; habituq; vigebat:
Ast homini prope diuinos addebat honore*s*.
Totq; inter duplici vitam illustrantia sexu
Impar solus erat, dudum qui coniugis aptam
In se materiem gignendae ignarus habebat.
Ergo opus aggreditur notū Deus: ictaq; raptim
Corda viri tanto dissoluit languida somno,
Mentis ut experti *costam* subducere*t vnam:*
Vnde caro fit iussa sequi: *nam spont*e recedens
Pellis, iter planum costae praebebat eunti:
Illęsis *prorsum* membris, & corpore sano.
Quae varios operante Deo digesta per artus
Accepit formam, calid*is*q; animata medull*is*
Versa in opus vitae *est,* sexu iam grata secundo.
Sic permissa suo *form*ata est Eua marito.
Hoc nunc turba loco stolidissima desine tandem
Quaesitis animum vanis torquere: nec isthic
*Quaerere qur hōīs confec*ta est foemina mēbris:
Quum iam à principio molli *de* puluere fingi
Posset, & ex nihilo: *&* causa*s desiste latentes*
Scrutari: quāquā si coniectare licebit[1])
Ex homine effecta est mulier, cognatio quaedam
Mutuū & alternū inter se vt misceret amorē:
Semet in alter*nis* cogens agnoscere membris.
Hinc *Euam partem esse sui mox protinus* Adā
Sensit vt exaltans, tetigit noua gratia mentem,
*Mentis & affectu*s in viscera nota receptus,
Irruit: & tanto penetrauit in ossa calore,

[1]) *om. u. 377.*

Vt iam scire daret, qu*i*d *coniunx esset, &* vxor,
Qu*i*d dulces nati, postponendiq; parentes
Coniugibus, quid*nã* vna *amb*os in carne manere,
Aeternam pariter vitam ducentibus esset.
Porro dum mundi vitijs & tabe care*b*ant
Diuinis viguere animis, nullius egeni:
**Quũ penes hos esset mundi substantia, & omnes*
Quas dabat orbis opes: nec *prorsum* obnoxia morbis
Corpora gestabãt: *nõ hos cogebat ad esum*
Pausę ignara fames: qui si mandata supremi
Seruassent integra Dei, crudelia mortis
Imperia, & diros nescissent vsq; dolores.
*Callidus at serpens Domini perfring*ere legem
Talibus incautam *persuasi*t fraudibus Euam.
O vitae melioris inops, rerumq; bonarũ
Gens ignara hoĩ*m: neq; eñ bona nosse putãdus*
**Qui praua ignorans, etiã distinguere nescit*
Quo di*uersa bonis inter se limite distent.*
Atq; ideo augustos homini fas carpere fructus
Noluit esse Deus: ne mentis nube remota
Immitant in coelum oculos, atq; optima *noscant:*[1]
Sintq; deis similes. Hic nunc excurrere paulùm
Fas fuat, & turpes veterum deflere ruinas.
Ah nimium miseri gentiles quos furor egit
In varios ritus *cognomina multa Deorum*
Fingere, pluralemq; Deo vocem addere soli.
Serpentis prim*a*m *hanc* sonuit vox impia diri,
Qui mortis tã caussa fuit: nam credula, postquã
Rupit sacrilegis praescriptum morsibus Eua,
Experti iam docta mali, *consort*ia culpae
Quaerit: & inc*autum fraudis male gna*ra maritũ
Qua perijt prior arte petit: sic hoste subactus
A gemino cedit sceleri miserabilis Adam:
Pomaq; *degustat* sacr*i ple*nissima succ*i.*
Sed quia legis in his suberant praescripta seuerae
Plusquã vipereo mortẽ adlatura veneno,
Vt primum illicito violarunt *o*ra sapore,
Confestim sensere nefas, facinusq; peractum
Creuit, & ignaro percussit pectora sensu.
Hinc timor inde pudor, *sumpserũt primitus ortũ.*[2]
Nam dum corda homines celsarum conscia rerũ
Et coelo tantum *recto*q; intenta *g*erentes,

[1]) *om. u. 404.* [2]) *om. u. 424.*

Pectora ad excelsum *ferrent* conuersa parentē:
Dum secretorum miracula diuinorum
Claro incorporeae mentis splendore notarent:
Nondum contigerat membrorū cura suorū.[1]
Quos vbi deseruit vitae vigor ille perennis,
Iam morte *affectos:* demum frigusq; calorq;
Aeriae subiere vices: ac vestis egenos
Se primum sensere homines: sexuq; latenter
Erubuere suo taciti miserabile questi.
Idcirco vmbrosae è folijs noua tegmina fici
Decerptis texunt, post culpam, mente receptum
Corpore velato denudatura pudorem.
Nec satis: *ignorāt* quid agant, quà crimen inustū
Seq; ipsos fugiant: cuperent si forte pateret,
Condere se *barathro: vsque* adeò cōtermina poenę
Culpa suae est: vt iam miseros mortale pauentes
Mortis imago iuuet: syluas umbrosaq; lustra
Obtendunt vanis solatia falsa tenebris.
Nam quò te timidum fas est subducere corpus?
Tete inquā quae mox *vili de puluere fecit*
Virtus viua patris, mundiq; *abscondita*, praesens
Implet: et in penitos exit diffusa recessus.[2]
Tune potes dominum fugiens euadere? *tune*
Omnia cernentem sperasti posse latere?
Vt vastis iaceas *tenebris, caelabere nunquam.*
Ergo vbi peccati genitus pudor attigit Adam
Quęrentē latebras, mox audijt, heus vbi es Adā?
* *Quid vero est quod te quaerit Deus, inscius anne id*
Forte rogat quē nec domino subducere *summo*
Vel mors ipsa potest, fragili quam mente subisti?
Quur vbi sis quaerit, nisi quod te morte doloris
Lapsum sponte tua, secum non esse fatetur:
Et coelo cecidisse sacro? sed sancta parentis
Desperare vetat pietas: clementia cuius
(Fas dixisse mihi, fas sit quoque dicta probasse?)
Iustitiam excedit: nec tam me voce seuera
Corripiens, vbi sis, trepido quid pectore *quaeris*,
Terret: quā recreat quod adhuc post crimina lapsum
Immersumque metu latebris, ac pene sepultum,
Euocat & reuocat: ne *verò* exempla petantur
Longius, ostendit culpae donatio mitem.
Postquā excussa reos *manifestat caussa parentes*

[1] *om. uu. 431—433.* [2] *om. u. 452.*

Inc*epere Deo* coelum, mare, terra loquenti
*Con*tremere, & vastos *concussa aperire* recessus.
Dumq; reos punit sententia, tartara *cond*it.
Quandoquidē nostris *visum est* decedere iussis,[1]
Iam mihi iusta nouos feriet censura nocentes.
Principio inter totius uiuentia mundi
Tu maledictus eris: & peior quam tegis intus
Inuida mēs coluber: qui coel*i* in *claustra vehē*dos
Deiecisti homines: vetitasq; attingere fruges
Fraude tua impulsis praedurae mortis origo es.
Ergo vt digna nefas poenae mensura sequatur,
Ex quo hominē terrae immersti, tu stratus iniquo
Membra solo, duram sulcabis pectore terram.
Et vetitos tentare cibos quia feceris, hinc iam
Vilis semper edes squallentia viscera terrae.
Et quia te dign*ae* placuit tibi primus vt esses
Inuentor mortis: poena moriere *perenni.*
Humaniq; odium generis specialiter *in te*
Ac genus omne tuum *bello experiere potenti.*
Perpetuumq; tui mors vt tibi longa, timorem
Esse dabo: pedibus repes & pectore prono:
Teq; tuo mulier perimet cum semine, cuius
Callidus extremis tantum insidiabere plantis.
Vt *trepidans etiam capiti* vestigia figat.
Dixit, & exanguem sic est exorsus in Euam.
*E*t tu quae minim*o* solam te perdere fruct*u*
Non contēta, virum similes temeraria in ausus[2]
Traxisti: instar eris famulae: subiectaq; duro*s*
Arbitrium sensura viri patiere labores.
Casibus *& uerò* (*in*coeptum *quoniā* prior ausa es
Multiplicare nefas,) *semper* uers*abere mult*is.
Et pariens crebris adeò torquebere natis,
Vt quos mortales faciet tua culpa creari,
Mortis nonnūquā lacerae sint caussa parenti.
Tu quoq; cui monitus nostros & prima salutis
Vincula foemineis postponere fraudibus auso
Sponte mori placuit: talem reus excipe sortem.
Criminibus tellus quam tu sulcabis aratro
Sit maledicta tuis: spinas, tribulosq; minaces
Culta ferat; fallatq; tuū spes improba votum.[3]
Nec tibi terra fidem seruet, tu viuere laetus
His in delitijs, & cunctis uiuere seclis

[1]) *om. u. 476.* [2]) *om. u. 500.* [3]) *om. u. 514.*

Sponte recusasti: duro nunc viue labore,
Perpetuũ quoq; viue miser: dum lenta senectus
In terram te restituat, terraeq; recondat.
Dixit & ignaros *ne coeli iniuria laedat*
Veste tegit pecudum miserens: vitamq; tueri
Edocet: & ne iterum *similes exiret in ausus*
Infaustum mortis formidine perc*utit* Adam.[1]
At ne perpetuam vitali ex arbore vitam[2]
*Protraherent: miseros*que reos grauiora manerent
**Supplicia: in tantis nimium diuturna periclis*
**Tempora ducentes, dirisq; obnoxia poenis:*
Continuo sacris iussos decedere lucis
Expe*ll*unt venti, nemoris quos sylua profundi
Concitat: a*tq;* illos libranti turbine nexos
Aura vehens sacra Paradisi ab sede repellit.
Ergo hinc eiecti iuuenes, terrisq; relat*i*
Perdita dimissi suspirant gaudia luci,
Expertes tanti spacij expertesq; pericli:
Sed non expertes agitat qui corda doloris.
Quò ruerint, quid perdiderint, quę vita sequatur
Quae fuerit, t*acita tristes in mente volutant.*[3]
Porro etiam quid se supremo in fine futurũ est,
Haerent soliciti: sibi num grauiora supersunt,
*Nullane spes superet miseris: num mort*e perẽni
Perdant quod superest: an quũ via mortis amarę
Per lignum ingruerit mundo populisq; futuris
Possit adhuc aliquod per lignum vita redire,

Finis lib. primi.

Claudii Marii Victoris Massiliensis Oratoris commentariorum in Genesin liber secundus.

Hactenus archanam seriem, primordia mundi,
Vt sincera fides *do*cuit, sine fraude cucurri:
Dum dignis loeto vicijs terrena carerent.
Nunc hominum mores, et iam mortalia versu
Aggresso, omnipotens vires Deus adde poetae.
Postquã sacratis decedere iussus vterq;

---

[1]) *om. u. 524.* [2]) *om. uu. 526 et 527.* [3]) *om. uu. 539—541.*

Sedibus ac regnis, genitalia contigit arua:
Inq; sua stetit exul humo: mirabile quali
Ore rudes stupeant tam barbara rura coloni,
Quae non frugifera distinctaq; arbore vernant.
Nec species placet vlla soli, nam mixta coacto
Pondere congeries confusa mole locatur.
Ardua caute rigent: syluis depressa laborant
Plana, carentq; herbis: horrescunt edita dumis.
Heu quibus hęc spectãt oculis, quo pectore cernũt,
Quorũ animis Paradisus ĩest? quę causa doloris
Vna subest, dum cunctorũ iam plena malorum
Se pandit facies, longe tristissima, post tot
*Delitias Paradise tuas: & amoena locorum
*Gaudia fertilium: quorum vanissima praesens
*Semper adest, tristesq; animos idea fatigat.
Nunc honor ille sacri nemoris maiore sereno
Irradiat, nunc diuitias succurrit ademptas
Sylua beata tuas: nunc pomi dulcior vsus,
Nectareusq; sapor: viuis nunc floribus halans
Tellus, absenti tristes contristat odore.
O quàm nõ eadẽ (exclamãt) Paradise rependis:
Imo etiã quãto prae illis haec dona beatis
Delicijs, peiora facis? sic tristibus illis
Iam vitae perit almus amor, penuria rerum
Insinuat iam dulce mori: ne maior egestas
Occurrat grauiore malo: nam viscera terrae
Scrutari vesana fames, & quaerere cogit
Quà steriles dat sylua dapes: adeò vsque malignis
Herbarũ dubias passim radicibus escas
Explorare iuuat, ventremq; explere latrantem.[1]
Tandem cunctarũ quibus indiget vsus egenos
Atq; inopes rerum, docuit sors vltima summi
Auxilium sperare patris: tum stratus vterq;
Membra solo, lachrymis tantum mutoq; dolore
*Quae nequeunt verbis poscunt solatia votis:
Dum pudor internis subducit verba querelis.
Ergo vbi cognouit mutae sibi reddita linguae
Munera, consurgens tali prece supplicat Adam.
Omnipotens auctor mundi, rerumq; creator,
*Quem mihi labe mali ĩfensum atq; audacibus ausis
Constitui, foelix olim dum vita maneret,
Et celeres animos visu super astra daretur

[1]) om. u. 34.

Posse sequi, late circùm perq; omnia fus*o*:[1])
Hos *ego quur oculos tua quōdā* archana tuētes,
Vel iam nō habeo, vel magna ex parte minutos,[2])
Et tetro clausos terreni carceris antro,
Vt iam nil veri praeter mortalia quędam, &
Fluxa videre datū ac mundū in peiora labantē?
Atq; ideo omnipotēs qui semper totus ubiq; es,
Ad te confugimus, trepid*a* te mente preca*mur,*
Exaudi miseros, quos semper cernis & audis.
Quum me olim parti damnatae adnectere vellet
Ille caput scelerum, mundi *infensissim*us hostis:
Nil per se solum ne victus cederet, ausus,
Serpentis *formam accipiens, & coniugis illa*
Arma meae, duro confecit vulnere: sic nos
Artificis scelerum fraus improuisa subegit.
Quumque ego damnarer iusta pro crimine poena,
*Agno*uit culpa*m* tanto mens icta dolore:[3])
Vt mihi me de me poenam praeb*ere* putarem.
Idcirco & gemitus *poen*ae, lachrymasq; negaui,[4])
Amplexusq; animo solatia dulcia poenae
H*anc* ips*a*m posthaec sacra inter munera ponens
Pro venia sceleris: *non iam detrecto labores*
Quoscūq; addideris: tamē interea optime iudex
Si iuuat, exaudi nil in tua iussa precantes.
Nec iā *istud lachrymis & moesta voce precamur,*
*Iudicij censura tui quò se ill*a resoluat:
Tota sed vt plenas teneat sententia vires.
Iussisti mota victum me quaerere gleba,
Et steriles spinas sparsa pro fruge leuandas[5])
*Dixisti, & tribulos pro fructib*us, ergo serēda est
Vt fallat mea vota seges quaesita labore.
Noscere da quae sint *segetes,* quo *more serendae.*
Fructiferae quae sint herbae, quae forma laboris:
Da pater auxilium miserēs, *ijs*q; imbue sensus:
Tunc erit vt rerum compos, & certa salutis
Seruiat Eua mihi, saeuumq; experta *parentis*
Supplicium pariat populos *vt* crimine nostro
Plectantur, purgetq; patrum peccata, nepotum
Mortibus aeternam faciens successio poenam.
Interea dum sic orant, serpentis imago
Indice visa metu tacito se tramite ferre

[1]) *om. u. 46.* [2]) *om. uu. 49 et 50.* [3]) *om. u. 65.* [4]) *om. u. 68.* [5]) *om. u. 79.*

Leniter ad molles *spiris* *rept*antibus herb*as*,
In se conuertit trepidos: *di*riq; doloris
Excuss*as* *od*io cognatas traxit in iras.
Et prior Eua viro. Si te suprema malorum
Caussa mouet, rape saxa manu, datur ecce facultas
Auctorem loeti loeto dare, *callidus ille*
Supplicijs d*oce*at proprijs & morte cruenta
Quàm sit triste mori, qu*i* me male perdidit & te.
Dixit, & elaps*u*m cursu *pet*risq; secu*ta est*
Missilibus: *quin & duras per robora cautes,*
**Quò se reptando condebat callidus anguis,*
*Ambo proijciunt: quarum rigido un*a lacerto [1])
In nudum *casu silicem dimissa* resultat,
Scintillamq; ciet: sicco quae è fomite *na*ta
Exijt in flammam & crinita incendia latè
Extendens *tota iam sylua ardebat adepta.*
H*ic horre*nt, latebrasq; gradu trepidãte *requir*ãt.
Sed pauidos stupor ipse tenet: curamq; sagacem
Inijcit insolitae flammae: qua*m* cernere rursum,
Et t*u*midi [2]) *spectare* volunt. Paulum *ergo* remoti
Telluris dorso sterilis mirantur opacas
*Defluxi*sse comas, nemorum*q: horr*ere fauill*as*,
Fuscariq; diem, totas splendescere terras,
Et lucem sub sole nouam: nec mente quieta
accipiunt crepitus stridentibus vndiq; syluis,
Vndantesq; globos flammarum, in sidera *latos*,
Nec quòd radices *im*mersus tendit *in* imas
Ignis edax penitus: sumpto quo victa calore
Terra *suas* pandit generosa ad munera venas.
Quae quum iam cuncto *siccata liquore fuisset*
Mox fieri liquor incepit: riuisq; metalla
Fundere quęq; suis, fuluo *hinc* torrente coruscat
Auri summus hono*s*: candenti lacte renidens
Effluit argentum, rigor aeris lubricus errat:
Et coit in mollem resoluto corpore massam.
** Vis breuibus formã ardentis cõprendere syluae?*
**Sulphureae volitant nemoris per opaca fauillae,*
Nõ aliter quàm dũ ruptis sic*ca* Aethna caminis
Egerit immixtis stridentia sulphura flammis. [3])
Tum se decoctis tellus pinguissima glebis
In foetus mouit varios quos imbre marito
Parturiens putri dissolu*it ru*ra meatu,

---

[1]) *om. u. 103.* [2]) *in pag. 201 ultima* timidi [3]) *om. uu. 129—165.*

Qu*a* tumidi crepuere sinus, elataq; messis
Extitit, & motis vndans trepidauit aristis:
Disceret vt speciem segetis nouus accola cultae.[1]
Nil tamē hinc longus quidquā sibi vēdicet vsus,
Nil casus virtutis inops, *Deus omnia nosse*
Quę bona sunt cum luce dedi*t*: mundoq; minori
Quidquid maior habet sacro *in*notescere sensu
*S*eq; per haec volui*t*: *quòd si* illibata maneret
Vt data mens homini est, nulliq; obnoxia culpae:
Non illam species, non illam corpora rerum,
Nō modus astrorum, numerus nec mo*l*lis arenę
Falleret, a*u*t quantis cum magno terra profundo
Extensa est spacijs: *aut quae* mensura peractae *est*
Molis: quid resonet motu septemplicis axis
Armoniae vocale melos: nunc discitur vsu
Assiduisq; datur studijs: *quāquā arte vel vsu*
Quod *capimus, Domino semper donāte tenemus.*
Et vero ad primos vt se digressa parentes
Nostra chelys referat, iam quęso attēdite paucis.
Pulsus ab augustis Paradisi sedibus Adam,
Nullum *habuit* prius officiū quā cōiug*is vs*um,
Atq; omnē natis operam nauare creandis:[2]
Ergo vbi prima domus natis iam plena duobus
**Inter tam varios solatia multa labores*
Attul*i*t: *atq; nouum se vidit vterq;* parentem:
Multiplicata graues releua*ui*t cura *do*lores:
Et spes iam sub*ij*t propriis gaudere ministris
Ruris in officio: quorum qui maximus aeuo,
Arua Cain duris vertebat pinguia rastris.
At viuo gaudere lucro dignissimus Abel
Collibus *in* nudis, & sicci germine campi
Innocuas pascebat oues, & lacte parentes.
*Veru*m expectati *sensere v*t gaudia fructus
*Diuino intuiti vin*ci sua vota fauore:
Mox decreuit vterq; sui libamina *fr*uctus
Prima dicare Deo: sacras prior impedit aras
Frugibus ille nouis: niueo magis hic litat agno:
Prima sacerdotum species, mox hostia fratris
Impia: sed *Christum longe tamen ante f*igur*a*
Signans. Perpetuus nam quū foret ille sacerdos
**Summi Melchisedech ex ordine: protinus in se*
**Conflata inuidia, & fratrum liuore suorum est,*

---

[1]) *om. uu. 172—179.* [2]) *om. uu. 199—202.*

**Hostia saluifica dum pendet ab arbore factus:*
**Sic olim ante sui praesensit candidus Abel*
Inuidiam fratris: nam quum de fruge lita*sset*
Iste sua: niueo ille agno, mox protinus altum
In coelum ascendit combusto fumus ab agno:
At contra per inane volans de frugibus illis
**In terram rediјt fugienti fumus olympo:*
**Aut quod peiores domino sacrauerat, aut quòd*
**Illi non gratum est animo quod prodit auaro.*
**Inde Cain tamen insanas flammatur in iras*
Inuidiae ducens illo de fonte venenum,
Vnde propinarat serpens: fratremq; cauendi
Ignarum saeua mactatum caede trucidat.
Heu facinus, quò non miseros furiosa libido,
Quò non ira, recens odiũ, *&* *vis* improba cog*it*? [1])
Quid meret innocuus frater? num sanctior *ille*
Quòd fuit, interimi meruit? iam *facta* parentum
Non est posteritas quòd quidquã accuset, & ipsi
**Flagitiũ addidimus: iãq; est quod callidus anguis*
**Obiјciat, si fors illum accusare velimus,*
Quòd morimur: *nãq; ad cumulũ ꝑma illa* propago [2])
Criminis, adiecit mortem: *culpamq: parentum*
Inductam mundo (*horrend*um est *id* dicere) fecit
Impietas scelus esse nouum, *sic impie, sic tu*
**Dire Cain primore nouum caede inficis orbem:*
Pro qua perpetuas poenas iam morte solut*us*
Aeternumq; dabis, *longe* serpente nephando
**Deterior, tua metimur si crimina, namq;*
Attulit ille necem nobis, non intulit, at *nos*
**Coepimus adlatam: tu vero hanc primitus infers:*
Tanto illo peior, vitari publicus hostis
Quòd potuit: tu priuatus nulla arte caueri
Iam poteras: quis enim dilecto a fratre timeret?
At vero nulla est hominis tam dira nephandi
Culpa, Deus quã non animo clemente remittat,
Si modo poeniteat facti: quod teste Caino [3])
Accipimus: quem tũc fraterna caede madentẽ
Non indignũ habuit (tanta est clementia) *sese*
**Correptore Deus, quin blanda voce rogatum*
Frater vbi suus ille foret, facinusq; negantem,
Arguit, & *leuiter tanto* pro crimine punit.

---

[1]) *om. u. 229.* [2]) *uu. 233 et 234 in unum contracti.* [3]) *om. uu. 247—251.*

Nā profugū tantū atq; extorrē ab vtroq; parēte[1])
Longius amandat, uastasq; relegat in oras:[2]) 283
Et iubet à patrijs confestim excedere terris: 296
**Hac etiam longe misero foeliciter in re*
Gratificans: grauior nā multo est poena uideri
Inter foelices, & pura mente beatos
Victuro post supplicium, factiq; pudorem.
Vtq; sit exilium leuius, comes additur vxor 300
Fida reo *forsan ne desperatio solum*
Arriperet: tū etiā quae duras pectoris aegri
Molliret curas, *& moto* corpore fractum
Sisteret amplexu, nulliq; obnoxia culpae
Et dominū votis & pura mente colendo, 305
Eliceret quidquid poss*it* satis esse duobus.
Sic multa extorres comitatur gratia: quorum[3])
Au*xit* multiplica*ns* per nomina mille nepotum 310
Progeniem Deus omnipotēs: regēq; Cainū
Esse dedit populis, quos cingere moenibus vrbes
Erudijt, *praelonga videns in tempora natos.*[4]) 313
Interea maesto ru*r*sum grauis Eua marito 319
Pensarat primū sancto iā pign*o*re dānum:
Reddideratq; iterum *nata iam prole* parenti
Multiplices animi curas, & mixta labore
Gaudia: Seth puero nomen fecere, vice Abel
Quē dedit omnipotēs illis Deus: vnde secuta est[5])
Posteritas, cuius de semine prodi*j*t Enos, 326
Qui primus tacita lectus virtute sacerdos,
Posse ciere pijs precibs *votoq: potentem*
Sperauit, meruitq; Deum, populumq; secutum
Imbuit aeterni cultū seruare parentis.[6]) 330
Cuius de serie pollens virtutibus Enoc*h* 335
Descendens, meritis etiam non impar auitis.
Redditus in sedes patrias orbemq; beatum,
Viu*it* adhuc, *& habet vitae* iam regna futurae.
Hic iusti proauus Noe: sub tempora cuius
Infecit totum studijs concordibus orbem 340
Culpa frequens, vicijsq; sequens adiunxit auitis
Posteritas uicium: qua propter mille per annos
Aut prope, maiores, quum viuere consueuissent:
Ne peruersi hominū mores crescentibus annis

---

1) *om. uu. 257—282.* 2) *om. uu. 284—295.* 3) *om. uu. 308 et 309.*
4) *om. uu. 314—318.* 5) *om. u. 325.* 6) *om. uu. 331—334.*

Augmentum acciperent, vitijs ut terminus esset. 345
Maxima vita hoīm lustra ad duodena redacta est[1])
Namq; Cainigenū quū se coniuncta prophanis
Damnasset thalamis *in peius pro*na iuuentus:
In varium facinus *superum* deserta fauore 350
*Prosil*it, *in*q; *omnes currit temeraria lapsus.*
**Tum Deus auerso tā multa ob crimina mundo*
Confestim infensus voces erumpit in ist*a*s.
**Nequaquā posthęc humana in gente manebit*
Spiritus *ille meus: vitam* nec *pro*feret vltra:
Viuere bissenos decies contenta per annos
Vita nocens *hominum:* quoniam terrena sequuti 355
Plus carnis quā mentis habent: sic ergo seuera
Aeui constituit tempus sententia certum
Iudicis immoti: longae ne tempora vitae
Criminis augendi caussam praestare valerent.
Flagitij quid enim iam non auderet iniqui[2]) 360
Impia gens hominū? nam magna mole gigātes 364
Monstra horrenda hominū vario de semine nati
Nil non audebāt: queis vna & maxima virtus[3])
Non fore ad extremum prauos: quos dira libido[4]) 369
Crimen in oē trahēs nulla*s* sine sanguine noctes,
Aut sine caede dies *vnquam ductare sinebat:*[5]) 372
Immemores *iuris diuini,* hominumq;, suiq;,
Affectusq; *p*ij, matrumq;, patrumq; suorum, 375
Autorisq; *De*i: tantūq; in crimina summa
Processum est, *hoīes dominū vt* formasse pigeret:
Vt peruersa etiam Deus ob peccata nocentum
Criminis expertes animas conuoluere *v*ellet:
Atq; superfusis terras *im*mergere *lymphis:* 380
Rursus in antiquā mundo redeunte figurā.
**Vnus erat Noë iustus quem propter in iras*
Differret prodire Deus: quem vita fidelis
Iam per quingentos immunem criminis annos
Duxerat, & *san*cta degentem *in* lege probarat.
Cui sic sancta Deus pandens archana reuelat.
Iamq; hominū uitijs infectū turpibus omnē 385
Aëra cum terris in deteriora relapsis[6])
Eluere, & tumido visum est submergere ponto:
Vt dum cuncta ruens operit, iussusq; residit 390
Gurgite praecipiti, pollutum diluat orbem,

---

[1]) *om. u. 347.* [2]) *om. uu. 361—363.* [3]) *om. uu. 367 et 368.* [4]) *om. u. 370.* [5]) *om. u. 373.* [6]) *om. uu. 387 et 388.*

Implicitosq; hoı̄es: & quidquid viuere iuss*um est*
Caussa hominū, *inflat*i conuoluat labe profundi.
Sed quia tu solus cui cord*i* nostra voluntas,
Deuotum *sanct*is du*xisti* legibus aeuum, 395
*Peruersis semper vo*to meliore repugna*ns*:
Sic decretorū moderabor iura meorū,
Vt *mihi quū iustas luerit gens impia poenas,*
**Purgataeq; orbis feces:* tu*m* dignius à te
Incipiat mortale genus: summūq; parentem
Te numerent populi *posthęc qui tempora viuēt.* 400
Quadratis igitur trabibus contexta paretur
Archa tibi, *cubitis sed quae sit longa trecentis:*
Lata quaterdenis denos super: aëra in altum
Terdenis *surgens: cubitali ornata fenestra.*
*In*super *à* la*eua pona*tur ianua *parte.* [1]) 405
Tunc calidū bibula spirans cōpage bitumen
Exploret tenues & vestiat vndiq; rimas. [2]) 408
Quumq; triplex spaciū discreuerit area duplex, 412
Sic discernantur proprijs animantia nidis
Ne violent permixta genus, cōmissaq; pugnent
Confundantq; cibos, quorum te condere par est 415
Tantum materiem: nam dispensata receptis
Ne desit, praestare meum est. Haec mente fideli
Noe concipiens (nam animū sensu*m*q; ministrās,
Velle & posse dabat famulo quodcūq; iubebat.) [3])
Iussum opus adgreditur, densas prosternere syluas 421
**Incipiens, atq; annosas proscindere quercus.*
Admittunt luci radios, vmbrisq; leuatur
Campus, & aequaeuo spoliantur robore valles. [4])
Sed quum tam multo fuerit properata labore 425
Summa operis coepti centum differtur in annos,
Vt *bona vita sequens, vitae delicta prioris*
**Emendet, mutetq; feros gens impia mores.*
O *miseri quos tam iustae dilatio* poenae
Plus facit esse reos: *nec iam* pro crimine tantum
Praeterito, at longe grauius plectentur, ob ipsum [5]) 430
Temporis indulti spaciū, *veniamq; neglectam:*
**Quum testaretur se parcere malle reuersis*
*Tempore dilato domin*us. Iam mole peracta
*Machina con*stabat laterum compage capaci
*Diffug*iū quod supremum pater ipse pararat 435

---

[1]) *om. u. 406.* [2]) *om. uu. 409—411.* [3]) *om. u. 420.* [4]) *om. u. 424.* [5]) *om. u. 431.*

Naufragijs natura tuis, *rapidisq; fluentis.*
*T*um Deus è celso famulum dignatu*s* olympo
Voce mone*t* Noë summum iam tempus adesse,
Condere se latebris, *natos cum vxore,* nurusq;
Eripere instanti exitio, mortisq; tenebris: 440
Cunctaq; viuificis animalia reddere claustris:
Siue ea *terra fouet, seu clarus* sustinet aër,
Singula de mundis septena, & singula bina
Ex ijs quae sacris minus apta, immūda vocātur.
Nec mora fit. quidquid conuexo cardine coeli 445
Nascitur, ignotum diuersis partibus orbis,
Quod stupet Eous, quod pallidus horret Iberus,
Australis Libyae calidis quod *nutr*it harenis,
Scindit Hyperboreas miro quod lumine noctes
*Festina*t trepidans: & apertae immergitur arcae. 450
Diluuium *dicas iam praesensisse, Deoq;*
Authori parere suo: & pecudes ratione carentes
Plus quàm imprudentes homines ratione valere,
Et si nil sapiunt. Ergo omni semine vitae
Praegrauidā vt primū claudi Deus īperat archā, 455
Nox ruit, & subitae coelum obduxere tenebrae,
Effusoq; cadens terras ferit aëre nymbus. [1])
Et furit, & toto pariter desaeuit in orbe. [2]) 459
Nec satis excidio est, qui nubibus effluit imber: 463
Antiquae laxantur aquae, iamq; aethere aperto
In nubes vacuas coelum pluit: *& reserata* 465
Defluit in lymphas mundus coelestis abysso:
Atq; nouos pandit fontes torrentibus aequos.
Dumq; vno immixtum raptim se gurgite iungit
Quod coelū, quod terra vomit, quod nubila fūdūt,
Inuoluit mersos mixtis cultoribus agros, 470
Implicitosq; greges stabulis, cum ciuibus vrbes,
Obruit inter aquas: populi*q; natant*e ruin*a*
Nulla manet rerum facies: tegit omnia flu*men:*
Crescendoq; suum perdunt & flumina nomen.
Mox etiam cursum, nullis satiabilis vnquam 475
Amnibus oceanus: tam magna mole ruentes
Iam persentit aquas: aucto quas gurgite maior
Pellit, & in cumulum redeuntes surgere cogit.
Donec contractis aestum attollente profundo
Vndiq; littoribus summo se circite iung*i*t 480
Fluctus, & oppressis concurr*u*nt aequora terris.

---

[1]) *om. u. 458.* [2]) *om. uu. 460—462.*

Et iam terquinis super omnia celsior vlnis
Archa ferebatur: namq; hęc mensura supremos
Excessit montes, cum quadraginta diebus
Vnius pluuiae furor, & *mors* vna fuisset.
Ter quinquagenis *dehinc* solibus aëre sudo
Consimilis ponti modus & mensura *remansit.*
Dum pater omnipotẽs *iamdudũ in carcere gẽtis*
*Conclusae miserens, terris abscedere magnum
Paulatim iussit pelagus, *sensimq; relabi:*
Ne raptim fugiens *terras* subuerteret *omnes:* [1])
Et stabilem in sedem tellus vt sicca mearet.
Deniq; *diffuso planus mox aëre vertex*
Prodere se coepit: pedetentim & summa videri
Posse iuga, ac planos scopulis *descẽd*ere fluctus:
Cumq; residenti sensim prorumpere syluas
Aequore, & occultos paulatim surgere colles.
Iamq; niger patula speculator missus ab archa
Aëra *repper*erat placidum, praedaq; reperta
Non iam curabat consueta in claustra reuerti:
*Ergo emissa semel vitali è sede columba
*Nil referens certi, rursum di*missa reportat,
Paciferae frugis paruum libamen oliuae.
Tantus ad indiciũ *hoc* magni cũ laude parentis
*Captiuû*m fletus, quo se *gaudere* reuelant
Exoritur: quantus muris quũ victor acerbus
Insultat subitum obsessis, si forte feratur
Auxilium: quantus quũ iudice missa modesto
Addictos rursum vitae sententia reddit:
Quantus in ambiguũ funus quũ vita recurrit
Inter lugentum lachrymas & gaudia fletus:
Post*ea quã rursum* speculatrix arua patere
Nunciat, hoc ipso terris quòd *miss*a receptis
Non redijt, taedet pigras perferre latebras:
Et iuuat ad coeli ventos spirare patentis:
Atq; animam aetherio laxatam pascere sensu.
Sed *nulli claustro fas est exire patenti,*
Donec relliquias illuc qui iusserat orbis [2])
*Ingredier, iube*at sacris excedere claustris,
*Coelitus admonitum fida cum coniuge Noë,
Cũq; domo, & natis pariter nuribusq; pudicis:
Et noua deductis iterum dare rura colonis:
Cunctaq; *succiduae seruata animantia proli,*

---

[1]) *om. u. 491.* [2]) *om. u. 518.*

**Iam captiua diu claustris emittere apertis,*
Quae bonus humanos opifex *seruarat* in vsus:
Quę postquā data porta, ruunt: pars aëra pennis,
Pars saltus, syluasq; petunt: pars mersa cauernis
Infoditur, patulis: terrae pars libera campis,
Exultat siccis, & prato vernat aperto.
At *vero* mundi sortitus regna secundi
Cuncta *oculis Noë lustrans*, ac mente capaci
Accipi*ens*, animum*q; volens* saturare replendo:
Cuncta haurit, rap*ido* perlustrans omnia visu.
*Miraturq; nouum soli*to fulgentior or*bem*
Tum mage sol rutilus: ridet maiore sereno
Laeta poli facies: & desperata virescunt
Foetibus arua nouis: sed adhuc versatur imago
Ante oculos, tantae semper memoranda ruinae,
Inter aquas quid pertulerint: quid munere sacro
Non etiam tulerint, fremeret quū verbere saeuo
Pontus: & illisas contemneret archa procellas.
Cumq; suis *Noe* quā *prompta & lata reuoluit*
Se circum summi fu*erit* largito *patris.*
Cogit & attonitos *mirari ac voluere secum,*
Vnde *tot esca anim*is toto suffecerit anno:
Quis potus, namq; hoc constat si caetera vitae
Suppeterent, clausos dum fluctuat archa *perire*
Inter aquas potuisse siti: nisi rector olympi
*Humano prorsum auxilio, donoq; car*entes
Sustinuisset, eo quo condidit omnia nutu.
Ille *etenim* longe perituros carcere noctis
Affectu lucis spolians, virtute repleuit,
Ille vt tam segnem poss*i*nt perferre quietem,
Infudit pigri placidum torporis amorem:
Iam quid enim nō omnipotēs sua dextera possit,
Qui gelid*i* raptim *mersos sub gurgitis vndas*
Quū visum est ardere *facit:* flāmasq; *sub ipsas*
Algere inuectos: & qui nunc tempore paruo
Posse perire homines docuit mergentibus vndis
Ostendet flammis atq; vndis posse renasci.

Finis lib. secundi.

Claudii Marii Victoris Oratoris Massiliensis commentariorum in Genesin liber tertius.

Talia mente gerens venturaq; secula cernens
Nō prius officij quidquā *seruatus* inire
Cōstituit: quàm sacra Deo *laud*esq; rependat,
*Gratesq; euaso referat discrimine Noë.
*Mox niueo sacra ex*urgunt altaria saxo:
Agnovitq; haec prima recens altaria mundus:
Antea totus enim conuexo tramite coeli
Templū mūdus erat, *tū dudū ad sacra paratis*
Aff*u*it è gregibus *septenis hostia praeceps:*
*Seu volucrū ex specie, mollis quas sustinet aër:
*Siue ex ijs quae terra parit: nā septima quaeq;
Aris sternuntur deuota animalia sacris,
Aethereo tum mox ignis demissus olympo
Libat odoratos *ad sacra altaria foetu*s:
Ambrosiumq; Deo f*l*agrant holocausta vaporē.
Et quanquam nostri nil muneris indiget ille
Totius mundi dominusq; Deusq;: suorum
Attamen officijs venerari & munere gaudet:
Qui lymphis tandem sic Noe affatur ademptis:
Et si parua fuit tanto pro *cri*mine poenae
Vltio, vindicibus pluuijs, *coeloq; refuso*
Tot scelerum damnasse reos, sedemq; nocent*e*m
Terra*rum mage diffuso purg*asse profundo:
Non tamen offensi feriemus verbere tali
Vlterius mortale genus: quāuis ruituras
Per varium facinus, per crimina pristina rursu*m*
Humanas mentes videam, gentesque profanas:
Non tamen interea cessabit dextera vindex
Supplicia iniustis quę reddat, pręmia iustis.
Vos igitur quos vita probat iustissima nobis.
Crescite securi, *et foecunda* prole re*fer*te
Arua, nouosq; greges *long*is distendite terris:
Seruabunt elementa vices, cunctisq; diebus
*Sparsis seminibu*s reddetur debita messis.
Curret opus mundi compar, discordibus horis:
Aestati certabit hyems: ac tempora librans
Veris & autumni fugiens replicabitur annus.
Vosq; (quibus regnum solidi permisimus orbis)
Tota tremet, metuetq; ampli substantia mundi.

Imperiū ecce damus vobis res prorsus in omnes: [1])
Totq; inter species rerum quae sponte mouentur
Carnea mēbra quidem vestros largimur in vsus.
Quanquā interdictum vobis a sanguine viui
Esse volo: quē si quisquā ederit, haud secus acris
*Illu*m iudicij plectet sententia: quàm si
Hau*seri*t humana *fluidum de caed*e cruorem
Quem *repetā semper* vindex, adeoq; requiram,
Vt mihi non solus pendat rationis habundans
Supplicium, sed bruta *etiā,* cruor omnibus aeque
Sit sacer humanus: *verum ne postea quisquam* [2])
Diluui*um metuat, tali sit foedere tutus.*
Quum leuis in *nebulas pēdēs se verterit* humor,
Et nigras *cumular*it aquas in cōcaua nubes,
Effundam radios, & pulchrum circite summo
Arcum *componet mihi solis imago recuruum:*
Pingentem con*n*exa poli, qui luce colores
Ex*hibeat vario*s, & in aera dissipet imbres. [3])
Quod sibi venturi specimen praesumere signi
Posteritas secura potest: vt foedere tali
*_Post haec diluuium credat non esse timendum._
Talibus att*e*nti imperijs *cū cōiuge Noë*
Post habitas domino grates, laudesq; repensas,
Certatim & limo dulciq; vligine laeta
Arua *pater* natiq; simul, queis firmius aeuum,
*Mox subig*unt rastris, & semine rura maritant.
*T*um vere effusis latè densissima campis
Herba *virens, flauas quū durauisset aristas,*
*_Solis ob ardore_s in frugem lacte gelato
Reddit multiplicem cumulato foenore messem.
Et noua praegrauido iam palmite vinea, diti
Luxuriat fructu, *tortaq; ex arbore nectar*
Parturit, & duro nascent*ia* pocula ligno.
Forte *Deo Noë* celebra*ba*t laetus honores
Indulgens *sacris epulis, vinūq; propinans*
Prima è vite nouū: quo demum largius hausto
Hinc alto grauidus somno mēbrisq; solutis
Non bene cōposita quū veste iaceret, humiq;
*_Prostratus spectanda daret genitalia natis_
Mēbra suis: vni tibi Cham deterrime *risum*
*Moui*t origo tui: *nec iam peccasse sat vni*
*_Esse tibi credens,_ fratres aspergine culpae

1) *om. u. 38.* 2) *om. u. 49.* 3) *om. u. 57.*

Contendis maculare tuae: sententia multò
Quos melior, meliorq; animus detecta parentis
Obiecta docuit cęlare virilia palla:[1] 80
Nam patrium auersis manibus texere pudorem
Sem simul atq; Iaphet, tali dignissima patre
Pignora, quos ideo fratris dedit esse minoris
Iure pater dominos somno vinoq; solutus. 85
**Qui mox natorum euigilans benefacta suorum*
Et Cham demeritum tali mercede rependit.
Cham *tu inquit, maledictus eris, seruusq; tuorū*
Aeternum fies ventura in secula fratrum.
Sem *vero benedictus erit:* fratremq; minorem 90
Participem secum cōmuni sede bonorum
Efficiet, quorum late possessio currat.[2]
Haec fatus senior, quum iā decurreret annos 95
Mille minus decies quinos: *in pace quieuit.*
Interea domini dum sancta in lege vigeret
Posteritas multis iamq; aucta nepotibus, & se
Coelorum ac terrę domino cōmitteret vni:[3] 99
*Tunc sanctis hominum parebant omnia i*ussis: 106
Terra grauis, liquidum pelagus, vegetabilis aër.
**Non opus arte illis, coelesti namq; magistro*
**Omnia discebant: sed postquā in crimina mūdus*
Exijt & late vicijs sese abdidit imis,
Perdidit insigne hoc munus dānata propago:
Oblitamq; Dei plures effingere diuos 110
Non puduit: tanti est supremi obliuio patris.
Tum grauis inuentor loeti cessare capacem
Fraudis materiem non passus, cuncta maligno
Subdidit arbitrio, quo fatum induceret orbi,
Suaderetq; Deum vel iam non esse, vel ista 115
Inferiora huius cōtemnere munia mundi.
Ergo res hominū cunctas euentaq; rerum
Quae domino fuerat par assignare supremo,[4] 118
Assignare vagis persuasit subdolus astris:[5] 145
Atq; auium spectare fibras, motusq; volantum,[6] 147
Et studio ingenti magice scelus intulit artis. 163
Et plures creare Deos, idolaq; muta
Aut magis idolis latitantem semet in ipsis 165
**Suasit adorari: multo mage dignus aduri.*
Inq; nephanda prior descēdit crimina Nemroth

[1] *om. uu. 81 et 82.* [2] *om. uu. 93 et 94.* [3] *om. uu. 100—105.*
[4] *om. uu. 119—144.* [5] *om. u. 146.* [6] *om. uu. 148—162.*

*_Impietatis apex, Cham seruo è semine natus,_
Mole & mēte gigas, Babyloni*a regna gubernās*
Persarum *hic animos capien*s venator iniquus,
A verīs *domini sacris* traduxit ad ignem.
Nec *modo plus aequo cupidis ha*c arte sagaci 170
Ille caput scelerū, mundi *infensissim*us hostis
Illusit curis hominū, sed mentibus ipsis
Irruit: & sensus penitus descendit in omnes:
Mox & in affectus: nā quū patris vnica proles
Spem generis loeto secum traxisset accerbo 175
Infoelix *Nemroth* lachrym*a*s noctesq; diesq;
Continuans hebetiq; trahens plangore querelas
Dū furit, & raptum quaerit per singula natum,[1]
Effecta moestum solatur imagine luctum:[2] 180
Et pario effectā filij de marmore formam 182
Credid*it infoelix* incluso viuere sensu:
Et questus audire suos, *mox inde* dicatis
Erectisq; aris diuinos addit honores:[3] 185
*Inq; loco iubet esse Dei, tu*m protinus omnes
Amplexę gentes scelus hoc, *crimenq; sequutae,*[4] 191
Pro dijs quęq; suis charos habuere parentes.
Post etiam *simili reges in honore locarunt*
*_Dixeruntq; Deo_s: quorū sub nomine mendax
Graecia, dum veris falsa insinuare laborat: 195
Addidit obscuras vanis rationibus vmbras,
Excusans tumulos *atq; i*ndita nomina bustis:
Donec per species *sese* dementia cunctas
*Pro*deret, & *minimis rebus* mēbrisq; pudendis
Nomen inane Dei mundo ridente daretur. 200
Talibus error*um salebris fomenta daturus*
Ambigua inuentor loeti responsa ciebat:
Vsus ad insidias aut igni, aut fonte calenti,
Aut *terra ex antris ventos* spirante loquaces:
Et falsum vani sibi nomen Apollinis indens. 205
Talibus à domino gentes trux ille remotas
Captabat laqueis, quò ducens quumq; volebat:
Tanti est à sancto domini discedere cultu.[5]
*At vero egressi vnde sumus, redeam*us ad i*ll*am 210
Maiorum seriem: *quae paucos aucta per annos*
Vsque adeo excreuit, quòd mox oriente relicto
Inde nouas alio compulsi quaerere sedes,

---

1) *om. u. 179.* 2) *om. u. 181.* 3) *om. uu. 186—189.* 4) *om. u. 192.*
5) *om. u. 209.*

*_In campum (Semnaar veteres dixere) patentem_
*_Perueniunt: quumq; his etiam discedere terris_
Cogitur, in varias partes spargenda iuuentus:
_Coe_pit in haec moestas trissima uerba querelas.
Heu quam non certus vitae status ordine coepto
Fert homines? _quàmq; ignaros vel_ prospera fallũt
Per varios casus? _quàm_ voti summa petiti
Tend_i_t in aduersum? iam nos (si dicere fas est)
Quòd sperata patrũ precibus numerosa nepotũ
Creuit turba, piget: _quod iam spargẽda_ per orbẽ
Exilio _cumul_ata manus, peritura_q; longe_
Finibus a patrijs: nos ergo siccine tandem [1])
Longa pauperie defecta, inhonoraq; mẽbra
Ignotis d_abi_mus passim tumulanda sepulchris?
*_Nec saltem miseri tumulis claudemur auitis?_
*_Nullaq; erit nostri post mortem fama superstes?_
Quare agite ò iuuenes dũ vires turba ministrat
Quae vobis supere_st_, _quae finem nesciat vl_lum
Egregiam aetern_is_ fa_mã dimitt_ite fa_ctis:_
Vrbem condamus, cuius sub _moenia_ turrem
Vsq; attollamus, donec pingentia _coel_um
Sidera, & excelsi conuexa _attinga_t olympi.
Nescia posteritas _vt nos hinc orbe relicto_
In coelum migrasse putet: sic mota iuuentus
Contemn_unt_ cautes, & quidquid monte reciso
Defluit: ac domitae fictos de viscere terrae
Constringunt igni lateres, operisq; futuri
Materiam proprio malunt debere labori:
Hanc interstratũ sic _nect_it vtrinq; bitumen,
Vt solidas simulent circundata moenia cautes.
Mox turris properata subit, _mox_ vertice nubes
Transilit, _ac_ fruitur coeli propiore sereno.
_T_um pater _omnipotens caelesti voce senatum_
*_Congregat angelicum: turbęq; insana superbę_
*_Facta stupens, isthęc_ regni consortibus infit.
En terrena phalanx qu_o iam temeraria pergi_t
*_Cernitis, & quantos imprudens tendit in ausus._
Mortali quae structa manu contigere celsos
Cred_i_t posse polos, & ad aethera ducere nostrum.
Quũ nemo indutus terreno corpore coelum
Ascendat, nisi qui coelo descenderit alto.
Sed quia gens vna est, eadẽ quoq; forma loquẽdi

[1]) _om. uu. 224—227._

In cōponenda persistent turre: nec ante
Desistent quam mutua opus consensio coeptum
Finierit: tanta est humanae insania mentis.[1])
Ergo agite, (*vt* vetitū norint quod posse negatū est)
Iam descēdamus, tumefactaq; corda superbo
Consensu varij turbemus vocibus oris:
Vt quod peccar*unt* concor*dis* crimine *mētis,*
Confusae damnet melior discordia linguae.
Dixit, & intentos operi molemq; leuantes
Mentibus attonitis *subiecta obliuio* primum
Intrat, & ignotae subijt perfectio linguae.
Increpitant operis studio cessante magistri
Cunctantes socios, sed vocem nemo remittit
Non intellectis, *quod* siquis tentat, *ina*ne
Sibilat, aut rupti fremitu sermonis anhelat:[2])
Sic vanum praua susceptum mente laborem
Destituit frustrata manus: iam nemo propinquū
Nemo patrē sequitur: quē quisq; intelligit, a*ddi*t
Adglomeratq; sibi, *sociumq; adiungere curat.*
**Dumq; perit diuisa huius* cognatio *gentis,*
Gentem lingua facit: sparguntur classibus aequis
Diductasq; petunt vario sub sidere terras.
Haud aliter volucres campi per mollia plana
Quas gregibus mixtis errare & quaerere victum
Persuasit secura dies, quum nocte propinqua
Frondea tecta petūt: exemp*to cum* grege turba
Vulgus quaeq; suum sequitur, rapidoq; volatu
Miscētur similis qua duxerit aut color, aut vox:
Sic tunc in partes populus se diss*eca*t vnus:
Et species fit quaeq; genus, longeq; remotis
Considunt terris, atq; orbem gentibus implent
Nec tamen hoc sacri (quum sit sua poena nocētū)
Muneris est vacuum: nam quamuis vltio iusta
Haec fu*eri*t, quos non tetigit reuerentia coeli
Quae sedes propria est mundi rerumque parenti,
Vt nec se agnoscant *verba inconsueta loquētes:*
**Attamē id multū quod rapto hoc foedere cautū est*
Ne quam paucorū attulerat persuasio culpa*m,*
Cunctorum assensu rursu*s* cont*inger*et omnes:
Et fac*er*et cōmune nefas: ne *praeli*a *dur*a
Et rabido populis mors arcessenda furore
Bellum illis ciu*ile foret: sic profuit il*lis

---

[1]) *om. u. 256.* [2]) *om. u. 269.*

Inq; bonum versa est primae diuisio linguae. 295
Quãquã nec prorsum sublata Hebraea loquendi[1])
Consuetudo fuit: quum tunc permanserit oris 298
Hebraei sonitus, sermo*q;* antiquus, in illis
Qui culpae expertes pars non iniusta fuerunt 300
Natorũ quos Sem genuit, *custodia iusti*
Quos tenuit: dominiq; etiã reuerentia *summi.*
Sed postquã toto dementia percita mundo
(Vt taceam magici scelus intolerabile monstri)
In truncos & saxa etiam duriq; metalli 305
Arte cauas species, & cassas luce figuras
Impegit mortale genus: mentesq; supernis
Intentas fregit: terraeq; addixit inerti,
Conuoluitq; simul foedae contagio labis,
Non secus aethiopum feruentibus excita terris 310
Nubila, morborum corrupto tramite coeli[2])
Dum currunt, quisquis percussum fulmine loeti
Ingemuit, simul ipse ruit, quicunq; cadentem
Conspexit, cecidit congestaq; funera passim 315
Dira lues strauit, campos*que reliquit inanes.*
Sic tunc praecipiti complexos mole furoris
**Ne nihil infectum toto dimitteret orbe*
*Cõprendit repetens, quos iam dimis*erat error.
Donec *Chaldaei generis de semine Thare*[3]) 319
Vir iustus metuensq; Dei cum stirpe suorum 322
Vrbem aliam moresq; nouos, sedemq; requirens
Mansit in Assyrijs demũ nouus accola Carris.
Qui quadragenis lustris vbi vixit & vno 325
**Infaustam hanc vitam foelici morte redemit.*
**Huic meritis patrẽ & sanctis virtutibus aequans,*
Aut longè superans, successit filius Abram. 326
Vir *coelo dignus,* nam primo a lumine vitae
Verum mente Deum venerans, gentilia sacra
Auersatus erat, quẽ postquã morte parentis
Iussa sequi iam posse Dei, sine fraude liquebat: 330
His dominus famulũ meritis dignatus adire est.
Quãdoquidem toto te solum inuenimus orbe
Quem sincera fides iuuat, & reuerentia nostri:
Linque procul sedes patrias, terramq; nocentem,
Pollutamq; domum: cognatio tota prophana est 335
Et fugienda tibi: terrae melioris in agros
Me duce peruenies: ne sis pars gentis iniquae

[1]) *om. u. 297.* [2]) *om. u. 312.* [3]) *om. uu. 320 et 321.*

Qui sanctae caput esse potes: tu_m_ sacra dicabo
Quae maneant benedict_a_ tibi, nomenq; per omnes
Magnificũ reddã populos, bona cuncta repẽdẽs:
Et benedictus erit tibi qui benedixerit: atqui
*_Qui maledicta tibi conuiciaq; ingeret, ille_
Confestim maledictus erit, benedictio _per te_
Spargetur tribubus cunctis, aeuoq; _futur_o.
Dixit, & imperijs mentẽ qua_e pare_at indit,
Promissisq; pijs credat, mora nulla re_pente_
*_Dicto intercedit domini: sed protinus Abram_
Cũ gregibus varij generis, famulisq; paternis,
Coniuge cũ fida, chari cum pign_o_re fratris,
Cui Loth nomen erat, digressus, limite recto
Ignotum sibi carpit iter: mollissima laetas
Praebent arua vias, blandumq; fauẽtibus austris
Arridens nullis turbatur motibus aẽr:
In Chanaa_m_ terras & r_egn_a vberrima Sich_em_[1]
*_Donec perueniens, didicit soboliq; sibiq;_
Isthaec in sortem imperij cessura futur_i_:
Vnde Deo supplex deuotas ex_trui_t aras,
Et veteres reuocãs, cultor nouus auget honores.
Inde petit Beth_el_ sedes quae lecta beati
Hospitijs sacrata _Dei:_ cunctasq; superbis
Excessit meritis terras, quandoq; secundo
_Post coelũ nume_randa loco: _na_m sede superna
Dignior ista Dei, quae pignus lege salutis
Emissum mundo tantum mirante paratum,
Exciperet visa est, hominemq; remitteret astris.
Hic quoq; solennes Abram pater ex_trui_t ar_ui_s.
Et linquenda nouis habitacula ponit in aruis.
Namq; fame rursum sedem mutare coactus
Castra mouet, totãq; domũ famulosq; gregesq;:
Secum agit, & rebus cõmercia iusta rependens
Intrat in Aegyptum: _& Sarai appellare sororem_
Mauult quàm vxorẽ, ne barbara pectora sancti
Hospitis, in caedem stimulet furiosa libido.
Vnde & mox Pharao radiantis imagine formae
_I_ctus inardescit, thalamosq; & foedera certa
Lege parat: _longos isthaec connubia in annos_
*_Ducturus, ni longè aliter disponeret ille_
*_Autor coniugij: cui quũ minus ista placerent_
*_Ecce pauor regi mersa_ formidine m_ixtus_

[1] _om. in uu. 352 sq. uerba 'donec . . intraret'._

Ingruit, & subito quatit ĩproba corda tumultu:
Exterretq; animos niger horror & ĩplicat artus.
Vt rex sacrilegae gentis tam tristia vota
Sentiret damnasse Deum, qui tale profecto
Consiliũ infudit famulis, vt barbarus hostis
*Esse virum Sarai securum ag*nosceret Abram,
Quũ foret expertus quã nõ impune prophano
Appeteret ferro, quàm nec uiduare liceret.
Sponte igitur nulla violatam labe marito[1])
Reddit & ingenti cumulatum fruge remittit
In Sichem, Bethelemque suã: *quo deind*e recept*i*
**Cum gregibusq; domoq; pater, cũ cõiuge salua,*
Exercent campos, & pinguia pascua late
Immixtis carpunt gregibus: *dum* iurgia crebra
Inter pastores *patrui nata atq; nepotis:*
**Dum non sufficerent capiendis arua duorum*
Armentis angusta nimis: plenissimus ergo
*Abram iustitiae atq; ob*seruantissimus aequi
Quò dirimat lites, & iurgia tollat auara,
*Vt natu m*aior, concessos diuidit agros:
Iunior elegit quà dulcibus vndiq; fusis
Rura maritat aquis, ripisq; vmbrantibus *inter*
Labitur, & teretes saltus Iordanis amoenat.
Ergo quò fugiat pastorum iurgia ab Abram
Declinãs, *iñctos Sodomae* Loth migrat in agros.
Quũ Deus hac Abrã moesti spe pectora firmãs,
Ne *moue*aris ait fratris quòd prole relict*a*
Nunc solus videare tibi: innumerabile vulgus
Tu mihi solus eris, *populiq; idem autor amici*
Suspice quadrifidi partes intentus ad orbis:
Inspice nunc austrum versus, septemq; triones,
Quà sol exoritur, quà vespere concidit imo,
Haec tibimet, proliq; tuae, populisq; tuorum,
Concedam, aetern*os illis habitanda per annos.*
Queis tu *e*tiam terris longè lateq; fruaris:
Surge, & quid pateãt gressu prius hospite lustra.
Haec ait. Ille libens paret sedemq; relinquens
Emigrat, Chebronq; subit, subq; ilic*e nigra*
Ad Mamre querceta pater tentoria figit:[2])
Hic quoque solennes domino struit & col*i*t aras.
Interea magno circum turbante tumultu
Hostis adest, auidus, varia quem dote referta

---

[1]) *om. u. 384.* [2]) *om. u. 413.*

Solicitat tellus, campis illisa resultat
Vngula, & effusis errat populator habenis
***Aduersum Sodomę, pĩguissima pascua gentis:*
Loth *vero portis cum rege* erumpit apertis,
Et vicina manus regum socia arma ferentum,
Secũ equites peditesq; trahunt, distenditur agmẽ
Confligunt acies pariter, sternuntq; caduntq;:[1]
Sed turpi*s* Sodomae luxu emollita iuuentus
Vt rursum exarsit repetitus clamor in iras,
Vertunt terga metu: rapido pars moenia cursu,
Pars montes, syluasq; petunt, pars septa cateruis
Porrigit ignauas ad tristia vincula palmas.
*Vt vero patruus captum Loth audi*jt Abram,
Non fletu, quid enim fletus conferret inanis?
Sed *virtut*e par*at fratri succurrere capto.*
**Instructos igitur* tercentum deligit omni
De grege bisq; nouẽ famulos, quos *aũ praeeũtes*
Insequitur sensim, quà *lentum* prodidit hostem
Tendere praeda grauis: *quorum de nocte silenti*
Corpora (confluctu dum iam languentia *duro*
Irrigat, & fessos dulcis sopor alligat artus)
***Aggreditur, nil venturum sibi tale putantum:*
Vt quum ieiuni rabies vesana leonis
In pecudum saltu penetrauit septa volucri,
Et dente atq; pede exanimat, cupidamq; vorandi
Ira famem superat, dum meta doloris acerbi
Iamq; ouibus vacuas effecerit vltima caulas.
H*aud secus ille* duces somno vinoq; sepultos
Ster*t*entes*q*; *Abram* popul*os*, regesq; trucid*a*t
Sic tamen vt nullus confund*a*t castra tumultus.
Nemo gradũ sentit, nisi quẽ *mens* de*f*icit & vox.
Nemo sonum caedis, nisi quẽ mors excitat audit.
Sanguine cuncta madent: sicc*o* resoluta seren*o*
Tellus tabe coit, gressumq; morante cruore
Lubrica s*tagnanti* titubant vestigia campo.
Nec tamẽ omne *animãs* gladijs *occũbit apertis,*
Seruantur prędae: tanta est moderatio iusti
Victoris: reliquos sparsit fuga turpis, & agros[2]
Vsq; *Damas*cenos instans formido sequuta est.
At victor tanti nil motus laude triumphi,
Inter equos, pecudũq; greges, populũq; receptũ,
Aut captum, gazasq; (auido quae põdere victos

[1] *om. uu. 423—425.* [2] *om. in uu. 454 et 455 uerba 'quos . . capi'.*

Victoresq; *mouent*) *nil prorsus concupit horum*
**Magnificus, sed enim* tanta inter gaudia mitis
Et *varios* hominum reputans sub pectore *casus,*
Omnes omnino praedas, & praemia belli
Direptis passim populis, regiq; reseruat:
Non sibi se pugnasse docens, decimam tñ offert
Hostibus excussae que vera est hostia praedae,
Melcisedech, *vinumq; & panẽ: ab cęde reuerso.*
Melchisedech rex ile Salem, qui munere tali
Mystica pręm*isit summi* libamina *Christi*:
Cuius de manibus sumens ecclesia corpus
Viuificum panem, coelesti pota cruore est.
**At vero hostili redeuntem è funere lassum,*
Omnipotens verbis solatur talibus Abram,
Quandoquidẽ nullis cupidum te praeda subegit,
Illecebris, precium fidei, mercesq; laborum
Mecum plena tibi est: teq; & tua cuncta tuebor,
Haeredi seruanda tuo, quem germine sero
Progenitũ, magè multo etiã pius auctor amabis.
*Nil est quòd metuas haeres tuus il*le Damascus
Vt fuat, ipse tuo cernes de semine natum:
Accendat *cuius patrios* infantia sensus:[1])
Suspice conuexum quàm denso lumine coelum
Picta nocte micat: quantis congesta premantur
Sidera sideribus, numerũ quae obiecta recusent:
Seminis hoc exemplar habes, stirpisq; futurae
Multiplicis formam. Sic fatus finit: at ille
Credidit, & nudae fidei consensio sola[2])
Plenam *ad* iustitiae *& meriti* reputata coronã *est.*
Atque adeò hīc *Abrã tãta mercede docemur,*
Quanti sit meriti diuino credere *Verbo*:
**Demeriti contra quanti non credere: namq; vt*
**Credidit hac rursum diuina voce meretur*
Solari: omnipotens dum verbis incipit istis:
Ille ego sum Deus ac dominus, qui teq; tuosq;
Chaldaea de gente tuli, tandemq; paternis
Exceptum vicijs, terra meliore locaui:
Vt *de* te genitus populus meus arua beata
Incolat, & seriem longè lateq; propaget,
Gentibus expulsis, quas foedo errore parentum
Sacrilegas ritus olim fecere prophani:
Quod *cũctabũdus nimium quia* credere *differs*,

---

[1]) *om. u. 480.* [2]) *om. u. 487.*

Tri*na*m sume mihi tr*ina* iam fronte iuuencam,
Cum qua par a*m*nis blando grege lecta capella,
Aequaeuusq; aries, nostro mactetur honori:
Casta quoq; humanae turtur coniuncta colūbę. [1]
At verò volucrum non sentiat hostia ferrum:
Tantum intermedias pecudes discindere cura: [2]
Quas sic diductas mundis distingu*ito* arenis,
Vt membris coeant altrinsecus aemula membra. [3]
Dixit, at ille Dei monit*us* ser*ua*re libenter
Assuetus, raptim properat mandata patrare:
Sed quum dispositam quo iussa *er*at ordine, terrę
Strauisset seriem, subito *ma*nus ingruit at*ra*
Importunarum preda*m* in*sectata* volucrum:
Quę ne cōtactu violarent sacra prophano,
Vndiq; solicitus cauet, & circumspicit Abram.
Sed quū oper*e* attonitum tanto, nec sole cadente
Vinceret officij moles tam magna recepti:
Ecce niger terror, tremor horridus, & sopor ītrat
Nuncia iussa ferens, venturaq; secula formans.
Credo, videbatur septum sibi cernere nilum
Hebraeę gentis popul*o*, serosq; nepotes
Ingentemq; supra numer*um* cognoscere turbas:
Inde truces motus, deductaq; castra suorum,
Transmissū pelagus, s*ed gurgit*e mersa profundo
Agmina naufragiū nulla cum classe sequut*u*m:
Ereptosq; mari Hebraeos, dehinc tota beatae
Regna Palęstinae populo patuisse reuerso.
Talibus attonito visis non defuit almus
Interpres, praenosce tuos, sobolemq; tuorum
*Inqu*it, in externis *per secula quattuor ag*ris
Niliaci *illius sensuram di*ra tyranni
Imperia: at quū tot peregrina expleuerit annos:
Seruitio eripiam, *gentem*q; vlciscar iniqu*am*.
Et reddam terris blando quas gurgite cingunt
Nilus & Euphrates: sed quū peccata nocentum
Gentis Amorrhaeae populiq; haec regna tenentis
Explerint summam scelerū: digniq; paternis
Sedibus expelli fuerint: at tu tamen ante
Longęuo foelix decedens limite vitae
*Plor*atus natis cum pace & munere nostro
Ad sanctos migrabis auos: sic fatus, & alto
Quū iam nox terris densas induceret vmbras

---

[1] *om. u. 504.* [2] *om. u. 507.* [3] *om. uu. 510 et 511.*

Signũ è monte dedit, *confestim fumeus istic*
Apparet clibanus, lampasq; ignita videtur:
Tum sacras epulas mediumq; inuecta paratum
Prȩcipiti cursu delibans flamma *vor*auit.[1])
Interea certus regni prolisq; futurae
Munus adire patr*is* cupit Abram: casta sed vxor
Abnuit officium, quòd inane*m* effoeta senectus
*Iamq; vterum sibi fecisse*t: sed dulce mariti
Pignus spemq; nouã quacunq; ex pellice fusam
Esse suam credens, famulam (cui iunior aetas
Agar nomen erat, *tellus Nilotica* origo)
Subrogat in thalamos, p̃cibusq; adgressa maritũ,
Seruili semen concredere perpulit aluo.
Ast anima vt primum suscepta viuere sensit
Agar ventris onus, fastu tumefacta superbo
Despexit dominã: & dominã cui matris amorem
Debebat, causamq; sui furiosa tumoris.
Recte igitur flagris hanc vir iustissimus Abram
Coniugis addixit: quorum magis acta pudore
In deserta procul secretaq; lustra ferarum
Abditur indignans, *quã exul nec spernere cessat:*
Sed rursum *obsequio priuãs quod debuit, illam*
Contemnit quo more potest, mauultq; pericla
*Deser*tae perferre viae: ni missus olympo
Angelus occurrat, famulamq; ad pristina *r*ura
Restituat miti dominae, *bland*oq; refectam
Hortatu, melius iubeat sperare reuersam.
Et nomen nati doceat, moresq; manusq;,
Innumerosque greges *tal*i de stirpe *futuros:*
Quo maiore redit voto iam certa futuri:
Et partu dominum fecit prior ipsa parentem.
Quum iam decursi spacijs foelicibus aeui
*Supra octoginta quum sex ex*cl*u*deret annos,
Ad quos bissenas *quum iustus & insuper vnam*
Adderet ȩstates: solito hunc rursum pater almus
Alloquio dignatus adit: iussitq; *senecta*m
D*uc*ere foelicem: simul et promissa reuoluit,
Et quã mercedem expectet: tu*m* corpore prono
Abram suppliciter dominum prostratus adorat.
A quo mox audit firmata voce futurum
**Se patrem innumerae gentis, lateq; parentis:*
**Et cuius venient etiam de semine reges.*

1) *om. uu. 550—554.*

Hoc tamen à reliquis iussus discernere *signo*
Hebraeam gentē populis, vt sponte resecta
Carne superuacua *se circuncidat, & omnem*[1]) 593
*Masculei sexus pręsentemq; at*q; futuram[2]) 595
Progeniem: iussus pueros à matre recentes 597
Atq; rudes vitae dum mens ignara dolendi est,
Praeputio exutos, octaua luce sacrare.
Quod qui tam sanctum corrūpere testamentum 600
Auderet, cessans legi inseruire rogatae:
Exhaeres fieret regni, vitaeq; futurae.
At simul vt vero sibi crederet argumento
*Ventur*as *aliquādo suo* de *semine gentes*
Innumeras, nomen dominus cōmutat vtriq;.[3]) 605
Non Sarai tibi ait, sed Sarra vocabitur vxor,
Et tu non Abram sed nomine clarior aucto
Venturae Abraham posthaec vocit*abere genti.*
Quod cōmune ideo tibimet cū cōiuge vera est 610
Promissi quoniam *(nihil est re certius ista)*
Mater erit generis, teq; annum sole remenso
Esse patrem faciet, quāuis ridenda putetis
Virtutis promissa meę: *nec* vestra senectus
Impediet, qu*in* diuini *sententi*a iuris 615
Aeternos semper maneat stabilita per annos.
Sed tamen ignoscam dubijs, pueroq; futuro
Imponam nomen quod culpā hanc arguat Ishac:
Qui *nostri indubie* seruato foedere pacti
Haeres *certus erit,* cuncta cum stirpe suorū.[4]) 620
Nec tamen *Ismael Agar de semine natus*
Expers dotis erit: nostro nam munere fultus
Milia multa virûm *de se ventura potentum,*
Bissenis pariter ducibus regnanda creabit:
Dixit, at ille auidus pactū accelerare receptum 625
Iam centum pulsans annos, iam pubere nato.
Se primum, *gnatū*q; suū, cunctosq; clientes
Ac famulos *oēs* quo iussum est *stigmate signat,*
Et populū facit esse nouū, fontemq; piorum:
Vna eademq; uia, tanta est deuotio, legem 630
Accipiens explensq; *fidē:* Quid nō mere*t ergo*
Tam praesens veloxq; fides? *n*ā non timor istud
Sed syncerus amor famuliq; probatio *iusti* est.
Quodlibet imperium placida sic mente subire

[1]) *om. u. 594.* [2]) *om. u. 596.* [3]) *om. u. 606.* [4]) *u. 619 sq. hemistichia transposita.*

*Vnde Deum sibi promeruit: nem*pe antea tantũ 635
Audiri solitus, meritum post tale ministri
Iam patitur cerni: *quumq;* indignatio iusta
Vltorem stimulet, mortales n*on tamen ille*
Respuit aspectus: nam quum damnare pararet
Crimina terrarum, flammisq; abolere nocentes, 640
Aut verum aut qualem norat se posse videri
Et nomẽ numerumq; *Abraham prodidit ipsum.*[1])
Illi nãq; domi Mamre in conualle sedenti
Tres subito a*ppare*nt a*n*gusta luce micantes. 645
Abraham tanti stimulatus imagine visus
Procurrit, dominumq; solo prostratus adorat:
Tresq; etiam supplex forma veneratur in vna,
Queis vt, mente pia liceat seruire, precatur:
*E*t refici in medios aestus tendentibus horis 650
Non dedignentur, famuli mensisq; cibisq;:
Vsquae adeo visus inter sensusq; vigentes
Errabat dubitans homin*is substantia an ess*et,
Quẽ norat mens esse Deum, tamẽ annuit *ill*e,
Officiumq; pij non aspernatu*s* alumni 655
Oblatosq; cibos, mensasq; sacrauit amicas.
Vt vero ablatis epulis mensisq; remotis
Hospitibus visum est illinc discedere, tum mox[2])
Inde mouẽs gressus, lateri comes haeret euntum 663
Hospes ouans: *trist*iq; quatit cõcussa pauore
Pectora, & attonitũ venerabilis attrahit horror.
Quippe videt vultus tacitos, visusq; seueros, 666
In Sodomã *dominũ iuncta* vibrasse *Gomorrha,*
Pacis & emissos famulos, irȩq; ministros:
Et quum cognoscet tanta quid mole pa*t*raret
Archan*um* pandente Deo, caussamq; docente[3]) 670
Vltro au*det* dominũ sc*ru*tari an perderet vrbem, 673
Errantis populi per crimina cuncta nocent*e*m,
Si quinquaginta morũ probitate piorum 675
Spectatos aleret: quumq; ipsi diceret, illis
Si numerũ talẽ inuenio mihi parcere certũ est.
Quid si quinq; minus fuerint, tum subdidit? & quid
Si quadraginta soli? quid si minus illo
Forte decẽ numero? Quid si bis quinq; dabuntur 680
**Innocui? non & tu vrbi Deus optime parces?*
**Quumq; etiã numero se vlle ignoscere tali*
Dixisset, famulum in medio sermone reliquit

---

[1]) *om. u. 643.* [2]) *om. uu. 659—662.* [3]) *om. uu. 671 et 672.*

Tendentē ulterius: seq; in sua regna recepit.
**Dimissi interea ciues è sede superna*
Angelici in Sodoma*e* *terras,* Loth forte sedentē
Ante fores vrbis, iam terris sole propinquo
Inueniunt: qui quum miro splendore videret
Angelicos radiare viros. *descendere summo*
E coelo ratus, in terram prostratus adorat.
Inuitatq; domum, noctemq; auertere tecto
Euincit precibus simul et conuiuere suadet.
Innocuosq; cibos, & pocula parca ministrat.
**Dumq; epulis sumptis somno indulgere pararēt:*
Ecce sub occasum lucis, noctisq; recursum,
Foeda manus vulgi si fas dixisse, virilis
Prosilit, & iuuenum *insani*s pueriq; senesq;
Ignibus vruntur: Lothq; vt sibi tradat abuti
Hospitibus, cogunt: quid non vesana libido[1])
Ausit? at ille volens populi mollire fur*orem*
Insani, natas quibus illibata manebat
Virginitas offert quos*cunq; optari*t in vsus,
Ast effręna cohors in deteriora prof*undi*
**Lapsa mali, vicio sese immiscere minori*
Vile put*at, nisi se summis etiam implicet: ergo*
Infandū ut patret facinus Loth opprimit: & iam[2])
Vi maiore agitant quàm quae virtute repelli
Human*a* valeat: *quum protinus* hospes uterq;
Angelicas nudant mentito corpore vires.
Et *populi secum obcęcata mente* furent*is*[3])
Loth retrahunt: inq; ipsa domus secreta receptā
Perdenda hortantur confestim abscedere terra.[4])
Qui sint, quid veniant, *& quae* praecepta f*erentes*
*Mox expl*ere velint, *nil iam sermone patenti*
*Dissimulant: & ab hac se clad*e euadere *salu*um
P*osse, domumq; suā dicunt generosq; suosq;*
Collig*ere affin*es, *& secum abducere mandant.*
*Ast illos simili cum vulgo crimine tact*os
Inuoluit similis sententia sana monenti
Credere dū nolunt: quāquā quòd credere nolūt
**Non est vt multū mirere, abscedere quū Loth*
**Id quoq; ridiculum quod cōsuluere putaret.*
*Quē lentu*m, pigrasq; moras sine fine trahentē,
Hospes uterq; vide*ns* manibus cū cōiuge raptū,

---

1) om. uu. 696 et 697. 2) om. u. 704. 3) om. uu. 709 et 710. 4) om. u. 713.

Virginibusq; suis, procul extra moenia ducit:
Et celerare iubet montesq; euadere in altos,
Tali lege data, ne *coelesti igne flagrantes*
Post se respiciat *quisquã* male *cautus in vrbes.*
**Loth vero metuens montes ne tardius altos*
Aggressum velox *coeli* praeuerteret ira.
Ore Segor lachrymis*q;* pet*it secura recessus*
Antra sui: lachrymas autẽ nõ sensit inanes,
Concessumq; sibi donum speciale salutis
Pluribus imp*a*rtit, meritumq; è munere fecit.
Et iam non solitas raptim obducentia coelum
A patria virtute Deo miscente, coacta
Nubila densarãt nebulas: sed quas rotat Aethna
Quas vomit Inarime, *atq; Apon' ferũtib'* vndis
Ex*alt*at, quas vicino concussa Veseuo
Eructat tellus: Lyciȩ quas sȩua Chymerȩ
Ora sinu vasto trinae fornacis anhelat,
Et quocunq; loc*o* fallentia sulphura velox
Spiritus inflammãs angusto tramite fusus
Effluit in lucem rupta tellure vaporans:
Nõ quòd nõ possit pluuias quoq; vertere ĩ ignes,
Totum de nihilo *pot*uit *q*ui condere mundum:
Sed maiore bonus iudex damnare paratu
Mauult, quos miser*e*ns *v*rbis morumq; ruinae
Punit in exẽplũ: *mox durum elementa minãtur*
Concurrunt*q;* vndante globo: stipataq; flatu
Quȩq; suo coẽunt flammarũ pabula in vnum
Corpus, & *infandas* terra*s* vrbesq; nocentes
Sulphurei testudo tegit curuata metalli:
Quã citus & vires angusto tramite sumens
Spiritus incussam, tanto crepitare fragore
Compulit, & crebro tonitrus *agitã*te corusco
Cõsternare animos, *quotquot spectacula cernũt*
Talia: quinetiã Loth, heu miserabilis v*xor*
**Seu tanto stupefacta metu, seu stulta cupido*
Illa fuit vetitum *cõtra consurgere pactum*
**Foemineis innata animis: quae deniq; cumq;*
**Causa fuit, Sodomã inspectans se ponè ruentẽ,*
Confestim poenas violata lege subi*uit*,
In statuam conuersa salis, spoliataq; luce
Sic animam infoelix cũ corpore perdidit omni:
Vt nullum extaret forma remanente cadauer.
Ocior inde Segor luctũ pr*ohib*ente timore
Horrificoq; malo stup*idus, mox* ingreditur Loth.

Tum sol exoritur toto feruentior igne,
Irato fulgore micans, radiosque seueros
Dirigit in Sodomã: qui postquã lumina flãmis
Inuoluêre suis, resolutaq; sulphura: nexos
Secum praecipitant ignes, siccoq; liquore
Dispensata suis stillant incendia *thed*is.
Fulmineus denso praeceps cadit aëre nymbus
Inuoluitq; vrbes, & totis sęuit in agris.
A*d*mixto stridore tonat, vincitq; querelas
Flammea tempestas: quae postquã pabula terris
Repperit *incen*sis, *ipsisq; in*sedit arenis,
Erigit immensam coniuncto fomite metam
Ignis, & a terris redeunt in sidera flammae,
In cineres donec cautes tellusq; resultans
Transeat, ac penitus mersę soluantur arenae.
Depressisq; cauos consumpto cespite campis
Pand*u*nt arua sinus, venisq; effusus apertis
Consocians vires, qui terras strinxerat humor
Priuatũ gign*i*t pelagus: Quidnã esse put*e*mus
Quod raptim lacus est mira virtute refertus
Qui fuit ante rogus? *sic omnipotẽtia summi*
Iudicis in gelidas ignem conuertere lymphas,
Ac rursum lymphas ardentẽ possit in ignem.
Nec tamen hic occulta vacãt mysteria, nã quòd
Vndae hic sunt vbi flãma fuit: quòd flãmea missis
Desuper extinxit lymphis: fortasse notabat
Luxuriae calidos ignes, fomentaq; primi
**Peccato contracta patris coelestibus vndis*
**Extinctum quandoq; iri: proq; ignibus acris*
**Iustitiae, quibus illa olim lex dura vigebat:*
**Saluificis purgatũ iri & lustralibus vndis.*

Finis libri tertii.

INDEX SCRIPTORUM

quos Uictor aut respexit aut imitatus esse uidetur.

[1] Fortasse Uictor habuit in codice suo quod est in M ex corr. et in abc *auras;* cf. Iuu. Euang. I, 106, quo loco codd. omnes *auras* praebent.

[1]) Habuit igitur in codice suo Uictor *auxilium.*
[2]) Fortasse legit Uictor *medio in sermone;* cf. Probae cent. 684.

INDEX NOMINUM.

INDEX GRAMMATICAE ET ELOCUTIONIS.

INDEX REI METRICAE.

S. PAULINI EPIGRAMMA.

PROOEMIUM.

Hoc carmen, quod et ipsum contineri libro Parisiensi 7558 f. 87ᵘ—90ʳ Claudii Marii Uictoris Alethiae subiunctum supra diximus, idem, cuius fraudes modo notauimus, Gagneius primus edidit ita, ut non curans quod in codice Lugdunensi, si quidem talem librum habuit, sine dubio eodem modo quo in Parisiensi inscriptum erat 'S. Paulini epigramma', Uictori id adscriberet hoc titulo adiecto 'Claudii Marii Uictoris Oratoris Massiliensis de peruersis suae aetatis moribus, Liber quartus Ad Salmonem'. quo in titulo G. Fabricius Poet. uet. eccl. p. 350 deleuit uerba 'Liber quartus' et scripsit 'Epistola'. unde iam pro epistula haberi coeptum est hoc carmen.[1] sed recte J. C. Wernsdorf, qui id recepit in Poet. lat. min. corp. uol. III, in prooemio p. LXVIIII statuit non de epistula, sed de sermone cogitandum esse. quamquam quae ratio esset huius sermonis non bene explicauit, inductus ex parte in errorem foedis quibus Gagneius (eum enim codice Parisiensi non cognito sequi coactus erat) hoc quoque carmen inquinauerat et deformauerat commentis. quam ob rem de sermonis ratione accuratius exponendum est.

[1]) Cum mirum plane sit Fabricium hoc carmen pro epistula habuisse, coniciat aliquis eum hanc inscriptionem effinxisse ex eo, quod in codice traditum est 'epigramma'. quod cum insolentius dictum esse uideretur (significabantur autem hoc uerbo aetate illa carmina breuiora, in primis ea quibus homines uel res perstringebantur atque exagitabantur), eum ad hanc coniecturam adductum esse. sed nihil omnino ille de Parisiensi compertum habuit neque Idacii loci, de quo postea agendum erit, memor fuisse uidetur. ex Gagnei igitur uerbis 'ad Salmonem' orta est haec inscriptio.

Salmon[1]) quidam, qui sacrorum antistes fuisse uidetur, post longum tempus eam urbem, in qua educatus atque institutus erat, reuisit. demigrauerat autem inde, id quod ipse dicit u. 105, ad Tecum[2]) fluuium in Sordonum terram ibique domicilium collocauerat.[3]) iam cum ad coenobium, quod erat in urbe illa, uenisset, excipitur a monacho graui annis, quem patrem carum uocat (u. 103) eiusque memoriam pio semper se animo coluisse dicit. unde colligas Salmonem in illo coenobio educatum atque institutum esse, singulare in ea re monachi illius studium in se expertum. is igitur Salmonem his uerbis adloquitur: si eo consilio uenisti, ut templum nostrum uiseres atque abbatem ipsum adires, cognosces pietatem uere christianam in nostro coetu esse; sed si mecum uis confabulari, te in Thesbonis[4]) domum ducam. erat autem prope coenobium hospitium, in quod advenae deuertebantur. iam fingitur Salmonem cum uiro illo intrasse Thesbonis aedes ibique benigne exceptos mutuis frui sermonibus hospite et ipso adsidente. atque interrogatus a monacho Salmo, qui sit rerum status in ea urbe, qua nunc patria utatur, postquam clades a barbaris acceptas descripsit, negat calamitate illa ciuium mores emendatos esse, sed in animis eorum eadem quae ante dominari adfirmat vitia atque accuratius exponit de uirorum moribus omni modo corruptis. qua oratione finita Thesbon subicit, etsi dolendus sit is rerum status, tamen rem tolerabiliorem esse, dummodo ne feminae eadem labe sint inquinatae; nam longe maius malum esse feminarum quam uirorum uitam perditam. cui respondet Salmo ita, ut morum corruptelam in feminis etiam grauiorem

---

[1]) Salmonis nomen legitur Sept. I Chron. 2, 11, Ruth 4, 20. 21, N. T. Matth. 1, 4. 5.

[2]) Sic scripsi coniectura ut mihi quidem uidetur probabili neque ullam aliam huius uersus restituendi uiam inuenio.

[3]) Incertum plane est, de quanam urbe cogitandum sit. sed cum ex eis, quae Salmo narrat, conicias maius atque opulentius id oppidum fuisse, fortasse Ruscinonem intellegere licet.

[4]) De Thesbonis nomine id tantum addo Θεσβίτην uocari Eliam Sept. III Reg. 17, 1. sed cum *e* et *i* saepissime confundantur in libro Parisiensi, uide num pro *Thesbon* scribendum sit *Thisbon*.

esse dicat atque acerrime in eas inuehatur. iam postquam is querendi finem fecit, monachus dubium esse negat, quin in urbe illa multi quoque boni sint deoque addicti. quod dum concedit Salmo, id unum in tanta miseria solacium esse contendit. simul ea re missa quaerit ex monacho, quae fuerit eius uita inde ab eo tempore, quo ipse coenobio relicto ad Tecum fluuium abiisset. tum is: libenter, inquit, satisfacerem tuae uoluntati ac de beata qua usus sum vita exponerem, nisi iam adpetiisset uespera, quae nos monet, ut templum ingrediamur et cum piorum coetu deo preces offeramus. ita sermo abruptus in crastinum diem differtur.

Compositum est hoc carmen ea aetate, qua Gallia meridionalis a Uandalis et Alanis uastabatur. hi enim diserte in u. 19 commemorantur. quam gentem autem poeta in u. 18 Sarmatarum nomine significare uoluerit, obscurum est; nam Wernsdorfio Gothos intellegendos esse statuenti nemo puto fidem habebit. immo cogitandum esse uidetur de gentibus quibusdam, quae se Alanis adiunxerant. has igitur Sarmatas uocat poeta, qui ignorabat certe hoc nomen ad Alanos etiam pertinere. ex terris ad septemtrionem spectantibus descendisse illas gentes omnes indicatur uoce *Riphaei* in uersu 94 mutilato, quem Gagneius uerbis *arcus Alani* non male expleuit. iam si ea, quae leguntur uu. 20 sqq., accuratius inspexeris, mihi puto adsentieris statuenti eo tempore non continuum bellum fuisse, sed pacis quaedam interualla etsi incerta atque ambigua. nam dicitur Gallos tum in reficienda quantum id fieri poterat pristina fortuna occupatos fuisse. quae cum ita sint, hoc carmen scriptum esse suspicor initio anni CCCCVIII, quo Constantinus Germanorum impetu represso Galliae si non pacem, at pacis quandam umbram reddidit.[1]) ceterum si qua similitudo intercedit inter Paulini carmen et illud de prouidentia diuina, quod falso Prospero Aquitano adscribitur, id eo explicandum est, quod poetae in similibus rebus describendis, etsi non pendent alii ex aliis, tamen similibus coloribus utuntur. nihil igitur inde efficitur, quo eum, qui carmen de prouidentia diuina

---

[1]) Wietersheim, Gesch. der Völkerw.² II, 161.

composuit,[1]) Paulini epigramma ante oculos habuisse comprobetur. nam similes colores eis quoque locis, quibus Saluianus in libris de gubernatione dei clades a barbaris illatas descripsit,[2]) haud raro deprehenduntur.

Quod si rogas, quis fuerit Paulinus, unam tantum eamque satis incertam tibi proponere licet coniecturam. commemorari enim in Idacii chronico c. XXV Paulinum Baeterrarum episcopum, quem anno fere CCCC electum post uiginti fere annos uita excessisse probabiliter statui potest,[3]) per litteras me edocuit Petschenig. hunc Paulinum epistulam scripsisse, in qua multa signa effecta terrifica in ciuitate Baeterris enarrauerit, refert Idacius. sed quam infirmo nitatur fundamento haec coniectura, bene intellego.

Fuit autem is, qui hoc carmen conscripsit, litterarum studiis excultus atque expolitus neque carebat arte in poemate componendo uersibusque pangendis. adde quod naturalis quaedam elucet in oratione elegantia ab omni fuco inanique uerborum strepitu aliena. cum autem inuehitur in aetatis suae uitia, tum altius adsurgit ac tamquam rapido flumine uerborum grauissimorum fertur. denique numquam ad seruilem antiquorum poetarum imitationem descendit, sed quamquam hic illic quaedam Lucretii et Uergilii in usum suum conuertit, tamen id magis morem, qui tum erat, secutus orationis exornandae causa quam quia ingenium eum deficiebat, fecisse uidetur. siue igitur res, quae in hoc carmine narrantur, siue id ipsum spectas, certe haud infimum ei inter aetatis illius poemata locum tribuendum esse adparet.[4])

---

[1]) Scriptum est hoc carmen circa a. CCCCXV, cf. Ebert I, 305, adn. 5.

[2]) Saluianus composuit opus suum certe post a. CCCCXXXVIIII, cf. Ebert I, 437, adn. 4.

[3]) Cf. B. Gams, Ser. episc. eccl. cath. p. 517.

[4]) Cf. Ebert I, 357.

Si domini templum supplex peccator adisti,
immo et custodem templi populique magistrum,
quot sunt hic homines, tot Christi altaria uises:
sed si conlatis iuuat indulgere loquellis,
hic habitat tuus ille hospes, mea uiscera, Thesbon,
cui fratrum ad requiem frondosae uitis in antro
herbida caespitibus sunt structa sedilia uiuis.
dic igitur, Salmon, quae rerum nunc tibi sors est,
quis patriae status est, quid te delectat in illa?
  Namque agris opibusque hominum terraeque colonis
nunc primum inlaesae turbato foedere ⟨pacis⟩
barbarus incumbit: nec longa ⟨in⟩ saecula uitae
nunc prosunt structae solido de marmore uillae
absumptaeque omnes uana in proscaenia rupes.
at uero interior pestis bellumque profundum
olim nos densa telorum nube fatigat

4] Uerg. Aen. II, 776 iuuat indulgere dolori. 6] Uerg. Ecl. 2, 70 frondosa uitis in ulmo. 7] Uerg. Aen. I, 167 uiuoque sedilia saxo. 11] *cf.* Uerg. Ecl. 1, 12 turbatur agris. 13] Uerg. Aen. VI, 69 solido de marmore.

CLAUDII MARII VICTORIS Oratoris Massiliensis de peruersis aetatis suae moribus, Liber quartus Ad Salmonem *G* 1 orator *G* 3 Quot tu isthic homines *G* cernis *G* 9 delectet *G* 12 longae ad secula *G* 13 Constructae prosunt *G* 14 Assumptaeque *G*

SC̃I PAULINI EPIGRÃMI 1 temelum (p *supra* ẹ *alt.* m^3) 3 quod (t *supra* d m^3) sunt (su *in ras.*) uises (d *supra* s *pr.* m^3) 4 loquelis 5 habitat (h *s. u.* m^3) thesbon (T *supra* t m^3) 7 cespitibus 8 Dic igitur m^2 *in ras.* 9 delectant (n *eras.*) 11 illaesae *G* inlaeso uitae *inrepsit ex uersu sequenti;* pacis *scripsi* 12 longa in *ego* longe 13 nunc *ego* non 14 proscenia (cae *supra* ce)

saeuior et tanto ⟨est quanto⟩ est occultior hostis.
et tamen heu si quid uastauit Sarmata, si quid
Uandulus incendit ueloxque abduxit Alanus,
ambiguis spebus licet et conatibus aegris
nitimur in quandam speciem reparare priorum.
illa autem nostro quae sunt amissa periclo
neclegimus longoque situ squalescere mentis
ignaui patimur subiectaque colla catenis
dedimus et manicis peccati praeda ligamur.
ac prius est uitem purgare, abscidere sentes
conuulsamue forem aut fractam renouare fenestram
quam latos campos animae et praetoria cordis
excolere et captae conlapsum mentis honorem.
nil gladius, nil dira fames, nil denique morbi
egerunt: fuimus qui, nunc semper sumus isdem
sub uitiis nullo culparum fine manentes.
qui prius in noctem prandebat, nunc quoque potans
continuat soles nullo discrimine lychnis.
moechus erat Pedius: moechatur, durat in isdem
leprae dum furuis; liuebat Polio: liuet;
Albus, cunctorum quondam captator honorum,
orbis in excidio minus ambitione laborat?

24] Uerg. Aen. II, 721 subiectaque colla. 30] Uerg. Aen. III, 256 dira fames.

17 tanto quanto *G* 21 Conamur quandam in *G* 26 Et prius . . abscindere *G* 27 Hostia conuulsa ac *G* 30 Nil hostis *G* 31 *sq.* sumus, iisque periclis Tentati nihilo meliores reddimur unquam *G* 33—38 *om. G*

17 est quanto *addidi* 19 Uandulus *(cf. Uopisc. Aurel. 33, 4, Prob. 18, 2)* 21 in *scripsi Gagneium secutus* et, ad *Petschenig* priorum *G* piorum 22 Illa (l *pr. ex* s) 23 longo quae 25 manicis . . ligamur *G* manecis . . legamur 26 purgare (u *ex* a) 28 latos (a *ex* to *ut uidetur*) praetoria *Petschenig* praecordia, penetralia *Wernsdorf* 30 gladius nil (sn *ex* m, i *in* nil *add.* m^2) famis 31 nunc (un *ex* ım) semper sumus *ego* sumus semper et 32 manentis 34 ***lycnis 35 Pedius *ego* pedis hisdem 36 leprae dum *ego* Lepedum *fort.* furiis, *quod commendant Petschenig et Brandes* liuebat . . liuet *Brandes* linebat . . linit Polio *ego* palio 37 cunctorũ honorem (v *supra* e) 38 excidio minus *ego* excidionius

nil sanctum nobis nisi quaestus et illud honestum est,
utile quod fuerit, uitiisque uocabula recti
indimus et parci cognomen sumit auarus.
at qui confessis uitiis et crimine aperto
non potuere capi — uirtutis imagine ducti
altius occulti fouerunt uulneris ulcus —,
hos terrena trahit sapientia nescia ueri
et miseros idem, qui decipit, incitat error.
inquirunt causas rerum astrorumque meatus,
quae sit forma poli, cur longo flumina cursu
non pereant, latus iaceat quo limite pontus,
quaeque deo tantum sunt nota, recondita cunctis
scire uolunt heu pro⟨que⟩ nefas et scire uidentur.
   Ista quidem, Salmon, sunt nostri crimina sexus;
sed leuis est uestra uitiorum morbus in urbe,
si non feminei magis exarsere furores.
   Ante diem, Thesbon, tenebris nox umida condet,
quam possim mores huius percurrere turbae,
quae, cum lege dei uiuant sub lege uirorum,
pro pudor haud umquam sine nostro crimine peccant.
nam nisi deliciis faciles traheremur earum,
haut illas uitiis uellemus uiuere nostris;
nec rigidas auro uestes nec uellera Serum

47] Uerg. Georg. II, 490 rerum cognoscere causas, Aen. VI, 849 caelique meatus; *cf.* Lucr. I, 128 *sq.* 48] Lucr. I, 230 *sq.* unde . . e x t e n t a q u e l o n g e flumina suppeditant. 55] Uerg. Aen. I, 374 Ante diem . ., II, 8 nox umida. 61] Uerg. Aen. XI, 72 uestes auroque ostroque rigentis, Georg. II, 121 uellera . . Seres.

39 sanctum est *G* 43 Non potuere suas virtutis imagine fraudes *G* 44 Obtegere occulto . . vulnere plagas *G* 45 Quos *G* 46 Quosdam infelices qui *G* 47 Dum causam inquirunt rerum *G* 51 grande nefas *G* 55 diem Salmon *G*

39 nobis *G* nouio quaestus *G* quae tuis 41 parci . . sumit *G* parti . . sumet 44 occulti (c *alt. ex* i) uulneris ulcus *ego et Petschenig* uulnere sulcus 45 hos *ego* Nos ter *(eras.)* terrena 46 error (r *pr. ex* o m^1, ror *in ras.* m^2) 50 recondita (di *ex corr.* m^2) 51 que *addidi* scire (s *ex* c) 55 humida 56 moris 57 uiuant (u *s. u.*) 59 deliciis *Petschenig* delictis faciles *G* facile ē 61 nec *G* Hac uestis

nec lapides, toto quos fert mercator ab orbe,
fundorum pretiis emerent. suspiria maesti
iungimus et uanas non est pudor addere curas,
si grauis ignotis processit Lesbia gemmis
et decies Passiena nouo radiauit in ostro.
iam si mutatis studeant occurrere formis
atque uiris alios aliosque opponere uultus,
nonne error noster? quid agunt in corpore casto
cerussa et minium centumque uenena colorum?
mentis honor morumque decus sunt uincula sancti
coniugii; si forma placet, uenientibus annis
cedet amor: sola est senium quae nescit honestas.
iam quod perpetuis discursibus omnia lustrant,
quod pascunt, quod multa gerunt, quod multa locuntur,
non uitium nostrum est? Paulo et Solomone relicto
aut Maro cantatur Phoenissa aut Naso Corinna.
nonne cauis distent penetralia nostra theatris?
accipiunt plausus lyra Flacci et scaena Marulli.
nos horum, nos causa sumus, nos turpiter istis
nutrimenta damus flammis — culpetur honesti
inproba nupta uiri nummo decerpere nummum? —
nam sicut speculo referunt accepta tenaci

74 *sq.*] *cf.* Paul. I ad Tim. 5, 13. 81] Uerg. Aen. I, 176 nutrimenta dedit . . flammam.

63 maesta *G* 64 at uanas *G* *post u. 66 add. G:* Confestim ornatum sibi quaeque exposcit eundem 67 Ergo quod varijs studeant *G* 69 Nonne haec culpa viri est? quid *G* 76 Salomone *G* 77 Quod . . Phoenissę . . Corynnę *G* 78 *om. G* 79 Quod plausum accipiunt . . aut scena Terēti *G* 81 culpaque caremus *G om. u. 82* 83 *sq.* Nam uelut acceptas referunt specula optima formas Sic exempla virûm uxores accepta sequuntur *G*

63 praeciis 64 podor (v *supra* o *pr.*) adderere 65 lisbia gemmis (mi *ex corr.* m^2, i *loco fuit* e) 66 Passiena *ego* passina hostro 67 occurre 69 corpore (o *pr. ex* a) 70 Cerossa 73 senium (u *ex* i) 74 iam *ego et Petschenig* nam 75 locuntıR 77 Aut (A *ex corr.* m^2) Phoenissa aut Naso Corinna *ego* penisse aut (a *post add.*) naso carinne 78 nonne cauis *ego* Nouecaius 79 scena Marulli *ego* mapulli 80 istis *G* estis

ingenio similes morisque exempla secuntur.
cur solida infelix damnatur femina culpa,
cum placeat stolido coniunx uitiosa marito?
unus ubique hostis diffuso turbine saeuit:
nec mirum est uinci belli terrore subactos.
quod si correcti sanum saperemus et atris
libera mens nebulis Christo purgata pateret,
si falcem uerbi cordi inprimeremus et illinc
uellemus ueterum uitiorum abscidere nodos,
aduersus Christi famulos uis nulla ualeret,
nec nos Riphaei prosterneret . . . . .
. . . . omnia bellum,
et qui nunc nostra grassantur clade superbi
. . . .
  Attamen in uestro populo non rara bonorum
turba uiget multosque pios ecclesia nutrit.
  Sunt plane insontes multi, pater optime, quorum
esse uelim similis, nec desunt [solatia uitae],
quos ad uictrices det sexus uterque coronas.
ac si quid patriam commendat, si quid in illa est,
quod iuuet, hoc unum est, haec sunt solacia uitae.
nunc age, care pater, cupido mihi fare uicissim,
qua te digna satis requies susceperit, ex quo
te corde hinc gestans abii ⟨ad⟩ Tecumque resedi.

84] Uerg. Georg. IIII, 219 haec exempla secuti.

85 Sed quur infoelix in culpa est foemina tantum *G* 94 Nec nos Riphaei prosterneret arcus Alani Nec seruile etiam subuerteret omnia bellum *G* 99 nec desunt in grege nostro *G* 100 Victrices reddat quas sexus *G* 102 iuuat *G* 104 quae *G*

84 ingenio . . similes *Petschenig* ingenia . . similis 85 solida *ego* solita 86 cum placeat *G* Complaceat coniux marito (o *ex* a) 87 diffuso (o *ex* a) turbine (tı *ex* d) 91 illinc (in m^2 *in ras.*, m^1 ec∗) 94 *recte statuit Gagneius intercidisse huius uersus clausulam et maiorem uersus insequentis partem* rifei 95 clade *G* claude (u *ex corr.*) *post u. 95 unius uersus defectum notaui* 99 solatia uitae *inuectum ex u 102* 102 solatia 103 fare (r *ex corr. ut uidetur*) 105 ⟨ad⟩ Tecumque *scripsi* tecumque; *significatur fluuius in Gallia Narbonensi, cf. Plin. N. H. III, 32, quo loco DEF* Tecum, *ceteri* Tetum *exhibent*

Non equidem inuitus recolam mea gaudia, Salmon,
nec te tantorum iudicio fraudabo bonorum:
sed iam conclusi nos admonet hora diei
surgere et ad sacros sanctorum occurrere coetus.
crastina lux uerbis accedet libera nostris.

110] Uerg. Aen. X, 244 Crastina lux.

106 Non equidem *G* Nonne quidem inuitus *G* inuictus recolã (a *ex* ec) 107 fraudabo *Wernsdorf* laudabo EXPLICIT

INDEX SCRIPTORUM.

INDEX NOMINUM.

INDEX GRAMMATICAE, ELOCUTIONIS, REI METRICAE.

PROBAE CENTO.

RECENSUIT

ET COMMENTARIO CRITICO INSTRUXIT

CAROLUS SCHENKL.

ACCEDUNT TRES CENTONES A POETIS CHRISTIANIS COMPOSITI.

PROOEMIUM.

Centoni, quo res libris et ueteris et noui testamenti traditae uersibus Uergilianis explicantur, in codicibus antiquissimis fere omnibus solum Probae nomen inscriptum est. atque ita quae hoc carmen condidit se ipsam nominat in u. XII 'arcana ut possim uatis Proba cuncta referre'. quaenam autem illa fuerit, edocemur ab Isidoro Hispalensi de uir. ill. 22 (18), Orig. I, 39 (38), 26, qui Probam, uxorem Adelphi proconsulis, hunc centonem composuisse dicit. cum Isidoro conspirant ea, quae in libro saec. X, qui fuit bybliothecae monasterii S. Benedicti Padolironensis non procul a Mutina siti,[1]) ad calcem codicis adiecta se legisse refert Montfaucon Diar. Ital. p. 36 'Proba, uxor Adelphi, mater Olibrii et Aliepii, cum Constantini ('immo Constantii' Seeck in prooem. edit. Symm. p. XCV) bellum aduersus Magnentium conscripsisset, conscripsit et hunc librum'. neque dissentiunt quae in Palatino 1753 f. 62^r tradita sunt, Probam, inlustrem Romanam, Aniciorum matrem, uxorem Adelphii ex praefecto urbis, hunc centonem ex Uergilii libris

[1]) Frustra hunc codicem Mutinae quaesiuerunt a me rogati H. Kruse, G. Loewe, H. Uitelli. neque quid factum esset libris eius monasterii Gallis saec. XVIII exeunte in Italiam irruentibus sublati, ullo modo erui potuit. scripsit ad me Loewe homines quosdam doctos Mutinenses sibi de ea re sciscitanti respondisse rumorem ferri de codicibus Romam transportatis. sed neque in Uaticana neque in bybliothecis, quae sunt Mutinae, Estensi et canonicorum, ullus qui olim fuit eius coenobii liber extare uidetur.

deflorauisse, nisi quod is, qui haec scripsit, Probam temere confudit cum eius nepte, Anicia Faltonia Proba. atque idem error inest in inscriptione et subscriptione Uaticani Reginae 1666 'Flatonię Uetitię (Faltoniae Aniciae) Probę c̄l. feminę Uergiliocenton.', quamquam ueri quoddam uestigium eis seruatum est, quae in hoc libro ad u. 689 in margine adpicta sunt 'ut colant (Christum) omnes, ut adorent, hortatur (Proba), imo etiam et Alipyum uirum suum id facere monet'. quo loco falso filium pro patre nominari apertum est.[1])

Fuit igitur Proba neptis Probi consulis a. CCCX, filia Petronii Probiani consulis a. CCCXXII et ut uidetur Demetriadis (Hieron. ep. 130, 3). fratrem habuit Petronium Probinum, qui consul fuit a. CCCXXXXI. nupsit Clodio Celsino Adelphio, correctori Apuliae et Calabriae (CIL. VIIII, 1576), proconsuli, denique praefecto urbi inde a d. VII Iun. usque ad d. XVIII Dec. a. CCCLI (Chronogr. a. 354, Amm. Marc. XVI, 6, 2). qui duos ex ea filios procreauit, Q. Clodium Hermogenianum Olybrium, consulem a. CCCLXXVIIII, et Faltonium Probum Alypium, praefectum urbi a. CCCLXXXXI (CIL. VI, 1713). prior decessit Proba Romae marito superstite, id quod colligere licet ex titulo CIL. VI, 1712 'Clodius Adelfius v(ir) c(larissimus), ex praefectis urbis, uxori inconparabili et sibi fecit'. haec igitur ad rem, quam tractamus, illustrandam sufficient; de ceteris uide quae exposuit Seeck l. c. p. XCI sqq.

Quod traditum est libro Padolironensi Probam carmen epicum de Constantii contra Magnentium bello composuisse, id confirmatur prologo huius centonis, quo ipsa narrat se bella ciuilia (cf. u. 4 sq.) carmine, quod sine dubio haud paucos libros complectebatur magnique erat laboris (cf. u. 49), descripsisse. condiderat autem id opus eo tempore, quo nondum sacra antiqua abiecerat. postea uero Christi doctrinam amplexa spreto quo inclaruerat quondam poesis genere iam animum adiecit ad scripturam sacram carmine explicandam atque morem eius

---

[1]) Eodem modo in Taurinensis F. IV. 7, ex quo quaedam mihi enotauit benigne J. Mueller, uetere mihi coniunctus amicitia, inscriptione Proba uxor Alipii senatoris fuisse dicitur.

aetatis secuta hunc centonem composuit eo consilio, ut in poematum ethnicorum locum substitueretur eaque re legentium atque fortasse etiam puerorum erudiendorum commodis consuleretur. et quo erat nouae religionis studio uirum quoque ut Christo nomen daret permouisse uidetur, quem in carmine ultimo obsecratur, ut firmiter teneat susceptum morem sacrorum. quae cum ita sint, patet inter a. CCCLI et centonem compositum haud exiguum temporis spatium intercessisse.

Iam uero quanto opere probatum sit et aequalibus et posteris Probae opusculum, documentis quibusdam propositis cognoscere licet. quorum luculentissimum est carmen illud (Anth. lat. 735 R.), quod in Augiensi CCXVII (nunc Caroliruhensi) et Turicensi bybl. urb. C 68 coniunctum legitur cum centone ita, ut quin ad eum referendum sit, omnino dubitari non possit.[1]) adde quod quae in eo uu. 5 sqq. enumerantur cum rebus centone explicatis plane conspirant. compositum autem est hoc carmen ab homine, qui huius libelli exemplar imperatoris Arcadii iussu splendide conscriptum tali prooemio ornatum illi obtulit eodem modo, quo librarii Dicuili codicem a se confectum Theodosio alteri (Anth. lat. 724 R., Baehrens PLM. V, 48), id quod factum esse, antequam Theodosius ille natus est (a. CCCLXXXV—CCCCI), elucet ex u. 13 sq., quibus futurus imperii heres Arcadii minoris nomine significatur. alterum testimonium, quo quam frequenter lectitatus sit is libellus cognoscitur, Gelasii, qui urbis Romae fuit episcopus inde ab a. CCCCLXXXXII usque ad a. CCCCLXXXXVI, praebet decretum (Migne Patr. lat. LVIIII 162 et 179), in quo uerbis 'centimetrum ('centonem' p. 179) de Christo Uergilianis compaginatum uersibus, apocryphum' sine dubio liber Probae

---

[1]) Coniunctum cum centone legitur quoque in Laur. XXIII, 15, qui ex libro Turicensis simillimo manauit, seiunctum in Angelicano V. 3. 22 (cf. Melet. Uind. II, 296), in Marciano cl. XII cod. 7 et Monacensi 18628, de quibus uide quae in Sedulii editione p. XXXII et LI sq. exposuit J. Huemer, qui scripturas eorum mecum benigne communicauit. quod in Angelicano id carmen inscribitur 'Uersus in capite Sedulii scribendi', explicatur eo, quod Probae cento in codicibus haud raro cum Sedulio coniunctus est. in ceteris Probae libris, quotquot collatos habeo, hi uersus non leguntur.

indicatur.[1]) nam nisi cento ille eodem modo, quo Iuuenci et Sedulii carmina in decreto tantis laudibus cumulata, omnium lectione celebratus esset, nullo pacto Gelasius quique aderant in concilio eum inter libros non recipiendos rettulissent. improbabant autem in hoc opere eadem quae Hieronymus in eius modi centonibus, dico res et uerba scripturae diuinae ad exemplum orationis Uergilianae detorta atque immutata. tertius testis accedit quem iam supra commemorauimus Isidorus, qui in libro de uir. ill. 22 (18) haec scripsit: 'Proba, uxor Adelphi proconsulis, femina idcirco inter uiros ecclesiasticos posita sola pro eo, quod in laude Christi uersata est, componens centonem de Christo Uergilianis coaptatum uersiculis. cuius quidem non miramur studium, sed laudamus ingenium. quod tamen opusculum legitur inter apocryphas scripturas insertum.'[2])

Nihil tamen quod Gelasius de Probae libro fecit iudicium impediuit, quominus is describeretur, studiose legeretur, denique in pueris instituendis adhiberetur. unde haud exiguum media aetate exemplorum numerum in armariis coenobiorum extitisse et libris, qui ad nostram memoriam peruenerunt, et catalogis antiquis edocemur. sic ut de libris nunc deperditis breuiter exponam, Probae libellus olim extabat in codice Corbeiensi, nunc Petropolitano F. XIIII. 1, saec. VIII, de quo cf. F. Leo in prooemio edit. Uen. Fort. p. VIII sqq. (Becker Cat. bibl. ant. 136, 170), inscriptus 'uersus probe'. adiunctus autem erat in libro ultimo Aldhelmi Symphosiique aenigmatis. eadem legebantur in libro Cluniacensi, qui praeter Cypriani poema Probam[3]) com-

---

[1]) Cf. Isid. de uir. ill. 22. quod si Hieronymus epist. LIII, 7 eorum improbat studia, qui non dignentur scire, quid prophetae, quid apostoli senserint, sed eius modi centonibus compositis ad sensum suum incongrua aptent testimonia, quasi grande sit et non uitiosissimum docendi genus deprauare sententias et ad uoluptatem suam scripturam trahere repugnantem, his uerbis adiectis 'quasi non legerimus Homerocentones et Uirgiliocentones', num in primis Probae opusculum respexerit, definiri non potest.

[2]) Cf. eundem Orig. I, 39 (38), 26 'Proba, uxor Adelphi, centonem ex Uergilio de fabrica mundi et euangeliis plenissime expressit, materia composita secundum uersus et uersibus secundum materiem concinnatis'.

[3]) Significatur in indice his uerbis 'opusculum de ueteri Testamento, natiuitate ac passione domini, excerptum de Uirgiliano, de sententia dei,

plectebatur (cf. L. Delisle, Le Cabinet des manuscrits II, 459 sqq., R. Peiper in prooemio edit. Alcimi Auiti p. LVIII). his adde libros quattuor, primum et alterum monasterii Augiensis (Becker 6, 406 et 407), in quibus Iuuenco et Sedulio adnexus erat 'cento Probae' (horum ex uno sine dubio originem traxerunt Caroliruhensis et Turicensis), tertium ecclesiae Centulensis siue S. Richarii (Becker 11, 182), quo continebantur Prosperi epigrammata, 'uersus Probae', medietas Fortunati, quartum ecclesiae Becci (Becker 86, 110), in quo post Senecae Quaestiones naturales et Adhelardum Bathonensem legebantur 'Proba uates' (cf. u. 12), aurea capra, Hildeberti Turonensis libri. denique mentionem faciam codicis monasterii S. Uedasti Atrebatensis (Becker 125, 18), in quo fuisse 'librum Probi per uersus' testatur index saec. XII; nam Probam significari propterea ueri simile est, quod idem uolumen Iuuencum quoque et Sedulium complexum esse compertum habemus.

His igitur expositis iam ad libros, qui nobis seruati sunt, ueniamus. ex quibus eos, qui in huius recensionis usum collati sunt, accuratius describemus. antiquissimus igitur omnium, quos quidem cognoui, est Parisiensis lat. 13048, olim Cor- S
beiensis, post S. Germani 844, formae oblongae minoris, scriptus saec. VIII—VIIII litteris langobardicis minoribus. de quo uide quae exposuerunt Riese in Ieepii Claudiano II, p. 190 et Leo l. c. p. VIII. Probae opusculum, quod in eo legitur cum Uenantii Fortunati carminibus coniunctum f. 31ᵘ—38ᵘ, in hoc folio ultimo desinit in u. CCCCLXXXVIIII; in f. 39ʳ primo scriptum est INCIPIT OPUS FORTUNATI PRESBYTERI, unde conicias inter haec folia unum excidisse. f. 31ʳ uacuum relictum erat; postea saec. X manus hic illic quaedam adpinxit. in f. 31ᵘ nihil aliud inscriptum est nisi INCIPIT PRAEFATIO, sed post u. 55 eadem quae in Parisiensi et Petropolitano leguntur UERSUS PROBE. damnum quod passus est hic liber quodam modo resarcitur codicibus Caroliuillensi et Cantabrigiensi, quos ex eodem fonte fluxisse infra demonstrabo.

---

de diluuio mundi, de originali peccato, de transitu maris rubri', unde colligitur totum centonem in hoc libro extitisse.

P Huic adiungo alterum Parisiensem lat. 7701 (olim 5519), qui fuit Claudii Puteani. constat is diuersis libris duobus in unum conglutinatis. nam pars prior est saec. XIII, altera, quae solum Probae opusculum f. 129^{r}—140^{r} continet, UERSUS PROBAE inscriptum, litteris langobardicis exarata est, id quod statuunt A. Schoene et A. Lejay, saeculo nono. dubitari autem non potest, quin haec folia pars extrema sint libri, in quo Proba eodem modo quo in Petropolitano ultimum locum obtinebat. iam cum forma eadem sit (27 cm. long., 20 cm. lat.), idem numerus uersuum in singulis paginis (dico tricenos ternos), conspiret inscriptio, nonne oritur suspicio haec folia esse particulam illam, quae nunc in Petropolitano desideratur? sed cum Parisiensem non uiderim, hanc rem aliis expediendam relinquo. scripta autem sunt ea folia manibus duabus, quarum altera, quae incipit in f. 137^{r}, eiusdem quae prior aetatis atque isdem litterarum ductibus, sed alia scribendi ratione usa[1] post uersus 490—527 repetitos reliquos adiecit. fluxisse autem hanc partem non ex eodem, sed ex alio codice infra ostendam.

La, Accedunt fratres gemelli, Laudunenses 279 et 273. prior
Lb]L formae oblongae maximae, saec. VIIII ineuntis, continet praeter Hilarii, Cypriani, Dracontii, Alcimi Auiti carmina, de quibus exposuit Peiper p. LIII sq., f. 1^{u}—3^{u} binis columnis exaratos centonis Probae, qui inscribitur PROBA DE AEPTATICO (i. e. de heptateucho, cf. Peiper p. LVI), uersus CCCXVIII; desunt ceteri. post ultimum spatio duorum uersuum relicto sequitur haec inscriptio INCIP̃ UERSUS CIPRIANI DE SODOMA. in f. 1 pars ultima prioris et prima posterioris columnae tam lacerae sunt, ut pauca tantum uerba remanserint. item in f. 2 quaedam margine adtrito perierunt. alter formae quadratae maximae, scriptus saec. VIIII exeunte, eadem quae prior complectitur (cf. Peiper l. c.). f. 2^{u}—5^{r} leguntur totidem quot in priore Probae uersus binis columnis scripti, eadem inscriptione PROBA DE AEPTATICO praefixa. uersum CCCXVIII nullo spatio interiecto excipiunt haec INCIP̃ UERSUS CIPRIANI DE SODOMA litteris

---

[1]) Ueluti in his uersibus saepissime *ae*, rarius ę scriptum est pro *e*, *atque* pro *adque*, *tunc* pro *tum*.

aliquanto minoribus exarata. ceterum nequaquam casu factum est, ut quae uersum CCCXVIII secuntur omitterentur; immo consulto ea abiecta sunt, ut ea parte, qua narratio a creatione mundi usque ad res post diluuium gestas producitur, cum initio capitis de Sodoma ex Cypriani carmine desumpti coniuncta unum quodam modo corpus constitueretur.

Eiusdem condicionis est Parisiensis lat. 14758, olim S. Uictoris 380, saec. XIII, quem descripsit Peiper l. c. LVIIII. Probae opusculum, dico uersus 1—318, in eo legitur f. 66ʳ—68ʳ. simillimus est libris *La* et *Lb,* non tamen ex hoc aut illo deriuatus. u. 3 legitur *regnum et (Lb),* 15 *falsa,* quod habet *Lb* in mg., 56 *Principio mundi* uerbis *ac terras* omissis, quae desunt in *La,* 72 *est diuisus (diuisis* in mg. *La, diuisit* supra scriptum in *Lb),* 151 *decerserit (La* corr. ex *decerperit),* 167 *albentes (hablantes La, ʰablantes Lb),* 261 *ueniunt (subueniunt La, Lb).* nullus omnino huius libri usus est, qui quantis uitiis deformatus sit ut doceam, unum propono exemplum, uersus 242 in eo scripturam: *ut uidit ut perii sic malus abstulit error.*

Sequitur Palatinus 1753, olim monasterii S. Nazarii Laurissensis (cf. Becker 37, 417), formae oblongae minoris, saec. VIIII—X, quem accurate descripsit A. Reifferscheid Bibl. patr. lat. Ital. I, 307 sqq. (cf. Keil, Gramm. lat. VI, p. vii sqq.). continentur eo ars Marii Uictorini, Aldhelmi regula metrorum, eiusdem Symphosiique aenigmata, quorum scripturae ita conspirant cum eis, quas praebet Petropolitanus, ut facile intellegas utrumque libellum ex eodem fonte fluxisse (cf. Melet. Uind. II, 297, III, 143). f. 62ʳ—69ʳ post Uictorinum legitur Probae cento hac inscriptione adiecta: 'Incipiunt indicula centonis probae inlustris romanae (.?) aniciorũ mater (matris?) | De maronis qui & uirgiliⁱ mantuani uatis libriˢ praedicta proba | uxor adelphy expraefecto urbis hunc centon⟨em⟩ religiosa men|te amore x͠pi s͠pu feruenti prudenter enucliate deflorabit (v supra b) & legen|dum populis omnibus x͠pianis tradidit ostendens quia & alienigeni | uates uera obscuris inuoluentes in alia mente legem dñi & aduen|tum passionem & ascensionem uel cetera ante aduentum dñi in|spirato

praedixerunt. Incipit prologus.' correctus est hic liber manu altera non multo recentiore, quae multas, partim de suo partim ex alio codice in margine scripturas adiecit. de quibus paulo post accuratius exponam.

A, T] A Agmen librorum antiquiorum claudat fratrum geminorum par alterum, Caroliruhensis et Turicensis. prior, olim Augiensis CCXVII, formae quadratae, scriptus est saec. VIIII exeunte uel X ineunte. constat libris duobus diuersis a glutinatore in unum corpus redactis, sed foliis mirum quantum turbatis. ordinem antiquum restituit A. Holder ueris numeris infra in singulis foliis adiectis. continentur parte priore Iuuencus et Sedulius, altera iterum iidem (cf. Huemer in prooemio edit. Sed. p. XI) atque inde a f. 158^r usque ad f. 169^u liber Probae cum epigrammate, de quo supra diximus, inscriptus: INCIPIT LIBER CENTO PROBE. sed cum descriptus sit is codex ex libro, in quo foliis transpositis ordo perturbatus erat, factum est, ut iam hac serie uersus inter se excipiant: 1—20. 100—137. 61—99. 21—60. 217—257. 177—216. 138—175. 258—338. 419—456. 377—418. 339—376. 537 (nunc 568) — 577 (559). 497—536 (567). 457—496. 578 (560) — 637, qui uersus est ultimus. praeterea desunt uu. 176. 227. 292 et 293. 327. 552 (534).

Turicensis bybl. urb. C 68, olim S. Galli, formae quadratae, exaratus ut uidetur saeculo X ineunte continet praeter alia Iuuencum et Sedulium (cf. Huemer l. c. p. XII sq.) ac f. 111^r—124^u Probae libellum cum epigrammate eodem modo quo in Augiensi inscriptum atque eodem modo uersuum ordine turbato corruptum. desinit in u. DCLV, cui subscriptum est 'Explicit cento probę'. praeterea desunt iidem qui in Augiensi uersus supra enumerati.

Ex libro Turicensis simillimo fluxit Laurentianus XXIII, 15 saec. XV, qui complectitur Prudentium, Iuuencum, Probam (f. 219^u—239^u), Sedulium, Aratorem (cf. Bandini Cat. codd. lat. bibl. Laur. I, 720 sqq.).

Iam codices saeculo decimo inferiores, at tamen uetustiores, qui quidem nobis innotuerunt, enumeremus. ac primum quidem
Ra, Rb duos Uaticanos bybl. Reginae 251 et 1666, saeculo XI confectos describemus. in priore, qui est formae oblongae minoris, post

carmina duo Aldhelmi et Gregorii librum legitur f. 15ᵘ—27ʳ Probae cento, inscriptus: 'Incipit Uirgilio cent(a)on quem composuit Proba de eptatico et euangeliis', quem excipiunt libri de re grammatica et metrica. in altero, qui est formae oblongae maximae et binis columnis exaratus, insunt Horatii carmina, f. 41ʳ—44ʳ opusculum Probae, quod inscribitur 'Flatonię Uetitię Probę c̄l. feminę Uergilio centon. Genesis et euangeliorum. Incip̄.'[1]), denique 'Remi Favτh (Fauini) de ponderibus et mensuris' libellus.

Sequitur liber Caroliuillensis 97, saec. XII, formae oblongae minimae, in quo post Alcimi Auiti libros VI (cf. Peiper l. c. p. LVIIII) f. 41ʳ—53ʳ legitur Proba hac inscriptione praefixa: 'Incipit praefatio sequentis operis probae matronae' et post u. 55: 'Incipit libellus probae illustris matronae. uirgilianis uersibus compactus. de conditione mundi. de plasmatione Adae et Euae. de diluuio. de datione legis. de natiuitate et gestis dn̄i nr̄i IHV xpi.' post uersum ultimum haec adiecta sunt: 'Explicit carmen Probae illustris matronae uirgilianis uersibus comptatum'. Ch

Ultimo loco adpono Cantabrigiensem collegii s. trinitatis O. 7. 7 (6047 et 6048 catal. libr. ms. Angliae et Hiberniae, olim Galeanum 213), formae quadratae, saec. XII exeunte scriptum. continet Bernardi Siluestris Megacosmum et Microcosmum, f. 28ʳ—37ʳ Probae centonem, qui inscribitur: 'Incipit opusculum Probe uxoris ⟨Alipii⟩ exceptum de libris Uergilii ad testimonium ueteris et noui testamenti', Ouidii Ibin cum commentario, denique Senecae quosdam de philosophia libros (cf. R. Ellis in ed. Ibidis Ouidianae p. LIIII). C

SPLa contulit A. Schoene, *πRa* A. Mau, *A'* A. Holder, *Ch* et librum S. Uictoris L. Haueto intercedente A. Lejay, qui a me rogatus codicum quoque *SP* locos aliquot inspexit, *Rb* H. Kruse, *C* H. I. Bullock, a R. Ellisio mihi conciliatus, Laur. XXIII, 15 I. Huemer, quibus uiris hoc loco debitas persoluo grates. ego *Lb* et *T* excussi atque, cum Florentiae commorabar, ipse Laurentianum uersaui.

---

[1]) Subscriptio in f. 44ʳ haec est: 'Flatonie Uetitie Probe cl. femine Uergilio centon. Genesis et euangeliorum explicit'.

Hi igitur sunt codices, quibus diligenter collatis in hac editione adornanda uti potui. ceteros, qui saec. XII sunt recentiores, non curaui, cum mihi persuasissem nihil ex eis, quod ad scripturam recte constituendam conferret, peti posse. [1])

V Editionum ueterum quae accuratius examinaretur digna mihi uisa est princeps, Bartholomaei Girardini, quae prodiit Uenetiis a. MCCCCLXXII (cf. Ann. phil. suppl. XI, 196). continet Ausonii opuscula, Consolationem ad Liuiam Augustam de morte Drusi, f. 57^r—67^u Probae centonem (inscr.: 'Probae Centonae Clariss. fe|minae excerptum e Maro|nis carminibus ad tes|timonium | ueteris nouique testamenti | opusculum', subscr.: 'τέλος | Probae Centonae clariss. | feminae opusculum: | feliciter ex|plicit'), [2]) Calpurnii eclogas, Publii Gregorii Triferni hymnum in trinitatem. praeter hanc alicuius est momenti editio antiqua, typographi, qua locus et annus significatur, nota non insignita, quae extat in bybliotheca uniuersitatis Lipsiensis, hoc siglo 'Poet. lat. 152^e' instructa, cuius notitiam ego debeo L. Krehlii benignitati. nam quamquam in ea scriptura foede interpolata est atque haud paucis uitiis inquinata, tamen locis aliquot ita conspirat cum S, ut, quin ex codice eius simillimo manauerit, dubitari non possit. denique inspexi editionem Iulii Roscii Hortini, qui Probae carmen cum manu scriptis Uaticanis collatum atque emendatum in lucem prodire iussit Romae MDLXXXVIII

---

[1]) In bybliotheca Uaticana hi extant codices: Reg. 585 saec. XIII (f. 1—4 legitur Proba, secuntur carmina christiana, libellus Ildeberti archiepiscopi, opusculum, quod inscribitur 'aurea capra' (cf. librum ecclesiae Becci supra p. 517 commemoratum), Ottob. 560, saec. XIIII, Probae libellum solum complexus in u. 607 desinentem, Uat. 1667 saec. XIIII—XV, in quo et ipso hic cento solus legitur, Uat. 1586, 1666, Urb. 353, Ottob. 1261, qui omnes sunt saec. XV. Mutinae in bybliotheca Estensi duo sunt libri saec. XV numeris V. D. 29, VII. G. 16 insigniti, Cortonae in bybl. municipii unus codd. membr. 82, saec. XV, Augustae Taurinorum unus: F. IV. 7 (cod. Bob., olim. XXVII i), saec. XV, bombycinus, in quo Probae cento f. 192—199 legitur post Uergilii Aeneidem; excipiunt eum Bucolica et Georgica. ceteros, qui in indicibus uel catalogis enumerati sunt, hoc loco recensere superuacaneum mihi esse uidebatur.

[2]) Scripturas huius editionis conspirare cum codice Urbinate 353 intellegitur ex eis, quae Mel. Uind. II, 57 exposui.

opera Damiani Granae, edoctus de ea scholiis ab H. Meibomio in libro, qui inscribitur 'Uirgiliocentones', Helmstadii a. MDLXXXXVII emisso, huic opusculo subiectis. ex ceteris editionibus, quotquot euolui, nihil omnino me lucrari posse intellexi.

Ex his quae modo exposuimus intellegitur Probae opusculum olim coniunctum fuisse cum Symphosii Aldhelmique aenigmatis, quae eodem modo quo illud pueris in ludis legenda proponebantur. id quod confirmatur Cluniacensi, Petropolitano, Palatino. deinde cento aenigmatis aut adiectis aut abiectis consociatus est modo cum Uenantii Fortunati modo cum Iuuenci Seduliique carminibus modo cum Cypriani poemate. denique truncatus receptus est in corpus illud carminum, quod libris Laudunensibus continetur.

Iam ut quae rationes inter codices, quos modo enumerauimus, intercedant explicetur, ante omnia statuendum est *A'* et *T*, quibus est praefixum carmen Arcadio dicatum, ex libro, quem ille scribendum curauerat, originem traxisse. de ceteris, in quibus id carmen non legitur, num ex eodem fonte fluxerint, dubitare possis. sed facile comprobari potest eos quoque ad idem exemplar redire. etenim in omnibus eadem est lacuna, eam dico, quam post u. 233 significaui, oratione hiante indicatam. itemque cetera grauiora uitia, quibus adfectus est hic cento, in omnibus inueniuntur. ueluti uu. 461 sq., quos hoc loco posui editionem Romanam secutus, omnes exhibent post u. 466, unde patet uu. 463—466, qui desunt in *V*, omissos a librario in margine adiectos et postea alieno loco insertos esse. adde quod uu. 531—561, qui in omnibus libris extant post u. 548, in eadem editione recte post u. 530 collocati esse uidentur; nam cum Proba ceteris locis rerum gestarum ordinem, qui est in libris sacris, seruauerit, uix credibile est eam hic narrationis seriem temere immutauisse. ac ueri ordinis uestigium quoddam seruatum est in C, in quo post u. 530 leguntur uu. 531—544, post 579 uu. 531—561. adde quod in V desunt uu. 562—579. patet autem has turbas eo ortas esse, quod, cum excidisset folium, id non suo, sed alieno loco insertum est. denique u. 655 ante u. 650 transponendum esse iure opinor

statui in commentariis. sed maxime memorabiles sunt uu. 38 sqq., de quibus mihi hoc loco accuratius agendum est. hos igitur si legeris, primum offendes in u. 38, quem quo traditus est loco stare non posse apertum est. nam quo modo quaeso is cohaeret cum eis, quae antecedunt? nihil certe proficimus uocula *et* in *ut,* quod legitur in *SChCV,* mutata. immo hunc uersum cum eis, quae secuntur, coniungendum atque transponendum esse adparet. dicit enim Proba se ueterum monumenta uirorum uoluentem meminisse Musaeum ante omnes uestrum (hoc explicatur eo, quod gentiles adloquitur) per orbem cecinisse, quae sint, quae fuerint, quae mox uentura trahantur. Musaeum autem dum nominat, sine dubio oracula, quae ei tribuebantur, significat ita, ut Musaei dicta cum oraculis Sibyllinis ab hominibus christianis maximi aestimatis confundat. unde iam patet temere *Musaeum* in libris aliquot in *Moseum* uel *Moyseum* mutatum esse. neque enim Moysen Moseum uel Moyseum dicere potuit Proba neque conuenit cum Moysis nomine illud *uestrum,* de quo supra diximus. deinde reprehendes in u. 40 sqq., quod hominum animaliumque mentio fiat ante elementa, ex quibus animantes corpora uitamque traxisse apertum est. denique u. 42 metri legibus repugnat simulque duo tantum commemorata habes elementa, ignem et aëra. quin autem quattuor hoc loco enumeranda fuerint, non dubitabis, si locum in Uergilii ecloga VI, quo Proba usu est, dico uu. 32 sq., inspexeris. id quod iam animaduertit is, qui in codice π hunc locum misere refinxit. quae cum ita sint, u. 42 ex duobus mutilatis conflatum ac uersuum ordinem turbatum hoc modo restituendum esse suspicor:

39 *felix qui potuit rerum cognoscere causas,*
42 . . . . *et liquidi simul ignis*
. . . . *et caeli mobilis umor,*
38 *omnia et ipse tener mundi concreuerit orbis,*
40 *unde hominum pecudumque genus uitaeque uolantum*
41 *et quae marmoreo fert monstra sub aequore pontus.*

quod si quaeris, quo modo explendi sint uersus mutilati, alterum ex ecl. VI, 32 restitui posse respondeo uerbis *semina terra-*

rumque adiectis. difficilior res est in priore, in quo aquae uel maris mentionem factam esse consentaneum est. quem uersum cum eo, qui antecedit, uocula *ut* coniunctum fuisse proxime ad uerum accedit.[1]) nam quamquam Uergilii carmina diligenter perscrutatus sum, hemistichium ad lacunam explendam aptum non inueni. sed cum Proba saepe Uergilii uerba liberius immutauerit, hoc quoque loco eam hemistichium quoddam, quo ille de mari uel aqua uerba fecerat, tali modo in usum suum conformauisse probabile est. haec igitur sufficiant; nolim enim hariolari, cum satis habeam ostendisse in hoc loco grauiter corrupto omnes libros consentire. nam eos quoque, in quibus immutata est scriptura, testes nobis esse unicuique patet.

Omnes igitur codices cum ex eodem fonte manauisse constet, iam num in genera quaedam discedant explicandum est. ac *La* et *Lb* eadem qua *A* et *T* fraterna necessitudine inter se conexos esse supra diximus. deinde *SChCV* artiore coniungi uinculo facile comprobari potest. etenim in his omnibus legitur post u. 147 hic uersus *In medio ramos annosaque bracchia pandens (tendens),* omissus in ceteris, qui num genuinus sit quam maxime dubitari potest. nam quamquam illud *in medio* conuenit cum Gen. 2, 9, tamen idem fere his uerbis significatur quod eis, quae secuntur *in conspectu.* simul uix ferendum est *ramos* iuxta id, quod legitur in u. 148, *ramis felicibus.* librarios autem saepe numero uersus ex Uergilii carminibus depromptos huic centoni inseruisse satis superque eis, quae mox exponam, demonstrabitur. contra duo, qui in ceteris extant, in his codicibus desunt uersus. quorum prior est 222, quem nullam prae se ferre interpolationis speciem nemo non concedet. adde quod in u. 221 omissa sunt in *S* uerba *per auras,* id quod factum esse propter antecedens *aures* in *auras* deprauatum intellegitur. in *Ch* legitur *per umbras,* in CV *per umbram,* quod ex uersu deperdito adscitum esse non est quod doceam. unde simul colligere licet *ChCV* non ex libro *S* originem traxisse. id quod etiam scripturis

[1]) Huius particulae uestigium quoddam seruatum est fortasse in scriptura *ut,* quam in u. 38 praebere *SChCV* supra diximus.

aliquot confirmatur. ueluti in u. 263 *ChCV* genuinam scripturam *saeuissima* seruauerunt, in *S* ut in ceteris omnibus legitur *sanctissima,* quod nisi per ironiam, quae minime huic loco conuenit, dictum esse statuas, omnino explicari non potest.[1]) alter uersus est 191, quo sublato iam non stat eius loci constructio. quem si quis in *P* quoque deesse dicat, tamen nihil inde efficitur ad artiorem inter *P* et *S* cognationem comprobandam. nam cum qui antecedit uersus eandem habeat clausulam, cur non statuamus eum eodem quo in hoc casu et in illo excidisse. denique u. 251 utpote olim praetermissus atque in margine inferiore adiectus in *SCh* collocatus est post 271. accedit quod librorum *SCh* scripturae plerumque consentiunt, id quod magna ex parte ualet quoque de codicibus *CV,* in quos tamen quaedam ex alio libro illata esse manifestum est. sic *SChCV* et π in u. 7 praebent *Innumeris . . uiduatas,* ceteri *Innumeras . . uiduatis,* 109 *SChC diuersis orbibus orbibus (orbis m² S, orbes ChC),* ceteri *perfectis ordine rebus,* 208 *obientu S (m² obtentu), obiectu ChCV, obtentu* ceteri, 211 *SChCV Prospiciens,* ceteri *Obseruans,* 357 *SChCV clamore,* depromptum ex Uerg. Aen. V, 207, ceteri *feruore,* 411 *SChCV*π *inertes,* ceteri *agrestes* ex Georg. I, 41 desumptum, 426 *SChCV*π *munera,* ceteri *in munera,* 469 *SChCV*π *moniti et,* in ceteris *et* omissum. simul quo modo paulatim serpente interpolatione inquinatus sit hic cento, codicibus *ChCV* edocemur. nam in *Ch* u. 484 duobus uersibus ex Aen. III, 421 sqq. depromptis auctus est ita, ut haec sit eius loci conformatio: *Aestuat atque imo baratri ter gurgite uastos Sorbet in abruptum fluctus. rursusque sub auros Erigit atque omnem cocyti eructat arenam.* quae interpolatio inde nata esse uidetur, quod in libro, ex quo *ChCV* manauerunt, *omnem cocyti,* id quod in *C* et *V* (qui *cocyto* praebet) legitur, scriptum erat pro uerbis *imo barathri.* sed iam magis grassantem interpolationem produnt *CV,* in quibus adiecti sunt uersus hi: post u. 345 *Imperium oceano, famam qui terminet astris,* post u. 684 *Infert se septus*

---

[1]) In uu. 399 et 415 omissa sunt in *S* uerba *alas* et *grates,* leguntur in *ChCV.*

nebula mirabile dictu, post u. 689 *Semper honos nomenque tuum laudesque manebunt,* quorum ultimus in *Rb* quoque legitur. denique ut disputationem de his libris absoluam, id addam in eo codice, ex quo editio Ueneta profecta est, ac sine dubio in aliis etiam libris recentioribus non legi uu. 463—466, id quod factum esse librarii errore a priore *frequentis* ad alterum aberrantis conspicuum est. unde iam explicatur id, quod hi uersus in quibusdam editionibus atque adeo in Migneana non leguntur.

Codices *PLA* cum eis, quos modo enumerauimus, locis a libro S. Germani differant, quodam modo artius inter se coniunctos esse patet; discrepant tamen ita, ut inter *L* et *P* maior quam inter hos et *A* intercedat necessitudo. qua in re id in primis memorabile est, quod in *P* et *L* idem conspicitur error, uersus 201 post uersum 202 transpositus. atque in u. 261 *subueniunt L* praebet, *ueniunt P,* quod ex *subueniunt* ortum esse nemo non intellegit. *A* autem, quamquam plerumque cum *LP* facit, tamen habet aliquot scripturas peculiares, sed minime fide dignas, ueluti 135 *dextraque* (π), 149 *scindere,* 278 *circumuoluitur* (π), 434 *intremuitque* (π), 602 *ruitque (serpitque* π), 611 *pudor* (π), 616 *succisis,* 617 *spinisque,* 621 *tenditis,* 634 *ultima,* atque interdum cum *S* consentit, ueluti 134 *nomine* (π), 189 *quis* (π).

Singularem locum obtinet π. quem, cum modo cum *L* conspiret (cf. 49 *labores,* 174 *uersans),* cum *P* (90 *dispersit),* cum *LP* (dico uersum 201 post 202 collocatum), modo cum *S* (7 *Innumeris . . uiduatas,* 118 *Iamque,* 411 *inertes,* 426 *munera* (om. *in*), 468 *inspirat,* 469 *moniti et*) modo denique, id quod supra ostendimus, cum *A,* traxisse quidem originem statuendum est ex codice, qui *LP* similis fuit, sed haud paucas in eum ex aliis libris scripturas illatas esse. simul compluribus locis prauas exhibet lectiones librariorum aut neglegentia aut licentia ortas, ueluti 19 *prauam,* 24 *pandam,* 61 *subiecta,* quod in *A'* manus prima corrigendo scripsit, 68 *Intendens,* 152 *fallit,* 172 *et perfida,* 237 *speciem,* 240 *cede,* 263 *uatis,* 297 *dura surgens,* 313 *uisu,* 374 *tendit,* 394 *tuis,* 575 *tanta,* 594 *excidiumque,* 679 *gaudetque tuendo.* uerum non solum

eius modi uitiis, sed etiam interpolationibus turpiter deformatus est. nam ut omittam u. 42 in eo ita immutatum esse *Et liquidi simul ignis ut his ex omnia primis Terrarumque animaeque marisque (maris caelique* exemplar Lipsiense, de quo supra mentionem fecimus) *fuissent,* hi septem uersus adiecti leguntur: post u. 34 *Munera uera cano satis est potuisse uideri,* post 69 *Obliquus qua se signorum uerteret ordo,* post 295 *Tunc alnos primum fluuii sensere cauatas,* post 425 *Namque erit ille mihi (semper* add. m²) *deus illius aram Cuncti obtestemur ueniamque oremus ab ipso,* denique post 464 *Edocet humanis quae sit fiducia rebus Admonet inmiscesque cari praecepta parentis,* quorum uersuum primus et alter in *V* quoque extant. prauas lectiones, quas modo enumerauimus, et leuiora quaedam praeterea uitia manus altera, quae eiusdem fere est aetatis, correxit, sed eadem locis integris in margine adpinxit scripturas plane futtiles, partim ex aliis codicibus desumptas partim ab eo ipso, qui corrigendi munus susceperat, profectas aut ex Uergilio [1]) decerptas, ueluti 20 *magis (S),* 26 *magno (cito magno S,* cf. 177 *inspirans π m² S),* 92 *condit,* 151 *Quod si uestra manus,* 160 *lumina (lumine PA),* 214 *qui lumine (LP) format,* 219 *Aspiciunt,* 235 *cum uoce,* 238 *in,* 315 *magnis urgentibus,* 321 *et iussa superba,* 344 *Adueniente uiro,* 366 *putans,* 382 *pulcherrima proles,* 385 *haesere,* 388 *hic,* 390 *tibi (A),* 397 *commixta,* 424 *numine,* 429 *numen,* 438 sq. *Fare age quid uenias iam istinc et conprime gressum Nam quis te iuuenum,* 447 *Hic,* 460 *Conueniunt (A) uitamque uolunt pro laude pacisci,* 464 *operumque laborem,* 491 *nec (ChCV),* 497 *ultra,* 513 *nam te dare iura loquuntur,* 559 *Intremuere uiri,* 580 *Sol ruit interea et montes umbrantur opacae* (idem u. in *Rb* extat ante u. 580), 591 *uestra,* 610 *iuuentus,* 630 *tumultu,* 654 *altis,* 669 *digna,* 678 *tempora (PC),* 681 *contingere.* eadem manus quoque uersum 191 manu prima omissum ex eius modi codice, qualis est *L* uel *A,* in margine adscripsit. denique quod legitur in π post u. 332 *Incipit liber secundus,* cum in ceteris talis inscriptio non extet,

---

[1]) Locos Uergilianos in commentario indicaui.

ad librarium potius malim referre quam statuere Probam hunc centonem in duos libros diuisisse.

Eadem fere quae libri π codicum *Ra* et *Rb* est condicio. nam hi quamquam haud raro discrepant a π, tamen multis locis cum eo faciunt. atque in primis *Ra* propius ad π accedit, id quod scripturis in uu. 24 *(pandam)*, 589 *(ait* om.), 678 *(pectora)*, 692 *(ipsa)* confirmatur. uerum liberi sunt ab interpolationibus, nisi quod post u. 689 in *Rb*, id quod iam supra diximus, idem uersus qui in *CV* insertus legitur. ceterum hic illic in eis scriptura licentius immutata est. sed cum nullus fere horum librorum in re critica factitanda usus sit, non est quod pluribus uerbis de eis exponamus.

Superiore loco, quo codices enumeraui ac descripsi, in *P* uu. 490—527 manu alia, quae tamen eiusdem fuit aetatis, repetitos esse dixi. uerum non ex eodem quo qui antecedunt libro deprompti sunt uersus repetiti, sed ex alio, qui *CV* simillimus fuit, id quod intellegitur his scripturis inspectis: u. 491 *Mortalique (ChCV)*, 492 *Audite et (V, Audire et C)*, 516 *sufferre (CV)*, 520 *relictum est (ChCV)*. atque in eis quoque, qui secuntur, uersibus eodem codice usus est librarius, quod cum per se ueri simile est, tum his scripturis comprobatur: 561 *nautae (CV)*, 568 *Adgreditur (ChC)*, 678 *tempore (tempora C)*.

Quam foedis autem corruptelis libri omnes, in primis *P et S* deformati sint, neminem latebit, qui adnotationem criticam perlustrauerit. ac patet omnes profectos esse ex archetypo mendoso, cuius scripturam continuam cum bene digerere nescirent librarii, factum est, ut uitia uitiis augerentur. sed maius etiam si qui doctiores erant monachi codicibus intulerunt damnum eo, quod scripturam temere immutauerunt et refinxerunt. nam dum in legendo uel docendo aut euoluebant Uergilii quibus utebantur libros aut ea, quae in his legerant, mentibus illorum obuersabantur, scripturas sibi notas probatasque inferre non dubitabant. cuius rei plurima possum proferre exempla, sed, cum in commentario eius modi locos indicauerim uersibus Uergilianis significatis, hoc loco pauca puto sufficient ad eam rem comprobandam: u. 33 *primum* (*P:* Aen. XI, 786 χ), 81

conmixtos (Lπ: Georg. II, 327 *b), 118 Namque (LPA:* Aen. VIII, 524), 134 *nomine (SπA:* Aen. VII, 119 *M corr.),* 174 *traxit* (*P:* Aen. V, 85), 175 *effabilis* (omnes praeter *A:* Aen. III, 621 *Pγabc),* 177 inspirans (*Sπm*²: Aen. VII, 351 *PRγabc*), 189 quis (*SπA:* Aen. V, 631 *PMab).* ac plane eodem modo in complures libros ex aliis scripturas ingestas esse patet, unde quo modo eius generis codices, quales sunt *πRaRb,* extiterint, facile explicatur.

Ex his, quae modo exposuimus, efficitur nobis in uerbis constituendis non unum alterumue librum tamquam certum ducem sequendum, sed ex singulis ea, quae singulorum locorum et sententia et conformatione commendantur, recipienda esse. nam quamquam magna est profecto codicum *L,* cuius partem longe maiorem nobis ereptam esse aegre ferimus, et *P* auctoritas, tamen locis nonnullis in his genuinam scripturam corruptam, in uno uel pluribus ceterorum seruatam esse iam ex eis, quae supra disputauimus, colligitur. sed ut comprobetur, quanto opere in singulis locis recte constituendis hoc uel illo codice adiuuemur, iam pauca proponam exempla. in u. 25 *P,* qui praebet *siue infusa,* germanam lectionem *si uera infusa,* quam coniectura restitui, ex parte certe seruauit, ceteris libris interpolatis. atque ex eiusdem scriptura in u. 454 *cruentos* elicitur quod uerum est *cruentas;* in ceteris *cruentos* deprauatum in *cruento.* 174 quin Proba id quod in *Lπ* legitur *uersans* scripserit, dubitari non potest; in *SA* id mutatum est in *uersat,* in *P* ex Aen. V, 85 *traxit* illatum. 7 *Innumeris . . uiduatas S* deberi iam diximus. 8 *sacrum* traditum est *πRaV,* in ceteris legitur *sanctum.* 175 *affabilis,* 492 *Audiam et haec* solus *A* retinuit, 678 *πRaCh pectora,* ceteris quod huic loco non conuenit *tempora* praebentibus, 411 *SChCVπ inertes,* 263 *ChCV saeuissima.* unde iam quae ratio sit rei criticae in hoc libello factitandae manifestum est.

Disputatione de codicibus absoluta iam qua arte usa sit Proba in hoc centone concinnando, quam rei metricae peritiam ostenderit, denique qualis fuerit quem adhibuit Uergilii codex explicandum est. cuius rei ut solidum iaciatur fundamentum, necesse esse puto ceteros quoque centones, qui ad nostram per-

uenerunt memoriam, accuratius examinare. nam nemo adhuc diligentius in eam rem inquisiuit, nisi quod Burmannus in commentariis, quibus anthologiam latinam instruxit, uersus Uergilianos in singulis carminibus adhibitos si non omnes, tamen multos indicauit, quamquam in hanc rem non id quo opus erat studium contulit, hic illic in apertos errores illapsus, atque, quanta tum erat codicum Uergilianorum notitia, scripturas, quas in singulis uersibus secuti sunt artifices isti, explorare conatus est. quae cum ita essent, hac occasione oblata eam rem denuo tractare et quantum possem absoluere constitui. itaque Centonis nuptialis ab Ausonio confecti, de quo in editione a me curata expositum est, ratione non habita in corpus illud centonum, quod nobis seruatum est codice Salmasiano (Paris. lat. 10318) inquiram ita, ut eis, quas supra significaui, rebus respectis singula carmina eodem quo in libro illo leguntur ordine examinem, uno, quod inscribitur 'de ecclesia' excepto; nam de hoc utpote ab homine christiano profecto et de duobus aliis, qui et ipsi a poetis Christianae legi addictis compositi sunt, postquam de Probae opusculo quae ad rem faciunt exposui, mihi agendum erit. rem autem ita instituam, ut primum uersus Uergilianos in usum uocatos enumerem, deinde quid in eis mutauerint scriptores,[1]) quas rationes amplexi sint in singulis uersibus conglutinandis, quam peritos aut imperitos artis metricae se praestiterint, denique quas scripturas in libris Uergilii, quibus utebantur, inuenerint, breuiter explicem.

C. **VII.** Anth. lat. Riesianae (c. 197 Poet. lat. min. IIII. ed. Baehrens): **1**: A. VII, 490 (i*ll*e; manu *FM*). V, 408. **2**: A. III, 574. V, 506. **3**: A. I, 177 (tu*m*), 297 (*d*emittit). **4**: A. V, 85. **5**: A. II, 474 (conuoluens *V, cf.* G. III, 426). G. I, 234. **6**: G. I, 297. A. V, 135. **7**: A. XII, 102. IIII, 407. **8**: G. IIII, 169 (redole*n*tque). A. VII, 466. **9**: A. I, 423. 212. **10**: A. V, 660. VIII, 180. **11**: A. V, 293 (VIIII, 720). G. IIII, 476 (A. VI, 307). pauca igitur in hoc centone non illepide composito, quo de panificio agitur,

---

[1]) Scripturas Uergilianas, si differunt ab eis, quae extant in centonibus adieci simulque quae discrepant litteris inclinatis significaui. Eclogas, Georgica, Aeneidem siglis E. G. A. indicata esse nemo non intelleget.

in Uergilii uerbis mutata sunt, cf. uu. 1. 3.[1]) 8. illud *conuoluens* in u. 5 scriptor non ex codice deprompsisse, sed ipse et constructionis et metri causa posuisse uidetur.

C. **VIII.** (198). **1**: A. VIII, 377. IIII, 125 (VII, 548). **2**: A. III, 379 (VI, 759). II, 31. **3**: A. VII, 41. VIIII, 320. **4**: A. X, 872 (XII, 668). G. I, 171. **5**: G. II, 527. A. VIII, 472. **6**: A. X, 898. G. I, 137. **7**: G. III, 485. A. VI, 581 (uoluuntur *MP2R*). **8**: A. VII, 338. IIII, 569. **9**: A. II, 125 (XI, 407). II, 200. **10**: A. I, 204. G. IIII, 3. **11**: A. VII, 380. IIII, 581. **12**: A. III, 7. XII, 712. **13**: E. III, 36. A. VIIII, 66. **14**: A. VIII, 718 *(in* templ*is)*. V, 248. **15**: A. XI, 375. V, 643. **16**: A. VIII, 556. G. III, 112. **17**: A. III, 238. XI, 880. **18**: A. VII, 592 (*et saeuae; fort.* quaerunt [quae^{un}rend]). 446. **19**: A. X, 14. XI, 426. **20**: A. XI, 427. **21**: G. II, 499. **22**: A. V, 433 (nequicquam . . uulnera *M*). **23**: G. II, 75 (tenues *γb*). A. II, 244. **24**: A. VI, 733. III, 480. **25**: A. XII, 638. **26**: A. XI, 283. **27**: A. VI, 383. III, 56 (IIII, 412). **28**: A. IIII, 181. VII, 328. **29**: A. VII, 335 (unanimes *b*). **30**: G. II, 282. A. XII, 765. **31**: A. V, 300. VI, 556. **32**: A. VII, 380. VIII, 92 (XII, 163) + G. II, 464 (A. III, 111). **33**: G. IIII, 172 (A. VIII, 450). G. I, 199 (permittunt *add.; fort.* que *delendum*). **34**: A. I, 361 (700. VIIII, 779). G. II, 459. **35**: G. II, 460 (hum*o*). **36**: A. VI, 610. **37**: A. V, 136. VI, 649. **38**: A. V, 302. **39**: A. II, 767. **40**: A. VII, 519. V, 655. **41**: G. IIII, 157. **42**: A. XII, 552. **43**: G. III, 110 (A. V, 368. 458. XII, 553) + A. III, 688. X, 501. **44**: A. II, 39. **45**: A. I, 162 (500. VIIII, 380) + II, 316. V, 616 (est *add.*). **46**: G. I, 196 + A. VI, 170 (X, 410) + G. II, 138. A. V, 155. **47**: A. VIIII, 120. VI, 894. **48**: A. XI, 673. VI, 143. **49**: A. VIIII, 525. **50**: A. VII, 131. III, 7. **51**: A. VIII, 652. I, 419 + E. V, 49. **52**: A. I, 530 (III, 163. VII, 563) + VI, 815. V, 323. **53**: A. VI, 540. G. I, 242 (sublimis *MPγbc*). **54**: G. I, 233. E. X, 27. **55**: E. VIII, 73. A. VI, 581 (uoluuntur *MP2R*). **56**: G. II, 22 (ali*ae* qu*as* . . uia*s*). **57**: A. I, 269 (*uoluendos mens*ibus). **58**: A. III, 39 *(quid lateat*

---

[1]) Libro Salmasiano semper fere *tunc* exhibenti fidem habere non licet. nam eodem modo quo in Probae libris, in primis in *P*, in hoc quoque *tum* in *tunc* a librariis immutari potuit. eius modi igitur locos non enotabo.

in uerbis uel prima *incertum est)*. G. IIII, 3. **59**: G. IIII, 5 *(dicam)*. **60**: G. IIII, 286 (A. III, 379. VI, 759. VII, 40. XI, 315). A. I, 342. **61**: A. V, 318 (*abit*). 185 + 338. **62**: A. V, 338 + II, 316. G. II, 386. **63**: A. XII, 483 (uo*cat*). **64**: A. V, 720. **65**: A. V, 226. I, 495. **66**: A. IIII, 285. **67**: A. I, 218. IIII, 533. **68**: A. XII, 669. **69**: A. XII, 920. 47 (incipit *M?*). **70**: A. XII, 889. E. III, 49. **71**: E. III, 52 (G. IIII, 329). A. VIIII, 741. **72**: E. III, 51. **73**: A. XII, 266 (V, 477; *nam* aduersum *pro eo, quod est in Uergilii codicibus,* aduersos *uel* aduersi *scribendum esse uidetur)*. X, 873. **74**: G. II, 399 (*solum*). III, 45 (adsensu nemorum *om.*). **75**: A. V, 822. IIII, 499, *cf.* VIIII, 442 (X, 323). **76**: E. VIIII, 5. A. V, 751. **77**: A. V, 751. IIII, 210. **78**: A. II, 367. **79**: A. II, 368. E. VIIII, 5. **80**: A. V, 473. 342. **81**: A. II, 679 (X, 651). VI, 66. **82**: E. III, 52. A. V, 384. **83**: A. VII, 400. **84**: A. XI, 12 (XII, 110) + II, 699. XII, 758. **85**: A. XI, 731 (XII, 759). 120. **86**: A. X, 358. XII, 243. **87**: A. II, 288. I, 748. + 217. **88**: A. III, 622. G. II, 383. **89**: E. VIIII, 29 (64. 65). G. I, 301 (que animos *add.*). **90**: A. II, 526. VIIII, 583 (*Ar*cens, *cf.* G. I, 146). **91**: A. II, 527. E. I, 29. **92**: A. XI, 766. **93**: A. XI, 767. VIIII, 58. **94**: A. VII, 591 (caecum *in* dextra *mut.*). **95**: A. V, 426. XI, 683 (est *om.*). **96**: A. VIIII, 725. I, 717 (VI, 261. VIIII, 276) + XI, 893. **97**: A. V, 858. XII, 946. **98**: A. I, 94 (208). **99**: A. X, 811. E. II, 69 (VI, 47) + A. XI, 524. **100**: A. V, 466. **101**: A. VII, 559. **102**: A. VI, 372. 155. **103**: A. V, 336 (VI, 347. 695. VIII, 251. VIIII, 219. X, 717. 739. 878. XII, 752) + II, 121. XII, 895. **104**: A. VIIII, 694. V, 466 (senti*s*). **105**: A. VI, 168. G. II, 192 (A. III, 55. IIII, 134. V, 87. VII, 142. VIIII, 707). **106**: G. III, 505. **107**: G. III, 506. A. II, 316. **108**: A. II, 317. G. IIII, 515. **109**: G. III, 226. **110**: G. III, 227 (caput et *add., cf.* A. XII, 885). A. VIII, 33 (uela*bat, cf.* X, 205). **111**: A. VII, 512. 491 (*fort.* rususque, *quod praebere uidetur V)*. **112**: A. IIII, 2 (uulnus *omnes praeter γ*). XI, 90.

Hunc centonem ut grauiter corruptum ad nos peruenisse, ita ab homine rudi artisque experti compositum esse nemo non uidet. nam ut omittam alios uersus male conglutinatos, alios obscuriores esse, aliquot locis etiam constructio uacillat, ueluti u. 103. *et* in *tenet* productum in arsi u. 62. ex paruis

frustulis consociati sunt uersus uel hemistichia 32. 43. 45. 46. 51. 52. 61. 62. 84. 87. 96. 99. 103, singula uerba mutata in uu. 14. 18. 56. 57. 59. 61. 63. 73. 74. 90. 94. 104, omissa quaedam in u. 74, addita in uu. 33. 89. 110. quod si quaeritur, qualem Uergilii librum habuerit scriptor, notandum est illum in u. 22 et 69 fecisse cum Mediceo, in u. 29 eandem quam *b* exhibuisse scripturam. quod in u. 45 *est* additum, in u. 95 omissum est, utrum codici an scriptori ipsi tribuendum sit, haud facile decernas.

C. **VIIII**. (199). **1**: A. VIII, 82. VII, 162. **2**: E. II, 4. G. IIII, 1. **3**: E. I, 52 (fontes *γbc*). A. I, 625. **4**: A. VIIII, 583. I, 749. **5**: A. VII, 251. I, 350. **6**: A. I, 495. 464. **7**: A. I, 713. **8**: A. VI, 861. X, 551. **9**: A. III, 490. **10**: A. VIIII, 182. X, 303. **11**: A. III, 629. IIII, 559. **12**: A. VIII, 730. **13**: A. II, 758. III, 389. **14**: G. I, 452 (uultu *omnes praeter γ*). A. I, 352. **15**: A. VIIII, 685. II, 792 (VI, 700). **16**: A. II, 792 (VI, 700. X, 685) + VI, 32. E. II, 2.

In hoc quoque centone quaedam deprehenduntur et obscura et inepta. quorum grauissimum est *his* in u. 10, quod ita explicandum est, ut *nymphis* intellegatur. nec minus offenderis in eis, quae secuntur *dorso dum pendet iniquo*. molesta quoque est uerbi *insignis* in uu. 3 sq. iteratio. ceterum nihil nouauit poeta in scripturis Uergilianis. paruas lacinias consuit in u. 16.

C. **X**. (200). **1**: A. XI, 777. **2**: A. VI, 682. E. I, 1. **3**: A. VI, 710. IIII, 94 (numen *omnes praeter dett. aliquot et Baedam*). **4**: A. VI, 454. V, 670. (VIII, 113. VIIII, 781). **5**: A. X, 6. VIII, 114. **6**: A. I, 64. **7**: A. II, 281. VI, 767. **8**: E. II, 20. **9**: E. IIII, 21 (*uerba liberius immutauit atque* et [en?] proprio *ipse addidit scriptor; pro* fuerint *scribendum esse uidetur* referent). **10**: E. IIII, 22. A. I, 278. **11**: E. V, 74. I, 51. **12**: E. IIII, 45. **13**: A. I, 653. VII, 260. **14**: A. X, 96. V, 704. **15**: A. VI, 125 (562; cum sic *om.*). II, 616 (nimbo *omnes praeter Moret. sec.*). **16**: A. XII, 435. **17**: A. VIII, 516. XI, 409. **18**: A. X, 140 (uulnere *omnes praeter γ*, dirigere *Mγ2bc*). **19**: A. XII, 318. **20**: A. IIII, 107. II, 735. **21**: A. I, 320. X, 137 (*nudos* ex *nuda* ortum; *fusos* scribendum). **22**: A. VIII, 260. I, 402. **23**: A. I, 405. VIII, 388. **24**: A. I, 513 (613. II, 378. V, 90. VIII, 121. VIIII,

197. XII, 665). XI, 538. **25**: G. III, 267. A. IIII, 150. **26**: A. XI, 491. E. III, 65. **27**: E. VIIII, 30. **28**: E. VIIII, 31. **29**: E. V, 44 (formosi . . formosior *γbc*). **30**: A. II, 690 (hoc *om.*). III, 328. **31**: A. I, 73 (IIII, 126). **32**: A. IIII, 133 (thalam*o*). 103. **33**: A. VIII, 617 (et). **34**: A. VIIII, 127. III, 485 (V, 16. 79. 464. 532. VII, 330. VIII, 559. XII, 228). **35**: A. II, 701. I, 260. **36**: A. XII, 833. XI, 348. **37**: E. II, 68. III, 49. **38**: A. II, 160. VIII, 404. **39**: A. VI, 621. I, 364. **40**: A. V, 368. VII, 363. **41**: A. VII, 364. **42**: A. II, 54.

Non exiguis, si sententias uerborumque constructiones spectas, hic cento laborat uitiis. ueluti u. 2 legitur *numerum* genetiuo non adiecto, quae res Burmannum mouit, ut de u. 29 post primum inserendo cogitaret. u. 8 quodam modo explicari potest, modo *abundans!* scribatur, et u. 9 fortasse ita sanandum esse, ut *en proprio referent distenta e* (*haec* Baehrens) *l. c.* restituatur, iam supra diximus. sed qui proxime secuntur uersus ineptissime sunt illati neque minus absurdi sunt u. 24 sq. quae cum ita sint, *caelicolae magni* in u. 5 Mauortio relinquendum esse puto. in Uergilianis ille pauca mutauit in uu. 32 (nam *thalamis* uix in libro suo inuenit) et 9, quo loco uerborum ordinem inuertit, omisit uoculas quasdam in uu. 15 et 30. de codice, quo usus est, non habeo quod dicam; cf. u. 3 et 33. in u. 23 hiatus admissus est.

C. **XI**. (201). **1**: A. VII, 641. VI, 261. **2**: A. VI, 194. IIII, 166. **3**: G. III, 552. A. VII, 338. **4**: A. VIIII, 602. VI, 511 (et *probo*). **5**: A. VI, 24. V, 191. **6**: A. VII, 45. 423. **7**: A. VIII, 668. I, 651. **8**: A. I, 12. VII, 205. **9**: A. VIII, 483. **10**: A. VI, 624. VIII, 60 (irasque *c*). **11**: A. VI, 501. **12**: A. V, 291 (ueli*nt*). G. III, 181. **13**: A. V, 292. **14**: A. VIII, 487. XI, 341. **15**: A. IIII, 174. G. IIII, 488. **16**: A. II, 204. V, 291. **17**: A. VIII, 322. III, 502. **18**: A. VI, 521. VII, 573. **19**: G. IIII, 476 (A. VI, 307). A. VII, 162. **20**: A. V, 293 (VIIII, 720). XI, 583 (amore*m*). **21**: A. I, 158. 218. **22**: E. VIII, 8 (A. II, 249. IIII, 169). A. V, 230. **23**: A. V, 362. VIII, 636. **24**: A. VI, 740. G. IIII, 477. (A. VI, 308). **25**: A. III, 140. XII, 287 (? *aut* c. *saltu*). **26**: E. V, 38 (purpureo *codd.*). **27**: A. VIII, 197 (pallida *omnes praeter M1?*). **28**: A. VI, 273. XII, 849. **29**: A. VI, 277. G. I, 304 (A.

IIII, 418). **30**: G. IIII, 481 (*stu*puere). A. VI, 556. **31**: G. IIII, 472. A. I, 361. **32**: A. IIII, 463. **33**: E. VI, 47 (a *in* o *mut.*). A. VI, 63. **34**: A. III, 215. G. III, 263. **35**: A. VIII, 703. **36**: A. I, 623. V, 751. **37**: A. V, 751. III, 60. **38**: A. III, 406 (nequa *in* ecce *mut., cf.* E. II, 46 *al.*). VI, 40 (nec *in* dum *mut.*). **39**: A. VII, 72. E. III, 64. **40**: A. II, 678. X, 458. **41**: A. VIIII, 181. **42**: A. VIIII, 582. XI, 777. **43**. A. XI, 538. II, 61. **44**: A. X, 137. IIII, 150. **45**: A. I, 520. **46**: A. VI, 387 (sic *in* rex *mut.*). **47**: A. X, 811. E. II, 69. (VI, 47). **48**: A. III, 338. XII, 42. **49**: G. IIII, 446 *(fort.* abunde *supplendum, cf.* A. VII, 552). **50**: A. VIIII, 356. 787. **51**: A. XI, 366. 365. **52**: A. IIII, 565. **53**: A. XII, 24. VII, 97 (ne*u*). **54**: A. VII, 96. IIII, 386. **55**: A. X, 742. VI, 672. **56**: A. X, 900. **57**: A. VII, 438. VIIII, 281. **58**: A. X, 880. VIIII, 243. **59**: A. II, 709 (XII, 203). I, 260 (ne*que*). **60**: A. X, 284 (audentes *M2 P2γbc*). XII, 678. **61**: A. XII, 679. V, 709. **62**: A. IIII, 362. **63**: A. VI, 93 (XI, 480). II, 715. **64**: A. X, 134 (fuluum *MRγbc*). **65**: A. III, 685. I, 503. **66**: G. IIII, 170 (A. I, 148. II, 626. VIIII. 59. XII, 684). A. I, 593. **67**: A. VII, 477. XII, 69. **68**: A. VIIII 583. XI, 480. **69**: A. IIII, 68. 697. **70**: G. III, 84. E. II, 68. **71**: G. IIII, 516 (non ulli [nullique *c*] animum *in* nulli quondam *mut.*). **72**: A. IIII, 22. I, 305 (dum *add.;* uoluen*s*). **73**: A. IIII, 286. V, 95. **74**: A. IIII, 284 (affa*tu*). **75**: A. IIII, 76. **76**: A. XI. 551 (subito *in* potior *mut., cf.* A. IIII, 287). **77**: A. V, 546. I, 305. **78**: A. VI, 525. V, 842 (querelas *χ Donati exempl.*). **79**: A. IIII, 10. **80**: A. IIII, 413. VI, 721 (miseri*s;* miserae *uel* miserae est *malim pro* misera et). **81**: A. IIII, 534. XII, 637. **82**: A. I, 642. IIII, 98. **83**: A. VI, 390. V, 384. **84**: A. VII, 454. II, 144. **85**: A. VI, 496. G. IIII, 475. **86**: A. VIIII, 491. II, 558. **87**: A. VII, 791. VIII, 433 (curru*m*que). **88**: A. I, 684. II, 390. **89**: A. VIII, 150. XII, 318. **90**: A. VIII, 388 (cu*n*ctantem, *cf.* XI, 756). X, 858. **91**: A. I, 22. 352. **92**: A. IIII, 333. I, 76. **93**: A. I, 77. X, 43. **94**: A. IIII, 357. I, 77. **95**: A. V, 815. X, 594, *cf.* V, 382. X, 480. XII, 295. **96**: A. IIII, 503. XI, 49. **97**: A. VI, 526. **98**: A. II, 125. **99**: A. II, 131. VI, 790. **100**: A. IIII, 129 (XI, 1). **101**: A. VIIII, 461. XII, 116. **102**: A. VIIII, 176 (? *Nis*us). VII, 564. **103**: A. III, 621. **104**: A. II, 63. VI, 857 (VIIII, 397). **105**: A. I, 361. **106**: A. I, 362. XI, 216. **107**: A. VII, 518. II, 4. **108**:

A. XI, 454. 215. **109**: A. XI, 216. III, 493. **110**: A. XI, 225. VI, 22. **111**: A. V, 132. V, 426. **112**: A. IIII, 135. **113**: A. V, 368. XII, 553. **114**: A. II, 762. 303 (adst*o*, *cf.* A. I, 152). **115**: A. I, 519. X, 355. **116**: A. VIIII, 1. **117**: A. XII, 696. V, 315. **118**: A. I, 83. V, 459. **119**: A. VII, 65. V, 438. **120**: A. V, 325. VIII, 596. **121**: A. VII, 383. V, 147. **122**: A. V, 501 (XII, 552). XII, 444. **123**: A. XI, 187. VIII, 594. **124**: A. VIII, 95 (longo*s* . . flexu*s*). II, 244. **125**: G. IIII, 174 (A. VIII, 452. X, 146. XII, 720). A. XII, 765. **126**: A. IIII, 586. VII, 57. **127**: A. IIII, 298. E. VIIII, 5. **128**: A. VIIII, 394. XI, 550. **129**: A. VI, 66. VIII, 580 (*dum* . . futur*i*). **130**: G. III, 107. **131**: G. I, 44 (A. VIIII, 813). A. XII, 732. **132**: G. III, 215 (uires *MRbc*). E. VIII, 80. **133**: G. I, 88. A. XII, 783 (dum, *quod legitur apud Uergilium, restituendum esse uidetur*). **134**: A. II, 250. 229. **135**: G. IIII, 475. (A. VI, 306). E. V, 62. **136**: A. XII, 374. I, 476. **137**: A. V, 170 (laeuum *MRγbc*). **138**: A. V, 171. X, 556. **139**: A. X, 557 (isti *bc*). VI, 623. **140**: A. V, 533. XI, 715. **141**: A. VIIII, 600. II, 14. **142**: A. XI, 31. VIIII, 560. **143**: A. VIIII, 561. VIII, 636. **144**: A. XII, 546. 832. (submitte *c*). **145**: A. X, 327 (era*n*t; era^{n}t *M*). 42. **146**: A. III, 638. **147**: A. XII, 681. IIII, 294 (V, 828. VIII, 278). **148**: A. V, 575. XII, 757. **149**: A. VII, 496. XI, 565. **150**: A. VI, 589. G. III, 7. **151**: A. V, 172. **152**: A. IIII, 105. **153**: A. I, 130. XI, 361. **154**: A. VII, 292. **155**: A. VIIII, 427 (me*me*). XII, 931. **156**: A. III, 605. VI, 346. **157**: A. VII, 425. **158**: A. IIII, 680. E. VIII, 18. **159**: A. IIII, 373, 569. **160**: A. IIII, 570. V, 859. **161**: A. VII, 2. VIII, 271 (maxima *MPγbc*). **162**: A. VI, 235.

Longum est omnes ineptias, quas scriptor in hoc carmine concinnando admisit, notare. tot enim uersus in eo leguntur insulse conformati et male cohaerentes uel constructionis quodam uitio inquinati uel adeo obscuri, ut quid sibi uoluerit scriptor haud facile eruas. qua de re conferas quaeso uu. 12 sq. 16 sqq. 20 *(uirginitatis)*. 21. 25. 29. 37 sq. 40. 62 *(auersa)*. 66 *(Pariusue)*. 73. 86. 91. 102. 107. 115. 120. 131 sqq. 145. 150. 152. contra metri leges peccatum est in u. 21, in quo *petere* legitur syllaba ultima ui arsis producta; turpis hiatus extat in u. 68. in Uergilii uerbis non multa mutata esse inuenies, cf. uu. 12.

20. 25. 30. 33. 38. 46. 53. 59. 71. 80. 87. 90. 102. 114. 124. 129. 133 (si *tum* a scriptore profectum est). 145. 155, pauca addita in uu. 71. 72. 76. 90. 95, quae ex parte deprompta sunt ex aliis locis Uergilianis. de codice, quo usus est poeta, haec fere statuere licet: A. VIII, 60 (u. 10) is habebat *irasque,* quod in *c* legitur; inerat in eo u. G. III, 263 (u. 34); probabile est in eo extitisse G. IIII, 516 *nullique,* quod *c* praebet (cf. u. 71); denique A. V, 842 (u. 78) exhibebat *querelas,* quod χ et Donati exempla testantur.

C. **XII**. (202). **1**: A. IIII, 257 (arenosum *abc1*). VI, 730. **2**: A. VIII, 203. VI, 595. **3**: A. X, 515. VIII, 334. **4**: A. X, 561. III, 656. **5**: G. IIII, 440. **6**: A. XII, 424, *cf.* G. III, 516 (A. II, 532. V, 333. 448). **7**: A. X, 298. XII, 799. **8**: A. VIII, 256. X, 831. **9**: A. II, 681. VIIII, 398 (et conantem *transposita*). **10**: A. VIII, 260. V, 437. **11**: A. VIIII, 129. X, 446. **12**: A. XI, 71. **13**: A. III, 670 (ad*f*ectare, *M* affectare). **14**: A. I, 44 (exspirantem *R*). E. IIII, 49. **15**: A. XII, 532. 291 + 672 (906). **16**: A. XI, 828. IIII, 705 (uit*a*).

In hoc centone male consuto notandi sunt in primis uu. 3. 7 (in quo et *semel* et *uictis* offendunt). 9 sq. 16. pauca mutata sunt in uu. 9. 12 (nam *adtrectare* eum legisse in libro suo haud ueri simile est). 16. duo frustula conglutinata sunt in altero u. 15 hemistichio.

C. **XIII**. (203). **1**: A. VI, 855. II, 528 + XII, 474. **2**: G. I, 43. IIII, 515. **3**: A. III, 649 ('uictum' *retinendum*). G. IIII, 511. **4**: A. VII, 12. G. IIII, 514. **5**: A. VI, 93. X, 498. **6**: A. I, 315. V, 6. **7**: A. VI, 24. E. VIII, 48. **8**: A. I, 475. 361. **9**: G. I, 414. A. VII, 345. **10**: A. III, 51. I, 350. **11**: A. XI, 267. III, 646 (VII, 404). **12**: A. III, 55. VII, 118 + X, 347. **13**: A. V, 517. G. IIII, 525. **14**: A. III, 628. G. IIII, 488. **15**: A. VIIII, 347. XII, 945 (monumenta *Mc*). **16**: A. IIII, 438. XII, 600 + VIII, 483 (et *add.*). **17**: A. II, 639 (solidae*que*). VII, 709 (in partem *om.*) + I, 520 (XI, 248). **18**: A. X, 834 (uulnera *MPRγbc*). G. II, 484. **19**: A. XII, 64 (accepit *in* accipe ait *mut.*). 888 (et *ex Uergilio pro* at *restituendum esse uidetur*). **20**: A. VI, 882. IIII, 596 (fata *a2*χ). **21**: A. I, 686. VI, 108. **22**: A. III, 234. X, 493. **23**: A. X, 800. II, 215. **24**: A. I, 47. XI, 272.

Pessime conflatum est hoc carmen uersibus ineptissime effictis, ita ut quid indicare uoluerit scriptor plerumque difficile sit intellectu. quamquam in uu. 17 sqq. (male Baehrens uu. 18 sq. post u. 14 traiecit) recte distinguendo sententiae potes succurrere. sic enim scribendum est: *'sanguis' ait, solidae postquam . . fandi — uulnera . . praecordia — 'sanguis, accipe' ait 'uocem'. et* . . hiatus admissus est in u. 11. mutata sunt Uergili uerba in uu. 17. 19, omissa quaedam in u. 17, ex frustulis consuta hemistichia in uu. 1. 12. 16. 17. in u. 20 *fata* legit poeta.

C. **XIIII**. (204). **1**: A. XI, 639 (uulneris *MPRγbc*). XII, 829. **2**: G. III, 58. IIII, 235 (*in* undas). **3**: A. X, 91 (Europam*que*). E. VI, 46. **4**: G. III, 217. A. III, 510. **5**: A. VIIII, 336. III, 538. **6**: A. VII, 500. XI, 904. **7**: A. III, 22. II, 779. **8**: A. II, 61. 59. **9**: A. I, 336. VIIII, 627. **10**: A. XI, 655 + A. VII, 104. V, 676. **11**: A. VIIII, 756 + II, 212. V, 472 (relincunt *P*). **12**: A. III, 365 (nouum *abc;* dictu*que*). V, 477. **13**: G. I, 125. A. V, 533. **14**: A. I, 670 (*n*unc). III, 656. **15**: A. V, 79. 441 (XI, 766). **16**: A. V, 336. **17**: A. VII, 573. X, 610. **18**: A. VII, 488. **19**: A. X, 457. I, 737. **20**: A. V, 858. IIII, 506. **21**: A. II, 701. IIII, 395. **22**: A. VIIII, 817. **23**: A. IIII, 105 (*o*lli). V, 495. **24**: A. V, 820. 763. **25**: A. X, 231. III, 65. **26**: A. II, 729. **27**: A. VI, 523. 357. **28**: A. V. 212. **29**: A. V, 382. XII, 648 (*ne*scia, *cf.* A. I, 718. VII, 381). **30**: A. V, 16. VII, 230. **31**: A. VII, 490 (manu *FM*). 57 (*mi*ro). **32**: G. II, 395. XII, 791. **33**: A. VI, 16. X, 227. **34**: A. VII, 362.

Ut rude atque adeo foedum est carmen XIII, ita hoc uenustate quadam atque elegantia commendatur. omnia enim bene inter se concinunt neque ullo in re metrica uitio aut ulla inepta structura in legendo offendimur. memorabile quoque id est, quod u. 29 sq. sine dubio eius modi picturae significantur, quales frequenter in parietibus Pompeianis conspiciuntur. uerba Uergiliana immutata sunt in uu. 2. 14. 23. 29. 31 (quamquam num recte se habeat in hoc uersu *uero,* ego dubito; facile enim *miro* in *mero* ac deinde in *uero* corrumpi potuit; neque cur *uero* pro *miro* positum sit, explices); bis omissa est particula *que* uu. 3 et 12. ter, uu. 10. 11. 29, praeter locos, quos ad hemistichia conformanda adhibuit, alios quoque respexit.

denique notandum eum A. VII, 490 (u. 31) in codice suo *manu* legisse.

C. **XV**. (205). **1**: A. VI, 861. IIII, 99. **2**: A. II, 13 (et *add.*). I, 372. **3**: A. III, 434. **4**: A. II, 436. VII, 564. **5**: A. I, 544. VII, 52. **6**: A. VII, 812. 162. **7**: A. I, 515 (ardeba*nt*). **8**: A. I, 507. VIII, 295. **9**: A. I, 324. 62. **10**: A. I, 63. **11**: A. XII, 391. I, 344. **12**: A. II, 479 (VII, 783. XII, 579). II, 751. **13**: A. II, 61. V, 430. **14**: A. IIII, 503. 48 (multis *add.*). **15**: A. VI, 179. **16**: A. II, 386 (animis*que; om.* successu). X, 610. **17**: A. IIII, 159 (fuluum *MRγbc*). **18**: A. X, 251. VIIII, 403 (XI, 784). **19**: A. XI, 785 (summe . . sancti *mut. in* sancte . . summi). **20**: A. XI, 786. IIII, 125 (VII, 548). **21**: A. XI, 438. II, 708. **22**: G. III, 110 (A. V, 458. XII, 553). A. XI, 697. **23**: A. VIIII, 645 (mittit *MRγ2b*). G. IIII, 7. **24**: A. VII, 420. **25**: E. VIIII, 32. A. XI, 368. **26**: A. XI, 369. **27**: A. IIII, 115. VI, 85. **28**: G. III, 248 (saeuus *MRγbc*). A. I, 55 (245). **29**: A. XII, 6. VIII, 217. **30**: A. VIIII, 794. III, 656 + VIII, 199. **31**: A. XII, 7. VI, 100. **32**: A. VI, 101. **33**: A. III, 611. V, 740. **34**: A. X, 717. V, 337. **35**: A. XII, 327. **36**: A. VIII, 362. V, 342. **37**: A. VII, 57. **38**: A. V, 409 (*scribendum* senior talis, *cf.* 44). **39**: A. XII, 427 (neque, *quod legitur in codice pro Uergiliano* non, *fortasse temptandum non est*). **40**: A. VIII, 155 (agnosco *M2Rbc*). E. VIII, 29. **41**: A. I, 74. **42**: A. I, 75. VIII, 413. **43**: A. VIII, 541. **44**: A. V, 179 (VI, 304. VII, 46. 736). I, 638. **45**: A. III, 284. **46**: A. XII, 150. **47**: A. VI, 861. G. III, 512. **48**: A. II, 132. VIIII, 107. **49**: A. VIIII, 108. X, 386. **50**: A. XII, 47. VIIII, 638. **51**: A. V, 869. **52**: A. I, 114. G. IIII, 452. **53**: A. XII, 146. I, 234. **54**: A. VII, 145. VIIII, 355. **55**: A. XI, 59. X, 176. **56**: A. VIII, 154. X, 380. **57**: A. VII, 421 (*Turne*). **58**: E. II, 7 (cogis *Pγbc*). **59**: A. VI, 365. XI, 365 (XII, 653). **60**: A. I, 18. E. III, 104. **61**: A. IIII, 219 (orant*em*). III, 463. **62**: A. VI, 376. **63**: A. VI, 377. **64**: A. XII, 230. II, 127. **65**: G. I, 269. A. III, 379. **66**: A. XII, 200. VI, 127. **67**: A. X, 625. I, 610 (a*micum*). **68**: A. IIII, 277. **69**: A. III, 47. **70**: A. I, 513 (613. II, 378. V, 90. VIII, 121. VIIII, 197. XII, 665). II, 121. **71**: A. VI, 108. **72**: A. IIII, 414. 113. **73**: A. IIII, 464 (VI, 285. VII, 183. XI, 78). III, 169. **74**: A. III, 599. II, 652. **75**: A. II, 653. **76**: A. IIII, 576. 438. **77**:

A. IIII, 439 (aut *omnes praeter Gothanum*). **78**: A. X, 466. **79**: A. VII, 437. **80**: E. III, 3 (V, 37. VI, 81. G. I, 154. II, 314. A. I, 475. 749. II, 345. 772. III, 50. 246. IIII, 596. V, 204. 465. 625. VI, 456. 521. 618. 822. X, 596. XI, 53. 563. XII, 598. 870). A. VIIII, 219. **81**: A. VI, 344. **82**: A. X, 467. IIII, 449. **83**: A. XII, 932. VI, 127. **84**: A. II, 650. **85**: A. VI, 523. II, 485 (VI, 427. XI, 423). **86**: A. X, 843 (agnouit *Rγbc*, gemitu*m*). **87**: A. VIII, 154. X, 611. **88**: A. VI, 389. II, 285. **89**: A. II, 286. VI, 533. **90**: A. XII, 694. I, 131 (256. III, 485. V, 16. 79. 464. 532. VII, 330. VIII, 559. VIIII, 280. XI, 501. XII, 228) (sic talia fatur *neque Uergilianum est neque ueri simile id ab scriptore profectum esse; ferri potest* dum t. f.). **91**: A. VI, 455. III, 718. **92**: A. X, 717. II, 288. **93**: A. I, 94 (208). X, 63. **94**: A. X, 64 (uulgare *MRVγ1bc*). **95**: A. III, 39. VI, 868. **96**: A. IIII, 653. **97**: A. V, 49. VIIII, 638. **98**: A. III, 713. VIII, 472. **99**: A. XII, 230. II, 62. **100**: A. IIII, 1 (iamdudum *FGRγbc*). **101**: A. I, 228. IIII, 644. **102**: A. XI, 231. I, 111. **103**: A. I, 227. **104**: A. VIII, 611 (affata *c*, obtulit *PRγbc*). **105**: A. IIII, 475. X, 467. **106**: A. X, 468. XI, 413 (regressu*m*). **107**: A. IIII, 660. XII, 11. **108**: E. IIII, 47. **109**: A. VI, 121. **110**: A. VIIII, 205. **111**: A. VIIII, 206. X, 35. **112**: A. X, 880 (mortem *probo*). IIII, 654. **113**: A. VI, 147. E. III, 52. **114**: A. VIIII, 107. XI, 150. **115**: A. VIIII, 108 (conplera*nt*). I, 712. **116**: A. IIII, 519. 82. **117**: A. IIII, 650. **118**: A. II, 777. IIII, 651. **119**: A. VIIII, 446. G. IIII, 489. **120**: A. IIII, 320 (321). III, 494. **121**: A. II, 145. **122**: A. II, 141. **123**: A. IIII, 316. **124**: A. XII, 816. III, 436. **125**: A. II, 777. VIII, 412 (*om.* ut). **126**: A. XII, 439. E. VIII, 60. **127**: A. IIII, 317. 496. **128**: A. X, 532 (*g*natis). IIII, 660. **129**: A. VIIII, 291. **130**: A. III, 323. G. IIII, 497. **131**: A. III, 461. **132**: A. VI, 546. **133**: A. IIII, 499. **134**: A. IIII, 696 (merita *mut. in* ingeminat, *cf.* A. V, 227. VII, 578). G. IIII, 506. **135**: A. IIII, 697. VII, 357 (est *om. Mγ1*). **136**: A. VIIII, 312. XI, 62. **137**: G. II, 523. **138**: A. XI, 816. VIIII, 250 (dextra*s*que). **139**: A. VIIII, 251 (uultum *MP2bc*). VI, 867. **140**: A. X, 507. XI, 158. **141**: A. IIII, 548. VI, 458. **142**: A. III, 600. IIII, 4 (uultus *MRVbc*). **143**: A. IIII, 5. VI, 363. **144**: A. IIII, 336. **145**: A. III, 629 (oblitusue tui [*Uerg.* sui] *scribendum et statuendum*

esse uidetur ante hunc uersum unum excidisse).[1]) I, 26. **146**: A. X, 493. **147**: A. VIII, 189. 76. **148**: A. IIII, 385. **149**: A. VIIII, 626. **150**: A. VI, 502. VII, 231 (neq*ue uestr*a). **151**: A. VII, 232 (tanti*q*ue). **152**: A. VI, 458. XI, 508. **153**: A. XI, 509. X, 501. **154**: A. VII, 2. VIIII, 249 (tulisti*s*). **155**: A. XI, 160. **156**: A. X, 849. XII, 318. **157**: A. XII, 156 (lacrimis *MRbc*). IIII, 258. **158**: A. VI, 630 (VIIII, 221; adceleremus *omnes praeter bc*). 539. **159**: A. XII, 595 (*pro*spicit). **160**: A. I, 470 (agnoscit *Rbc*). XII, 2. **161**: A. VI, 46. **162**: A. IIII, 705 (calor *scribendum;* delapsus [delabsus *M1*] *fortasse ab scriptore profectum est).*

De hoc centone idem fere ualet quod de eo, qui Hippodamia inscribitur. quamquam si forte pretium utriusque statuendum est, hunc unius assis ut aiunt pluris altero aestimare licet. loci obscuri uel salebrosi uel grauiore adeo uitio adfecti sunt hi: uu. 18 (*aspectans* obiecto non addito). 37 *(generum).* 46 sq. 49. 55. 60 *(sinant).* 70 *(parent).* 127 (*lectum iugalem*, quae uerba quo modo construenda sint, non intellego). 134 *(ingeminat* quid sibi uelit, nemo puto explicabit; praeterea offendit *quia*). 139 (ineptum est *ingressus* mariti uel Admeti nomine non adiecto; et mirum in u. 136 Alcestim mandata dare patri). 153 (obscurissima sunt uerba *fati s. f.*). 159 (ineptum *hostem* de Mercurio dictum). syllabas breues ui arsis produxit scriptor in uu. 23. 34. 120; foedum uitium admisit in u. 87, dico *quīd o.* num autem ei in u. 39 *nēque* tribuendum sit, incertum. in locis decerptis haud multa mutauit; cf. uu. 16. 57. 67. 86. 106. 115. 150. 151. 154. 159. quaedam adiecit in uu. 2. 14, bis singula uerba omisit in uu. 16 et 125. quod in u. 19 *sancte . . summi* scripsit, ex aperta eius neglegentia ortum est. duo hemistichia ex frustulis composuit, cf. uu. 30 et 134. denique de codice, quo usus est, haec adiciamus: scriptum in eo fuisse A. VIIII, 645 (u. 23) *mittit (MR),* E. II, 7 (u. 58) *cogis (P),* A. VII, 357 (u. 135) *locuta* omissa uocula *est (M)* atque exhibuisse eum u. G. IIII, 506 (u. 134) ab Heynio improbatum.

---

[1]) Uersum hypermetrum *oblitus fatorum . .* (A. V, 703) admisisse scriptorem uix probabile est, cum praeter hoc uitium alterum id genus in hoc carmine non inueniatur.

ceterum nequaquam id casu factum esse existimo, quod et hoc et illud de Hippodamia carmen uersus centenos sexagenos binos complectitur; immo si reputaueris simillimam esse amborum centonum condicionem et conformationem et quae intercedit inter amborum prooemia similitudinem respexeris, mecum colliges utrumque carmen ab eodem homine atque eo consilio, ut hi centones inter se responderent, compositum esse.

C. **XVII.** (207). **1**: A. XII, 176 (precanti *Mb2c et v. l. in γ*). **2**: A. IIII, 610. XII, 178 + III, 380 (V, 606. VIIII, 2. 745. 802. X, 760. XII, 156). **3**: A. I, 666. 731 (loquuntur *MR*). **4**: A. III, 136 (conubiis *FMPγa2b2cψ, cf.* IIII, 168, *quo loco* conubiis *omnes praebent praeter RV*). V, 688. **5**: A. V, 699. VIIII, 404. **6**: A. I, 618 (X, 332). VIIII, 209 (aspicis *P*). **7**: A. IIII, 611. **8**: A. IIII, 677. 213. **9**: A. IIII, 214 (VII, 450). IIII, 21. **10**: A. VII, 302. **11**: A. VII, 303 (profu*it, cf.* G. I, 451; carybdis *MRbc*). III, 283. **12**: A. IIII, 412. **13**: A. X, 866. 61. **14**: A. IIII, 413. 438. **15**: A. IIII, 439. 689. **16**: A. IIII, 322. G. IIII, 492. **17**: G. IIII, 493. A. IIII, 221 (oblitus *c1*). **18**: A. III, 629. IIII, 449 (uoluuntur *FMP2γabc*). **19**: A. IIII, 373. I, 352. **20**: A. IIII, 311. **21**: A. IIII, 312 (petere*s*). XII, 878. **22**: A. VI, 878. XII, 63. **23**: A. IIII, 133. I, 639. **24**: A. III, 628. VIIII, 446. **25**: A. X, 100 (summa *PM2γbcm*). **26**: A. II, 689. **27**: A. II, 690. **28**: A. VIIII, 404. **29**: *cf. alt. hem. u. 2.* **30**: A. IIII, 59. **31**: *cf. alt hem. u. 6.* **32**: A. VIIII, 405. **33**: A. IIII, 609. **34**: A. I, 253. **35**: A. X, 611. **36**: A. VIIII, 482. **37**: A. I, 204. **38**: A. III, 711. **39**: A. I, 26. **40**: A. IIII, 11. **41**: A. VII, 423. **42**: A. IIII, 657. **43**: A. IIII, 657. **44**: A. IIII, 541. **45**: E. II, 69 (VI, 47). **46**: A. II, 751. **47**: A. VII, 128 (manebant *R*). **48**: A. IIII, 676 (ignis *aut legisse aut scripsisse Hosidium probabile est).* **49**: A. I, 676. **50**: A. VI, 260. **51**: A. IIII, 547. **52**: A. IIII, 211 + II, 645 (VII, 723. X, 26. XI, 304. XII, 302. 895; *cf.* VII, 469) *(si* errans *recte se habet, statuendum unum uersum excidisse).* **53**: A. V, 28. VII, 195. **54**: A. I, 28. G. III, 283 (II, 129). **55**: A. III, 407. **56**: A. VI, 399. I, 529. **57**: A. I, 529. X, 901. **58**: A. VII, 437. **59**: A. V, 801. IIII, 569. **60**: A. VII, 335 (unanimes *b*). **61**: A. VII, 337. I, 673 (VIIII, 160. X, 119). **62**: A. X, 80. IIII, 489. **63**: A. VII, 336. 337. **64**: A. VII, 338. VI, 598. **65**:

A. VI, 599 (sunt *add.*). V, 6. **66**: A. VII, 559. G. II, 41. **67**: A. VII, 213. III, 461. **68**: A. III, 377. G. IIII, 437. **69**: A. XI, 348 (mine*tur*). **70**: A. VII, 96. I, 203. **71**: A. VII, 339. XI, 365 (XII, 653). **72**: A. VII, 438. XII, 72. **73**: A. XII, 73. VIIII, 219 (inanes *Pγc*). **74**: A. X, 467. VI, 553 (ferro *Mγ2c*). **75**: A. VI, 554. XII, 819. **76**: A. VIIII, 220. **77**: E. I, 11. A. XI, 355. **78**: A. IIII, 431 (antiquum *Mγabc*). **79**: A. IIII, 433. I, 551. **80**: A. IIII, 435. VIIII, 290. **81**: A. IIII, 52 (hiems *b*). XII, 43. **82**: A. VII, 360. II, 89. **83**: A. II, 90 (et *add.*). G. IIII, 447 (quicquam *MR*). **84**: E. VIIII, 5. **85**: A. III, 93 (su*m*missi). VII, 229. **86**: A. VII, 230. XI, 354 (nec). **87**: A. VIII, 395. 386 (exicium *b*, excidium *cett.*). **88**: A. II, 49. IIII, 464 (priorum *FPγabc*). **89**: A. IIII, 569 (*h*eia). V, 384. **90**: A. III, 88. **91**: A. VI, 108. **92**: A. VIII, 580. **93**: E. VIII, 43. A. I, 540. **94**: A. VIIII, 131. 739. **95**: A. IIII, 53. V, 285. **96**: A. III, 285 (hiems *c*). **97**: A. VI, 405. **98**: A. IIII, 51. I, 683. **99**: A. VIIII, 291. **100**: A. XII, 800. IIII, 100. **101**: A. X, 494. III, 436. **102**: A. IIII, 568 (a*t*tigerit). **103**: A. V, 815. **104**: E. VIII, 32. A. VII, 318. **105**: A. XII, 573 (faces). VI, 397. **106**: A. V, 71. **107**: A. II, 249. **108**: A. III, 279. **109**: A. IIII, 528 (VIIII, 225; *heu*) + I, 257 (399. 754. II, 283. III, 488. VI, 868. VII, 365. XI, 365. XII, 439. 653. 820). **110**: A. IIII, 464 *(cf. u. 88)*. **111**: A. X, 501. **112**: A. XI, 49. **113**: A. IIII, 57 (VIII, 544; macta*nt*, *om.* lectas). **114**: A. IIII, 58. **115**: A. IIII, 59. **116**: A. XI, 50. **117**: A. III, 90. **118**: G. I, 484. **119**: A. III, 40 (aures *Mγ2bc2)*. **120**: A. VII, 97. **121**: A. XI, 53. **122**: A. IIII, 522 + I, 691 (VIII, 30). **123**: A. III, 147. **124**: A. IIII, 462. **125**: A. IIII, 463. **126**: A. III, 366. **127**: A. II, 42. **128**: A. XI, 101 + VIII, 286. **129**: A. VI, 397. **130**: A. VIII, 573. **131**: E. I, 1. **132**: E. VI, 67. **133**: A. VI, 172. **134**: A. VII, 67. **135**: E. II, 69 (VI, 47). **136**: A. II, 308. **137**: A. II, 15. **138**: E. V, 9. **139**: G. I, 409 (ae*th*era). **140**: A. VI, 14. **141**: A. VI, 15. **142**: A. V, 517 (a*stris omnes praeter* c, *in quo m1* austris; auris *Schrader)* + XI, 617. **143**: A. IIII, 469. **144**: G. IIII, 523 (reuulsum *MVbc; uide num hic uersus post eum, qui sequitur, collocandus simulque in illo scribendum sit* incensam .. matrem, *ut* uocat *in u. 146 habeat, quo referatur, quamquam teneri potest u. 144 eo quo traditus est loco, modo* incensa . . matre

scribatur). **145**: A. VII, 392 (*accensas*). **146**: A. VI, 572. **147**: G. IIII, 522. **148**: A. IIII, 534. II, 119, *cf.* 81 (uulgi *codd.*, aures *M2γ2abc*). **149**: A. II, 560 (774. III, 48. 298). IIII, 532. **150**: G. III, 259. A. IIII, 451. **151**: A. VII, 309. **152**: A. X, 176. **153**: A. IIII, 376. 539. **154**: A. VI, 110. **155**: A. I, 204. **156**: A. II, 134 (fateor leto *transposita*). XII, 31. **157**: A. II, 101. **158**: A. IIII, 595. XII, 314. **159**: A. XII, 315. X, 29. **160**: A. VI, 37. **161**: A. VI, 377. **162**: E. III, 54 (*scribendum cum Higtio:* casus, sensibus haec imis). A. I, 676. **163**: A. III, 44. **164**: A. IIII, 634 (*om.* Annam). X, 377. **165**: A. X, 378. VIIII, 131. **166**: A. VII, 317. I, 357. **167**: A. VI, 95. **168**: A. III, 459 (quo *q*uemque). **169**: A. IIII, 50. G. IIII, 534. **170**: G. IIII, 535. A. IIII, 51. **171**: E. VIII, 70 (G. II, 394). A. XII, 153. **172**: E. VIIII, 53. A. II, 774 (III, 48. IIII, 280. XII, 868). **173**: A. IIII, 449. 2. **174**: E. VIII, 69. **175**: A. IIII, 489. E. VI, 71. **176**: E. VIII, 95. **177**: E. VIII, 96. 103. **178**: A. IIII, 235 (strui*t* . . mora*tur*). **179**: A. VIIII, 186 (iamdudum *Rbc*). **180**: A. II, 62. **181**: A. X, 279. XI, 14. **182**: A. VII, 122 (hic patria *c*). III, 495. **183**: A. I, 562. III, 278. **184**: A. I, 204. VIIII, 157. **185**: A. VIIII, 158. 615. **186**: G. II, 479 (tumesc*a*nt). **187**: G. II, 481 (A. I, 745; properent se tinguere; properant *restituendum uidetur, cf. u. 186)*. **188**: E. VIII, 107 (certi *M corr.,* certe *cett.;* quid certum *Hosidium scripsisse puto)*. A. V, 20. **189**: E. IIII, 50. **190**: G. I, 396 (nec *in* et *mut.*). **191**: G. II, 126 (Media *interpolatum esse statuit Wakker)*. A. VII, 341 (nigrisque *add.)*. **192**: A. VII, 388. I, 660. **193**: A. VI, 389 (stinc *M* i *supra minio scripta*). **194**: A. I, 666. XII, 800. **195**: A. II, 777 (diuum *Mγ2abc*). **196**: A. II, 777. G. IIII, 332. **197**: A. II, 294 (fatorum *scribendum*). **198**: A. IIII, 565. **199**: A. VI, 51 (de° *b,* deũ *c 1,* dei *cett.*). IIII, 541 (nescis heu perdita). **200**: A. IIII, 561. **201**: A. III, 190. E. VIII, 29. **202**: A. II, 678. **203**: A. II, 660. XI, 369. **204**: A. VI, 94. **205**: A. IIII, 314. VIIII, 492. **206**: A. III, 714. **207**: A. XI, 54. **208**: A. VII, 365. G. IIII, 495. **209**: G. IIII, 496. A. III, 711. **210**: A. IIII, 314. XII, 56. **211**: A. XII, 57. X, 460 *(Burmannum sequor)*. **212**: A. IIII, 316. **213**: A. X, 461 (525; o *add.*). II, 144. **214**: A. X, 19. **215**: A. V, 789. **216**: A. V, 866 (*t*um; dum *tenendum esse uidetur)*. **217**: A. V, 193. VI, 354 (nauis *om.*). **218**: A. I, 53

(luctantis *γ corr. b1?*). **219**: A. V, 802. **220**: A. II, 131. III, 435. **221**: A. VIII, 145. VI, 526 (*om.* magnum). **222**: A. II, 101 + G. II, 46 (longa *mut. in* iussa). **223**: A. X, 42 (sperauimus ista . . *per interrogationem efferendum*). **224**: A. VIIII, 80. G. III, 50 (fort*is*). **225**: A. VII, 281 (semine ab aetherio *scribendum*). **226**: A. VIII, 145 (unde *add. Burmann; an* atque?). G. II, 141. **227**: G. II, 280. **228**: A. III, 46. **229**: G. II, 341 (ferrea *omnes, nisi quod* t *supra* f *scriptum in M*). **230**: G. IIII, 174. A. XII, 720 (uulnera *omnes*). **231**: A. VIIII, 543. **232**: A. VIIII, 544. G. IIII, 238 (uulnera *Rc Non. et Macrob. ω, schol. Iuu.*, uolnera *γ*). **233**: A. VII, 352 (aur*um*). IIII, 485. **234**: A. III, 621. **235**: A. VII, 490 (manu *F*, manu[m] *M*). VI, 422. **236**: A. III, 306. G. III, 433. **237**: A. III, 631. VII, 88. **238**: A. IIII, 272. **239**: A. I, 555. XI, 413 (ne*que*). **240**: A. X, 44 (*Teuc*ris). **241**: A. VI, 546. I, 75. **242**: A. VI, 523. III, 498. **243**: A. III, 499. II, 778 (nec te *mut. in* possem). **244**: A. IIII, 382. **245**: A. IIII, 383. 386. **246**: A. VI, 97. IIII, 555. **247**: A. IIII, 360. **248**: A. VII, 598. III, 495. **249**: A. XI, 112. **250**: A. VII, 421 (Turne *mut. in* heu). **251**: A. IIII, 39. G. III, 515 (sudans *et mihi corruptum uidetur*). **252**: A. II, 436. VI, 218. **253**: G. IIII, 408. A. VII, 423 (quaesitas; quaesitae *correxit Klotz, sed ferri potest* quaesitas, *si* esse *suppleas*). **254**: A. V, 792 (*potest ferri, si scribas* tuis — *et orationem interruptam esse fingas*). **255**: G. II, 140 (*nisi mauis cum Burmanno statuere uersum, qui hunc sequitur in Georgicon libro altero, excidisse, scribendum esse uidetur:* haec loca? non tauri [hic sunt] spirantes . .). **256**: G. II, 142 (gale*is*). **257**: A. VI, 400. 85. **258**: G. IIII, 445. **259**: G. IIII, 446. A VI, 532 (uenis *om.*). **260**: A. XII, 636. **261**: A. VII, 199. **262**: A. X, 72. E. II, 69 (VI, 47). **263**: E. VIII, 48 (commaculare *Mγabc*). A. IIII, 21. **264**: A. X, 93. 69. **265**: A. X, 69. 72. **266**: E. II, 7. 6. **267**: E. III, 51. **268**: A. IIII, 33. **269**: A. VIII, 395 (*fort.* quid petis ⟨hinc⟩ causas, *cf. G. IIII, 446*). X, 95 (*fort.* at⟨que⟩ inr.). **270**: G. IIII, 497. A. VIIII, 156 (est *add. M2Rbc Non. exempl.*). **271**: A. XII, 932. VI, 629. **272**: A. XI, 17. VI, 466. **273**: A. IIII, 369. 370 (est *add. a2*). **274**: A. VI, 806. II, 790. **275**: A. II, 791. XII, 81. **276**: G. III, 525. A. II, 548 (fata *Donat. ad Ter. Adelph. I, 2, 36*). **277**: A. VII, 298.

V, 391. **278**: A. XII, 668 (X, 872). **279**: A. IIII, 368. **280**: A. II, 750. III, 686. **281**: A. III, 31 (VI, 449. 751; est *add.*). G. II, 68. **282**: A. XII, 883. VII, 310. **283**: A. VII, 312. **284**: A. VII, 445. **285**: A. VII, 550. **286**: A. XII, 4. **287**: A. VIIII, 551. **288**: G. IIII, 408. **289**: A. II, 471 (*om.* ubi in lucem coluber). **290**: G. II, 154. **291**: A. II, 472. **292**: A. V, 375. **293**: A. II, 475. **294**: A. III, 331 *(fort. post u. 293 haec exciderunt:* ⟨qualis⟩ fugit ocior euro A. XII, 733; *cf. u. 307ª a Schradero ex G. IIII, 454 suppletum)*. **295**: A. IIII, 472. **296**: A. V, 456. **297**: A. III, 332 (patrias*que*). **298**: A. IIII, 609 (urbe*m*). **299**: A. IIII, 301 *sq.* (*om.* commotis . . stimulant). **300**: A. III, 646. **301**: A. VI, 555 (succincta). **302**: A. VI, 572. **303**: G. IIII, 511 (*om.* populea maerens). **304**: G. IIII, 15 (cruentum *Seru. ad Aen. I, 235)*. **305**: G. IIII, 515. **306**: G. IIII, 511 + 514. **307**: G. I, 293. **308**: G. IIII, 456. **309**: G. IIII, 508. **310**: G. IIII, 465. **311**: G. IIII, 526. **312**: G. IIII, 489. **313**: A. X, 670. VII, 458. **314**: A. VII, 459 (perfudit *M*). **315**: A. XII, 905. G. III, 523 *(Riesium sequor)*. **316**: A. IIII, 280. **317**: A. II, 322. VIIII, 19. **318**: A. V, 694. 790. **319**: A. V, 791. III, 199. **320**: A. III, 362 (VI, 389). II, 149 *(fort.:* fare ⟨age nunc⟩ mihique haec). **321**: A. II, 512. 5. **322**: A. II, 204. VI, 555 (succincta). **323**: A. XII, 118. VI, 252 (inchoat *FMc*). **324**: A. IIII, 506. **325**: A. IIII, 507. VI, 281. **326**: A. IIII, 518. **327**: A. IIII, 486. **328**: A. IIII, 512. **329**: A. IIII, 643. II, 167. **330**: E. V, 38. G. IIII, 182 (casia*m*que crocu*m*que rubente*m*). **331**: A. VII, 13 (nocturno in lumine *M*). **332**: G. III, 451. 449 (sulpura *confirmatur Uergilii codicibus optimis)*. **333**: A. VI, 100. II, 196. **334**: A. VI, 247. II, 583 (si nullum *mut. in* non; nomen *hoc loco temptandum non est. si* A. IIII, 94 *respexit Hosidius, in quo* nomen *testantur* χ *et Baeda, statuendum est eum* non *addidisse)*. **335**: A. II, 614. **336**: A. IIII, 499. XII, 102 (igne*s* *MP2γ1*). **337**: A. VI, 198 (*obseruans*). IIII, 508. **338**: A. I, 88. **339**: A. X, 102. I, 90. **340**: A. VI, 426. **341**: A. II, 732. VI, 557. **342**: A. VI, 558. 257 (umbra*m*). **343**: A. VI, 258. VIII, 240 (refluit*que* *Burmann; sed* refluit *non est temptandum*). **344**: A. VII, 518 (*trep*idae, *cf.* A. II, 489). **345**: A. VII, 341 (exim *uel* exin *codd.*). **346**: A. VI, 607 (exurgitque *Pγ*). **347**: A. VII, 454. **348**: A. VII, 455. **349**: A. IIII, 362 +

408. VII, 435 + II, 76 (III, 612). **350**: A. VI, 687. XI, 510. **351**: A. VIIII, 404. III, 89. **352**: A. VII, 339. **353**: A. VI, 366 (*om.* inice). XII, 778. **354**: A. VII, 445 (ira*s*, *cf. u. 284*). **355**: A. VI, 288. VII, 451. **356**: A. X, 607. VI, 85. **357**: A. VIII, 400. XII, 805. **358**: A. VII, 337. I, 673. **359**: A. VIII, 401. VI, 514. **360**: A. VIII, 403. **361**: A. II, 152 (621. III, 607. IIII, 238. 331. 663. V, 740. VI, 633. VII, 212. VIII, 276. 387. VIIII, 104. 410. 743. X, 246. 482. 530. XII, 574). VII, 561 (adtollit *b1*). **362**: A. V, 637. VII, 562 (supera *γc*, super[a] *b*). **363**: A. IIII, 563. VIII, 432. **364**: A. VIII, 432 (*miscebant*, *cf.* 485). I, 655. **365**: A. VIII, 436 (*certa*tim, *cf.* III, 467. V, 259). *alterum hemistichium, si recte se habet scriptura tradita, consutum est ita, ut* flamma *depromptum sit ex* G. III, 271 (A. IIII, 66. VI, 226. VII, 462), uolantem *ex* A. XII, 370. **366**: A. II, 215 (VII, 136. X, 894. XI, 555). VIII, 253. **367**: A. VIII, 254. III, 29. **368**: A. III, 30. **369**: A. II, 379. **370**: A. VI, 454. V, 716 (est *om.*). **371**: A. IIII, 76. XII, 912 (sequuntur *M*). **372**: A. II, 103. V, 384. **373**: A. XI, 176 (memores regi *transposita*). **374**: A. XII, 296 (habe et *M*). **375**: A. VII, 555. **376**: A. IIII, 494 (piram *γb*). V, 645 (regia *mut. in* maxima, *cf. 644*). **377**: A. IIII, 495 (iam *add. Oudendorp*). 637. **378**: E. VIII, 65. G. III, 451. **379**: A. IIII, 638. **380**: A. IIII, 639. **381**: A. XII, 696. **382**: A. VII, 293. **383**: E. II, 45 (formose *bc*). A. V, 648. **384**: A. III, 490. **385**: A. VII, 362 (et *add.*). X, 443. **386**: A. III, 42. G. IIII, 324. **387**: G. IIII, 325. A. VII, 402 (si *del. Burmann*). **388**: A. X, 532 (*g*natis). II, 675. **389**: A. II, 709 (cadent). **390**: A. II, 690. VII, 454. **391**: A. II, 772. VI, 494. **392**: A. VIIII, 12 (dubitem *Burmann ex* A. VIIII, 191). 320. **393**: A. XII, 159. VII, 338. **394**: A. V, 798. VI, 530. **395**: A. X, 901. E. X, 28. **396**: A. X, 900. II, 548 (*cf. u. 276*). **397**: A. X, 333. II, 619. **398**: A. II, 118. **399**: A. IIII, 307. V, 783. **400**: A. IIII, 39. E. VIII, 47. **401**: E. VIII, 48 (*cf. u. 263*). A. II, 595. **402**: A. IIII, 516 (praeruptus *γ2c1χ schol. Luc.*). **403**: A. X, 188. I, 27. **404**: A. VI, 512. X, 600. **405**: A. VIIII, 356. **406**: A. I, 28. VIII, 563. **407**: A. II, 701. G. III, 181. **408**: A. XII, 620. **409**: A. XII, 694. 793. **410**: A. VI, 343. **411**: A. VII, 545. VIII, 612. **412**: A. VIII, 613. VI, 868. **413**: A. II, 10. VI, 133. **414**: A. VI,

759. **415**: A. XII, 213. IIII, 453. **416**: E. VI, 47 (52). A. XI, 480. **417**: A. V, 293 (VIIII, 720). I, 707. **418**: G. IIII, 475 (A. VI, 306). A. XI, 50 (cumul*a*tque). **419**: A. II, 715 (VIII, 598). VIIII, 618. **420**: A. II, 680 (subito *MPVγ1b1*). **421**: A. II, 682. V, 683 (descend*it*). **422**: E. VIIII, 60 (G. III, 139. A. I, 721. II, 269. IIII, 76. 161. VI, 103. VIII, 373. XI, 705). VII, 77 (Uulcanum *Pγbc*). **423**: A. VII, 75. **424**: G. III, 565 (sequeb*a*tur). 566. **425**: A. IIII, 123 (diffugient). II, 130. **426**: A. IIII, 164. V, 677. **427**: A. V, 678. 662 (Uulcanus *Mbc*). **428**: A. V, 684 (heroum *mut. in* herbarum, *cf.* A. XII, 396). **429**: G. III, 549. *alterum hemistichium non extat apud Uergilium.* mirabile dictu *legitur* G. II, 30 (III, 275. A. I, 439. II, 174. IIII, 182. VII, 64. VIII, 252), miserabile uisu A. I, 111. *ex his igitur Hosidius* miserabile dictu *contexuit, nisi forte aliquo loco* miserabile dictu *legit, cum frequentissima sit uerborum* miserabilis *et* mirabilis *in libris scriptis confusio.* **430**: A. VII, 561 + G. III, 276 (scopulos *restituendum esse patet; sed scriptura totius hemistichii incerta; fortasse* illa autem scopulos, *ut* per *ex altero membro supplendum sit).* A. VIIII, 58. **431**: A. VII, 477. XII, 847. **432**: A. XII, 848. **433**: A. VIIII, 548. XI, 88. **434**: A. VIIII, 490 (sequ*a*r). II, 70. **435**: A. VIIII, 427. 493. **436**: A. VIIII, 494. III, 654 (animam hanc *transposita;* potius *om.*). **437**: A. VI, 458. I, 364. **438**: A. VI, 788. 152. **439**: A. II, 214 (VI, 22). III, 488. **440**: E. V, 42. **441**: E. VIII, 47 (saeuus *Mγabc*). **442**: E. VIII, 48 *(cf. u. 263).* A. XII, 805. **443**: A. VII, 557 (te *mut. in* et). **444**: E. VIII, 49. A. X, 668. **445**: A. X, 669. II, 539. **446**: A. II, 668. VIIII, 37. **447**: A. X, 811. 649. **448**: A. VI, 529. I, 676. **449**: A. XII, 892 (animis). XI, 368 *(Burmannum sequor;* tantum *om.).* **450**: A. XI, 369. **451**: A. XII, 889 (haec *add. Burmann*). VIIII, 560. **452**: A. VIIII, 561. XII, 892. **453**: A. XII, 893 (clausumque *MRγbc).* **454**: A. VI, 527. **455**: A. X, 879 (terres *om.*). VII, 128. **456**: A. VII, 129 (exitiis *omnes praeter Gothanum).* **457**: A. VIIII, 135 (est *FPRγbc*). III, 11. **458**: A. I, 341. XI, 196. **459**: A. VI, 796 (*ex*tra). XII, 793. **460**: E. III, 79 (formose *γbc*). 109. **461**: E. III, 110.

Hosidium Getam, qui aequalis fuisse uidetur Tertulliani (cf. de praescr. haer. 39, qui liber scriptus est ante annum p.

Chr. n. CCII), in centone suo componendo ante oculos habuisse Medeam Senecae Burmann intellexit. quo modo autem imitatus sit hanc fabulam, exponere non huius loci esse existimo neque de scaenis ab eo constitutis et personis, quas induxit, accuratius agere mihi in animo est. id unum adnotabo uu. 317—320 falso tribui in codice Creonti, cum potius adsignandi sint nutrici, id quod elucet ex u. 373. nam si adfuisset in scaena Creon, cur quaeso haec dixisset nuntius? insulsum autem plane est hoc carmen atque adeo ridiculum, ut mireris illius aetatis homines eruditos id dignum habuisse, cuius uel mentionem facerent. rude enim est omnique arte destitutum neque ulla in eo conspicitur uenustas et elegantia. immo multi insunt uersus male decerpti aut contexti, multi loci obscuri atque inepti uel cum grammaticae legibus parum conuenientes.[1]) plerumque nihil aliud ad legentium aures accidit nisi inanis uerborum pompa et strepitus. cuius rei luculenta sunt exempla nuntii orationes 321 sqq. et 411 sqq. nec minus quam misellus fuerit artifex Hosidius, comprobatur eo, quod tot uersuum particulae in hoc centone, nonnumquam post exiguum tantum interuallum, iterantur, ueluti 2 (29). 6 (31). 88 (110). 301 (322). quid quod eadem ter recurrunt, ueluti 49 (162. 448). 263 (401. 442). denique artis uersuum pangendorum labentis plurima in eo extant uestigia. etenim hiatus admissos habes in uersibus nouem: 13. 54. 62. 87. 158. 232. 317. 320. 412, quos omnes Uergilii auctoritate non licet defendere, in u. 435 adeo duplicem post *me me* et post *in me* hiatum adhibuit. ui arsis breues syllabas produxit undecies: in uu. 16. 73. 82. 156. 173. 192. 315 (?). 337. 341. 343. 424, in thesi *tot* u. 250, *quid* 35. quod in u. 205 legitur *fugis hoc* eo explicatur, quod *h* consonantis uim habet; cf. 93. 243. 455. sed eo usque licentiae progressus est Hosidius, ut coniunctis uersuum Uergilianorum particulis iusto longioribus etiam uersus innumeros efficeret, ueluti 93. 172. 196. 357. 387. 391. 392. 430. 446, scilicet cetera non curans, dummodo legitima esset in uersu clausula, unde Riese coniecit

---

[1]) Quamquam loci aliquot tolerabiliores fiunt aptius distinguendo, id quod hic illic, ueluti eis, quae ad uu. 223. 254. 255 adnotaui, me ostendisse puto.

hunc centonem incohatum potius quam perfectum ab scriptore relictum esse. sane quidem eius modi monstra aliquot facili negotio tolli possunt ita, ut aut eiectis aut immutatis quibusdam uerbis iusti constituantur uersus: neque negandum est hunc centonem miserrime deprauatum ad nostram memoriam peruenisse atque uersus illos interdum ita comparatos esse, ut, utrum ab scriptore ipso an a librariis profecti sint, haud facile discernas. librarios enim uersuum Uergilianorum memores hic illic ex eis intulisse scripturas edocemur luculento exemplo in u. 191, quo loco *Media* interpolatum esse intellegitur ex uersu sequenti, cuius subiectum est Medea.[1]) sed si quis omnes eius modi locos immutare atque in iustam formam redigere conabitur, id quod fecit Baehrens, frustra consumet operam in quibusdam uersibus, quales sunt 93. 172. 391. quis enim quaeso sibi persuadebit in u. 391 *laniatum* ab librario illatum et scribendum esse *abruptum,* quod ita usurpatum neque apud Uergilium neque apud ceteros scriptores legitur. scripturas Uergilianas multis locis immutauit Hosidius (cf. uu. 11. 17. 52 (?). 69. 168. 178. 186. 190. 216 (?). 222. 233. 243. 250. 253 (?). 256. 297. 330. 334. 337. 342. 344. 364. 365. 389. 418. 421. 424. 425. 443. 449. 459), aliis quaedam addidit, ueluti in uu. 65. 83. 191. 213. 226. 281. 320 (?). 377. 385, aliis singula uel etiam plura uerba omisit, ueluti in uu. 164. 217. 221. 259. 289. 299. 303. 353. 370. 455, quinquies uerba transposuit: in uu. 156. 199. 269 (?). 373. 436. saepius hemistichia ex frustulis binorum uersuum consociauit, ueluti in uu. 2 (29). 109. 122. 128. 142. 148. 306. 349. 365 (?). 430, quibus adde uu. 222. 364. 376, in quibus alios simul respexit, et u. 52, in quo ultimum uerbum ex alio loco desumpsit. iam de codice, quo usus est, agamus. huius igitur scripturae plurimae cum Mediceo conueniunt: A. XII, 176: u. 1 (precanti *b2c*), A. VI, 553: 74 (ferro *γ2c*), G. IIII, 447: 83 (quicquam *R*), A. VI, 389: 193 (stinc?), A. VII, 490: 235 (manu *M1F*), A. VII, 459: 314 (perfudit), A. VII, 13: 331 (nocturno in lumine), A. XII, 893: 453 (clausumque

---

[1]) U. 196 fortasse ita est constituendus, ut *eueniunt* tamquam uersus imperfectus a ceteris uerbis seiungatur.

Rγbc). his accedunt: A. II, 680: 420 (subito *MPVγ1b1*), A. X, 100: 25 (summa *M2Pγbc*). contra eadem, quae in *PF* legimus, habes A. IIII, 464: 88 (110 priorum *γabc*), A. VIIII, 135: 457 (datum est *γbc*), quae in *Rγc*, G. IIII, 238: 232 (uulnera), quae in *b*, A. VII, 335: 60 (unanimes), A. VIII, 386: 87 (exitiumque), A. VI, 51: 199 (deo), quae in *γc*, A. VII, 562: 362 (supera), A. IIII, 516: 402 (praeruptus), quae apud Donatum ad Ter. Adelph. I, 2, 36, A. II, 548: 276 (fata), quae apud Seruium ad Aen. I, 235, G. IIII, 15: 304 (cruentum). aliis locis res incerta est, cum ambigere liceat, utrum scripturae ex codice, quo utebatur Hosidius, fluxerint an ab ipso illatae sint. huc pertinent: A. VIIII, 209: 6 (aspicis *P*), A. VII, 128: 47 (manebant *R*), A. IIII, 221: 17 et A. VII, 122: 182 (oblitus, hic *c*). similis est condicio horum locorum, de quibus, num scripturae, quae in centone extant, originem traxerint ex immutatione uel adeo neglegentia quadam scriptoris an ex libro prouenerint, constitui non potest: A. IIII, 676: 48 (ignis), G. I, 409: 139 (aera), A. V, 517: 142 (auras), A. VII, 392: 145 (accensas), A. II, 134: 156 (fateor leto), E. VIII, 107: 188 (certum), A. XI, 413: 239 (nec), A. IIII, 370: 273 (est *om.*), A. VII, 445: 354 (iram, *cf.* 284), A. IIII, 609: 298 (urbem), A. VII, 518: 344 (trepidae), A. XI, 176: 373 (regi memores).

C. **XVIII**. (208). **1**: A. IIII, 607 (lustra*s*). **2**: A. VIII, 591. **3**: A. VIII, 717. **4**: A. VIII, 608. **5**: A. I, 492. **6**: A. VIII, 609 (XI, 479). IIII, 99. **7**: A. VII, 74. VIII, 653. **8**: A. I, 338 (uid*es*). **9**: A. I, 500. 734. **10**: A. V, 553 (*om.* pueri *et* que). II, 205 (li*tora*). **11**: A. VII, 170. **12**: A. VII, 175 (hae *in* quo *mut.*; sacrae *bχ et fortasse γ1*). A. I, 395 (atque *add.*). **13**: A. VII, 176. **14**: A. V, 830 (VIII, 689). I, 497. **15**: A. IIII, 166. V, 619 (repon*it*). **16**: A. IIII, 167. **17**: A. IIII, 168. I, 638. **18**: A. I, 725 (fit *MRγ2c*). **19**: A. I, 726. VIIII, 618. **20**: A. VIIII, 503. **21**: A. VIIII, 504. I, 57. **22**: A. V, 451 (XI, 192). I, 740. **23**: A. VI, 646. **24**: A. VI, 647. **25**: A. I, 707. **26**: A. I, 708. **27**: A. I, 335. 663 (a*d*fatur). **28**: A. I, 664. **29**: A. VI, 788. XI, 374 (ill*um*). **30**: A. XI, 375 (qu*i*). VIIII, 336. V, 295. **31**: A. VII, 53. **32**: A. XII, 225 (cui *MRγbc*). **33**: A. XII, 226 (erat *in* inest *mut.*). II, 773. (*fortasse* et ipsa, *ut* nota *illatum esse statuamus a librariis*).

34: A. VI, 129. X, 649. **35**: A. IIII, 12 (VI, 848). VI, 104. **36**: G. III, 103 (250). A. IIII, 150 (*t*antum). **37**: A. I, 589. VIII, 660 (tum *in* cui *mut.*). **38**: A. VIII, 661. IIII, 138. **39**: A. IIII, 139. **40**: A. X, 134. VIIII, 102. **41**: A. VIIII, 103. **42**: A. XI, 586 (cara *scribendum*). **43**: A. VIIII, 287. **44**: A. IIII, 525. I, 683. **45**: A. IIII, 126 (I, 73). **46**: A. IIII, 127. V, 538 (mon*i*mentum). **47**: A. VIIII, 741. **48**: A. I, 688. IIII, 102. **49**: A. IIII, 103 (frigio *F*?). **50**: A. XI, 355 (quin *in* cui *mut.;* natam *MPγb*). **51**: A. XI, 356 (de*s* . . iung*as*). **52**: A. I, 689. **53**: A. I, 690. VIIII, 319. **54**: A. IIII, 115. 382 (*pi*a). **55**: A. I, 687. **56**: A. V, 429. **57**: A. II, 620. VIII, 389. V, 844. **58**: A. IIII, 122. 125. **59**: A. VI, 105. **60**: A. VII, 434. III, 611. **61**: A. VIII, 251 (ille; pericli est *Pγbc*). **62**: A. IIII, 414 (submittere *b*). **63**: A. IIII, 55. **64**: A. XII, 70. VI, 406. **65**: A. X, 788 (trepidanti *mut. in* flagranti; instat *mut. in* infert; infert *legitur in uersu ultimo* G. II, 145. A. V, 622. VIIII, 53. XI, 742). **66**: A. VIIII, 434. **67**: A. VI, 637. I, 274 (*om.* partu). **68**: A. VI, 786.

In hoc centone nequaquam idem, quod in multis emicat Luxorii poematis, ingenium cernitur. nam non solum languidum est hoc carmen leporeque omnino destitutum neque ullo pacto cum Ausonii centone nuptiali, quem fortasse ante oculos habuit poeta,[1]) comparandum, sed insunt etiam in eo loci inepti, ueluti u. 21. 44 (quo loco offendit: *noctem non amplius unam*). 52 sq. 56 (non conuenit praesens cum futuro, quod antecedit). 62 (abundat *et*). 63. 67 sq. in scripturis Uergilianis non pauca mutata sunt; cf. uu. 1. 8. 10. 12. 15. 29. 30. 33. 36. 37. 50. 51. 54. 63. 65, quaedam omissa in uu. 10 et 67, *atque* additum in u. 12. hemistichia ex frustulis conglutinata sunt in uu. 30 et 57. uersum uitiosum, qui est XXXIII, non a poeta ipso profectum, sed hoc loco a librariis turbatum esse, cum talis licentiae alterum non inueniatur exemplum, iam supra adnotauimus. restat, ut de libro, quo usus est Luxorius, quae erui possunt, adiciamus. extabant igitur in eo hae scripturae: A. I, 725: 18 *fit (MRγ2c)*, VIII, 251: 61 *pericli est (Pγbc)*,

[1]) Quam in rem conferas eosdem uersus, quibus Ausonius in simili re usus est, adhibitos, ueluti L. 37: A. 51, 44: 95, 57: 86, 63: 100, 64: 105, 65: 109.

IIII, 103: 49 *frigio* (*F*?), VII, 175: 12 *sacrae* (*bχ* et fortasse *γ1*). denique notandum est in libro illo fuisse uersum A. IIII, 126: 45 a Peerlcampio ut insiticium reiectum.

Quae Ausonius in epistula Centoni nuptiali praemissa de eius modi artificiis conficiendis praecepta dedit, neque ipse diligenter obseruauit neque ceteri poetae centonarii curauerunt. nam caesuras in uersuum particulis concinnandis haud raro illi neglexerunt et binos uel adeo ternos uersus iunctim collocauerunt. cuius rei exempla ex omnibus centonibus proferre possum; sed longum est talia enumerare. unum autem, de quo egit L. Mueller de re metr. p. 466, hoc loco breuiter tangam. etenim quamquam poetae illi saepius hexametros imperfectos, qui apud Uergilium leguntur, intactos reliquerunt, ueluti Anth. lat. 8, 39; 17, 103. 254. 335. 348. 402. 456, tamen nonnumquam eos aliorum uersuum particulis adiectis explere non dubitauerunt, ueluti 11, 95 et 96; 15, 14, atque adeo ipsi eius modi tibicines effinxerunt, ueluti 8, 63. 83. 98. 101; 17, 398. unde iam patet lacunam in Hosidii uersu, quem ultimo loco posuimus, statuendam non esse. atque ut simul de Proba ceterisque quos subieci centonibus rem absoluam, Proba uersus imperfectos omnino non admisit, duos, qui apud Uergilium leguntur, hemistichiis in uersibus 449 et 598 adiectis explere non dubitauit. idem ualet de Pomponio, Tityri auctore, nisi forte statuis eum uersum 132 consulto imperfectum effinxisse; certe in uu. 18 (cf. 51 sq.) et 124 eandem quam Proba rationem secutus est. in carmine de uerbi incarnatione uersus imperfectus adhibitus non est, in centone de ecclesia unus eius modi uersus extat 103 *stant circum* ex Uergilio desumptus.

His expositis iam ad Probae centonem adgrediamur simili eum ratione examinaturi. quod si ceteris, quorum libelli ad nostram memoriam peruenerunt, poetis centonariis res plerumque haud bene cessit, facile intellegitur Probam, etsi magna poetica uirtute instructa fuisset, nullo pacto carmen, quod laude dignum esset, conficere potuisse. nam fabulae antiquae quodam modo uersibus Uergilianis explicari poterant, sed historiam sacram hoc modo enarrare profecto absurdissimum est. nihil igitur mirum, si in hoc opusculo permulta inueniuntur, quae

inepta sint atque adeo peruersa, quae tam obscura tenebrisque inuoluta, ut nisi rebus ipsis ante cognitis lucem eis adferre non possis, quae artis grammaticae legibus sermonisque usui repugnent. nam ut res narratae accommodantur uerbis Uergilianis, ita haec detorquentur ad eas res significandas. angustis autem terminis ipsa circumscripta est narratio; maior pars libelli inanibus, quibus sententia subiecta non est, uerbis continetur, quae quo grandius sonant, eo magis aures offendunt. sed aliter statuebant de his rebus aequales Probae, qui praua opinione mente concepta eius modi artificia operi uermiculato non bene, sed male composito similia mirum quantum aestimabant. iam ut exempla aliquot uitiorum, quae supra significauimus, adferamus, nimia breuitate atque haud exigua obscuritate laborare patet ea, quae 345 sqq. de Christo nato, 372 sqq. de Maria Aegyptum fugiente (uerba *plena ad praesaepia* et *angusti subter fastigia tecti* potius eis, quae Luc. 2, 16 leguntur, respondent), 580 sqq. de cena domini (noctis in olitueto transactae ne mentio quidem fit; immo 599 Christum post cenam quieti se dedisse dicitur), de Iesu capto, illuso (id tantum in u. 612 uerbis *certantque inludere capto* indicatur), in crucem sublato narrantur.[1]) quamquam concedendum est alios quoque poetas christianos eadem fere in rebus historiae sacrae explicandis breuitate usos esse, cum scirent lecturos eas et pueros diligenter didicisse et adultos bene memoria tenere.[2]) plane otiosa sunt quae leguntur in u. 117 *primis extemplo a mensibus anni* et 159 *tantarum gloria rerum,* quibus adiectis nihil aliud quam ut uersus explerentur curatum est. uersum 458 si non intexuisset opusculo suo Proba, rectius sine dubio egisset. inscite atque absurde conglutinata sunt ea, quae uu. 419 sqq. continentur. iam *tempus* in u. 390 haud magis intellegitur quam *haustus* in u. 108 uel *saucius* in u. 435. neque enim de pudore uel dolore serpentis cogitandum est neque ueri simile eum Christi adspectu confusum esse, cui rei quae antecedunt quaeque secuntur (*infremuitque ferox* et *uoce su-*

---

[1]) Cf. Ebert, Gesch. der Lit. des Mittelalters, I, 121.

[2]) Cf. p. 353.

perba) repugnant. risum mouet *flagrantis dei* in u. 356, quod ut bene dictum est de Amore coniunctum cum uerbo *uultus*, ita pessime de Christo. patet autem Probam opinatam esse *flagrantis* eandem fere quam *radiantis* uim habere. u. 254 temere mutatum est *herbam* in *terram*; nam neque conuenit *terram* uerbo insectandi neque, cum *h* consonantis uim haberet, necesse erat, ut *herbam* abiceretur. mire dicta sunt de Christo 382 *caelestis origo* (cf. 32, 347, Anth. lat. 12, 1), 453 *uenerabile donum*, 615 *sacram effigiem*, quae eo explicantur, quod Proba, cum ipsis Christi, Mariae, Ioannis aliorumque nominibus utpote in Uergilii carminibus non obuiis uti non posset, eos aut communibus uocabulis, qualia sunt deus, dominus, magister, heros, mater, uates, aut quodam uerborum ambitu significare coacta erat. denique ut de mendis uitiisque sermonis quaedam adferam, u. 316 legitur *eripuit . . ut genus unde . . reuocetur haberet* (in *RbChV reuocetur* mutatum est in *reuocaret*),[1] 326 *ruebant* (expectes *ruerint*, cf. 328 *conplerint*), 98 *cessauit* (scribere debebat Proba *cessat*, cf. 97 *dant*). male redundat *et* in u. 314 nec minus *que* post *totius* in u. 322; contra 564, 602 *pueri, patribus* inuenitur, particula *que*, quae necessario requiritur, non adiecta. superfluum atque adeo peruersum est *uero* 553, aptissimum Aen. VII, 78.

Haud raro autem Proba uerba Uergiliana in uersibus contexendis immutauit. nam quamquam hic uel ille uersus aut uersus particula bene rei conuenire uidebatur, tamen aut tempus uel modus uerbi repugnabat aut casus substantiui aut genus pronominis aut coniunctio aut denique aliud quoddam, quominus oratio conformaretur uersusque concluderetur, inerat impedimentum. quae cum ita essent, id in primis agebat Proba, ut in singulis uerbis singulas tantum litteras syllabasque mutaret neue plus nisi semel in uno uersu quicquam nouaret. sic in u. 40 scripsit *unde* (*inde* Uerg.), 48 *canebam (canebat)*, 49 *laborem (labores)*, 60 *aether (aethra)*,[2] 61 *set (et)*, 98 *cessauit*

[1]) Quamquam talia peccata in poetarum christianorum libris saepius inueniuntur.

[2]) Nam *aether* in codice suo legisse Probam, quod praebent Prisciani Sangall. Carol. *(GK)*, haud probabile est.

(cessabit), 116 *trahit (trahunt)*, 118 *iamque (namque)*, 141 *haec domus (hic d.)*, 149 *quam (quem)*, 150 *sacra (sacrae)*, 151 *sacros (sacrum)*, 152 *nec (neque)*, 161 *illos (illum)*, 165 *premunt (premes)*, 167 *inuitant (inuitent)*, 173 *anguis (angues)*, 195 *ero (eram)*, 207 *morati (moratus)*, 243 *manu (manum)*, 247 *quem (quam)*, 250 *ipse (ipsae)*, 255 *horrebit (horreret)*, 256 *surget (surgit)*, 275 *figunt (figit)*, 276 *uictum (uictu)*, 278 *circumuertitur (circumuoluitur)*, 285 *adolent (adolet)*, 286 *alter (alterum)*, 295 *negabat (negaret)*, 308 *effundit (effundat)*, 309 *soluit (soluat)*, 336 *accipiat (excipiat)*, 342 *edit (edunt)*, 345 *qui (quae)*, 355 *ipsi (ipse)*, 365 *iubet (iubent)*, 373 *ipsa (ipse)*, 374 *reddit (reddunt)*, 384 *illum (illam)*, 408 *uidebis (uidebunt)*, 412 *adgredere (ingredere)*, 435 *ac (at)*, 441 *accipe (percipe)*, 454 *agit (aget)*, 458 *uelit (uelim)*, 461 *exultantque (exultatque)*, 467 *uidit (uidi)*, 476 *maneret (manebat)*, 480 *cient (ciet)*, 487 *obducta (obtenta*, cf. A. II, 604), 491 *mortaliue (mortaline)*, 502 *ruinam (ruina)*, 507 *florens (florentem)*, 526 *seruet (seruat)*, 540 et 614 *cunctique (cunctisque)*, 549 *distat (distant)*, 577 *patres (patrum)*, 597 *me (te)*, 601 *implent (implet)*, 637 *tum (cum)*, 654 *uident (uides)*, 662 *inuenit (inuenio)*, 669 *parari (pararit)*, 675 *orate (orare)*. ex his, quas modo enumerauimus, scripturis tres tantum neque grammaticae neque metri legibus poscuntur, dico 152 *nec*, 278 *circumuertitur*, 487 *obducta*, quibus adde 243 *arbor* — has igitur in codice suo habuisse Probam suspicari possis, quamquam *nec*, *circumuertitur*, *obducta* ab ea ipsa profecta esse ueri simile puto —, denique 476 *maneret*, quo loco illa aetatis suae consuetudinem secuta coniunctiuum pro indicatiuo posuit. *obumbrant* (u. 208) in *PLA* ex *obtentu* ortum esse uidetur.

Proxime accedunt primum ii loci, quibus uerba, quae eundem fere sonum referunt, inter se commutantur, ueluti 77 *atra (alte)* (cf. A. VII, 214), 254 *terram (herbam)*, 263 *saeuissima (sanctissima)*, 314 *terris (Teucris)*, 347 *diuinae (Romanae)*, 383 *graditur (agitur)*, 437 *limina (flumina;* nam *limina*, quod χ praebent, Probam in codice suo habuisse persuadere mihi non possum), 451 *periture (moriture)*, 541 *pontum (portum)*, deinde ii, quibus in uoculis orationis membra copulantibus

transitumque parantibus aliquid nouatum est, ueluti 76 *ac (et)*, 86 *et (iam)*, 211 *et (quid)*, 267 *nunc (quin)*, 280 *inde (quale)*, 306 *nec (aut)*, 346 *iamque (ergo)*, 375 *hic (quid)*, 377 *hic (at)*, 439 *aut (nam)*, 475 *nam (aut)*, 478 *tum (et)*, 505 *haec (quam)*, 563 *cui (quam)*, 574 *quaeue (atque)*. denique orationem contextura aut ornamentum additura Proba alia etiam uerba immutare ausa est, ueluti his locis: 107 *omne (aurae)*, 109 *rebus (uotis)*, 163 *purpureum (adsiduum*, cf. Ecl. VIIII, 40), 221 *auras (umbram*, cf. 222), 223 *adloquitur (adfata est)*, 240 *peremit (sodalis)*, 241 *enim (equos)*, 244 *sic (rex)*, 307 *ab (et)*, 338 *quod (nos)*, 445 *memoras (perhibes*, cf. Aen. IIII, 109), 455 *inmiscuit (condidit)*, 456 *uolitans (Libyae)*, 595 *nostro (matrum)*, 674 *ordine (corpora)*. quod si u. 214 *firmat (torquet)*, 536 *occurrunt (apparent)* scripsit, quamquam quae apud Uergilium leguntur per se ferri poterant, statuendum est Probam haec ut locorum illorum colori aptiora intulisse.

Binae uel ternae in eodem uersu immutationes his locis inueniuntur: 62 *tendebat ad (tenditque sub)*, 97 *et . . dant (tum . . ter)*, 127 *costas . . nudat (costis . . nudant)*, 164 *hic . . hic (at . . hinc)*, 229 *nec . . uocarint (set . . uocarent)*, 238 *sub . . uersans (in . . uersat)*, 316 *ut . . haberet (nec . . habebit)*, 329 *inflammante furore (inflammatus amore)*, 353 *cumulant . . adorant (cumulat . . adorat)*, 358 *magnisque acuit (uariisque acuunt)*, 444 *petens . . te (petit . . se)*, 533 *hic . . trans (atque . . iam)*,[1]) 570 *sacrae . . colebant (sacris . . colebat; sacrae*, quod est in *bγ*, fortasse in codice suo legit Proba, cf. Anth. lat. 18, 12), 582 *et . . onerant . . ponunt (qui . . onerent . . ponant)*, 617 *ipsum (et iam)*, 638 *diffugiunt . . teguntur (diffugient . . tegentur)*.

Sed cum et haec adminicula non uiderentur sufficere, Proba, ut orationem conformaret uersusque confingeret, et addidit interdum uoculas et omisit quaedam, quae minus conueniebant, et uerba transposuit. ueluti inseruit *et* 605, *atque* 532, *iam*

---

[1]) Cur Proba *iam* in *trans* mutauerit, haud facile intellegas. uidetur autem *transuerberare amnem* eodem modo dictum esse quo *transuerberare aëra* Apul. de deo Socr. 8 (p. 13, 7 G).

126, *pater* 157; 387 adiecit *est,* nisi forte statuendum eam in codice suo illud inuenisse. contra eiecit *que* 284, *primum* 489, *duro* 490, *domini* 640, *iam misero mihi* 515. nonnumquam simul aut mutauit quaedam in scripturis, ueluti in uu. 348 et 609 adiectum est *que, uenit* pro *ueniens* et *iubent* pro *iubet* positis; in uu. 125. 397. 433 *que* deletum est, *at* mutatum in *ac (et), is* in *hunc*; in uu. 576 *caeli,* 664 *bello,* 315 *fateor* et *nauis* omissa atque in primo *hic* pro *hinc,* in altero *et* pro *set,* in tertio *eripuit* pro *eripui* scripta, in u. 538 *atque . . fluctusque . . tollit* mutatum in *et . . fluctus . . tollunt,* aut intulit alia, alia abiecit, ueluti in u. 368 *et* inseruit, *que* deleuit, *implet* in *implent* mutato, in u. 609 *que* intulit *iubent* pro *iubet* scripto, in u. 115 *talia* addidit, uerba *uix haec* omisit.

Transpositionibus uerborum quinque tantum locis usa est: u. 106 *gregibus liquidi* (simul *nec . . nec . . desunt* scripsit pro *non . . non . . derunt),*[1]) 205 *animum subita (atque* addito, *que* deleto), 265 *heu perdita nescis* (cf. Anth. lat. 17, 199), 586 *manibus fruges* (*dant . . undae* in *dat . . undas* mutato), 602 *populo patribus* (*que* abiecto et *serpitque* in *ferturque* mutato).

In uersibus concinnandis eodem modo quo ceteri poetae centonarii Proba uersata est. nam et duos uersus iunctim locauit, ueluti uu. 40 sq., 215 sq., nec omnino caesurarum in uersuum particulis consociandis rationem habuit, non solum in uersuum initiis, cf. 85. 155 (237). 227. 273. 275. 551, sed etiam in clausulis, cf. 206. 218. 240. 321. 446. 466. 639. nonnumquam uersus ex ternis atque adeo quaternis frustrulis conglutinauit, ueluti uu. 35. 101. 128. 129. 331. 371. 428. 564. 595, eis tamquam tessellis inter se nexis.

Iam ut quanta artis metricae peritia in Proba fuerit exponam, primum de uersibus 1—28 agendum est, qui etsi multa in eis ad Uergilium redeunt, tamen a Proba ipsa profecti sunt. in hoc igitur prooemio u. 16 *as* in *tripodas* ui arsis productum est, contra u. 11 *us* in genetiuo *spiritus* correptum, cuius rei

---

[1]) Haud probabile est *desunt,* quod legitur in *γa2c,* in Probae codice extitisse.

exempla habes Sedul. Pasch. Carm. I, 292. 295, II, 239, (cf. Leo in ed. Uen. Fort. p. 424). in ipso centone hiatum admisit decem locis, in uu. 131. 155. 283. 325. 414. 484. 510. 594. 608. 673; in u. 265 hiatus natura litterae *h*, quae consonantis uim obtinet, excusatur. in u. 201 syllaba *ta* in *mirataque* producta est propter insequens *que*, cf. p. 355, 497; sed 519 *iuuenis*, 604 *patriā*, 652 *exanimē* nulla re excusantur.

Restat ut de codice, quo usa est Proba, breuiter agamus. atque fuisse eum Medicei simillimum his edocemur scripturis: 51 *altas*, 74 *possimus*, 90 *dispergit*, 101 *educit*, 160 *limina*, 175 *affabilis*, 177 *spirans*, 201 *mirataque*, 212 *posset*, 215 *ac*, 282 *gramina*, 308 *mittit*, 329 *inflammante*, 387 *qui*, 389 *egelido*, 405 *desinet*, 440 *domus*, 450 *clausumque*, 487 *densantur*, 652 *exanime*, 677 *ostendebat*. sed nonnumquam cum Palatino faciebat, ueluti 64 et 546 *summa (M2)*, 241 *cuiquam*, 318 *magnis*, 334 *priorum*,[1]) 420 *reliquit*, 454 *premit*, 556 *fluctu*. Aen. VIII, 273 (u. 426) legit Proba *munera*, quod extat in codice Minoraugiensi (cf. u. 188), Aen. IIII, 94 (u. 429) *nomen*, quod testantur χ et Baeda, Aen. VIII, 386 (u. 594) *exitium*, cuius scripturae testis est cod. Bern. 165. num codex habuerit *quid* 189, *lues* 265, quae Romano tradita sunt, incertum est; nam his locis facile immutari potuerunt a Proba scripturae *quis*, *luis*; Georg. II, 341 (u. 300) praebebat *ferrea*; denique notandum 684 (*Aen.* IIII, 277) *in medio sermone* legi; cf. p. 484, adn. 2.[2])

His explicatis iam ad centones, quos Probae subiunximus, ueniamus. quorum primum, qui legitur in Palatino 1753 supra descripto post Probae opusculum f. 69r—70u, edidit C. Bursian in actis acad. Monacensis sect. philos.-philol.-hist. a. 1878, uol. II, 1, p. 29 sqq.[3]) idem non integrum esse hoc carmen intellexit, id quod, si uersus ultimos atque in primis u. 132 im-

---

[1]) Quamquam cum in P *piorum* legatur, de scriptura potest dubitari. sed cum alii quoque centones (cf. Tit. 7, Inc. 44, Eccl. 27, Anth. lat. 17, 88) hoc loco *priorum* praebeant, haec scriptura praeferenda esse uidetur.

[2]) Antiquae scribendi rationis, qualis in uetustissimis Uergilii codicibus conspicitur, quaedam adhuc in codicibus, quibus utimur, uestigia extant, ueluti *nouos* u. 503, cf. 225.

[3]) Codicem iterum in meum usum contulit A. Mau.

perfectum respexeris, facile colligitur. adde quod expectes hunc centonem aliquot Meliboei Tityrique uerbis eodem fere modo quo eclogam primam finiri. sed incertum est, utrum quaedam post *omnipotens* exciderint, cum librarius opus susceptum deseruisset, cui coniecturae id fauet, quod in Palatini f. 70[u] scripti sunt uersus inde a CXXV maxima huius paginae parte uacua relicta, an poeta consulto hoc modo carminis clausulam conformauerit. hanc igitur sententiam tuetur Bursian, qui recte animaduertit idem uerbum, *omnipotens* dico, legi in hoc carmine ultimo, quod primum est in centone solo S. Germani codice, nunc Parisiensi lat. 13047 tradito, qui a nobis post hunc positus uulgo 'de incarnatione' inscribitur. unde suspicatur, cum argumentum centonis illius quodam modo cohaereat cum eis, quae Tityri Meliboeique sermonibus exponuntur, quendam hanc eclogam eo consilio confecisse, ut tamquam prooemium centoni de incarnatione praemitteretur. sed altera etiam sententia habet quo commendetur. nam certe fieri potuit, ut librarius in describendo ab uerbo *omnipotens*, quod in uersus 132 initio positum erat, ad primum alterius centonis uerbum aberraret. sed utut res se habet, id ueri simillimum est quandam necessitudinem inter utrumque poema intercedere atque iam antiquitus hos centones in libris coniunctos fuisse. quae suspicio eo confirmatur, quod is, qui eclogam conscripsit, u. 11 sq. aperte respexit carminis de incarnatione initium. nec plane caecutimus in quaestione de auctore eclogae expedienda. recte enim Bursian nos relegauit ad Isidori Orig. I, 38, 25 sq., quo loco refertur Pomponium quendam ex eodem poeta (Uergilium dicit) inter cetera sui stili otia Tityrum in Christi honorem composuisse. his uerbis et respicitur inscriptio 'ad gratiam domini' et simul significatur in melius mutatam esse eclogam illam Uergilianam, quae uulgo Tityrus nominabatur. constat igitur utrumque centonem ante saeculum septimum conditum esse; sed iam multis annis ante ortos eos esse iure conicias nec longo tempore distare a Probae opusculo. id quod confirmatur quodam modo aperta huius in carmine, quod de incarnatione inscribitur, imitatione. quam in rem ultimos utriusque libelli uersus conferre sufficiet.

Sed iam qua arte usi sint scriptores in carminibus componendis, explicemus. qua in re id neglegendum non est nos uno tantum in utroque carmine uti codice, Palatino et S. Germani, quos multis corruptelis adfectos esse patet. quodsi in Proba recensenda unius Palatini fundamento niteremur, quo modo quaeso contingeret nobis, ut genuinam scripturam restitueremus? pleraque autem eo inrepserunt uitia, quod librarii lectiones, quas in suis codicibus Uergilianis inuenerant aut memoria tenebant, in earum, quae traditae erant, locum substituerunt. atque ut prius de Tityro agamus, quattuor in eo extant uersus grauiter corrupti, 112, quem uersum ita conformauisse Pomponium haud ueri simile est, ac recte Petschenig suspicatur *miranda* in *mira* mutandum et statuendum esse poetam hoc loco duos simul uersus, A. I, 494 et A. X, 267, respexisse, 118, quo loco scribendum esse puto *et numinis aram* (Aen. VIII, 186); nam *numinis* facile in *muneris* deprauari potuit, *aram* autem cum eis, quae secuntur, optime conuenire adparet, *tanti* denique ex Uergilii loco, quem significaui, a librario illatum est, 126, in quem uersum *manifesta fides* inrepsit ex antecedenti; quam ob rem, cum de angelo dei interprete sermo sit, conicio *fert* ex *ferre* (A. IIII, 270) restituendum esse, quod si concedis, uerbo *caelo,* quod propter sequens *celeris* facile intercidere potuit, uersus expleri potest, 127, in quo *spirantemque* (Aen. VIII, 304) scribendum esse patet, *monitum* autem cum *spirantem* coniunctum ortum esse uidetur ex *genitum,* quod fortasse depromptum est ex Aen. VII, 679.

Sed ut de Tityro rem absoluamus, male Pomponium munere suscepto functum esse nemo non intellegit. etenim miras in uersibus concinnandis finxit uerborum constructiones, ueluti u. 71 *distulit* posuit pro *distulerunt;* 104 sqq. *uenturum* coniungendum est cum uerbis *ab Aurorae populis et litore rubro, uictor* autem quid sibi uelit (nam ad uerba *exitus ingens* uix referri potest) haud minus obscurum est quam *aeuoque superbum,* quamquam suspicari licet eo indicari aeternum populum futurum esse. respexit uero poeta in primis uerba *litore rubro,* quibus Iudaeorum transitum per mare rubrum significaret. sed fortasse ante uel post u. 106 quaedam exciderunt, a poeta ad

rem, quam narrabat, immutatis uerbis quibusdam accommodata. uersui 110 haec subest sententia: regni caelestis immemores facti sunt turpique cupidine capti. denique in u. 61 *et* male redundat. quod legitur in u. 20 *incubare* cum accusatiuo coniunctum, id iam Apulei usu (cf. Met. IIII, 9) et Iuuenci loco a Petschenigio indicato Euang. IIII, 470 sq., quem respexisse uidetur Pomponius, satis excusatur.

Iam quae mutauit Pomponius in uerbis Uergilianis haec sunt: u. 2 *laetus (laeti),* 4 *deductos (deductum),* 5 *paras (pares),* 12 *aspiret (adspirat),* 19 *regit (regis),* 28 *restituit (restituis),* 50 *possit (posset),* 52 *crede (cede),* 64 *ferunt (ferant),* 66 *inuitant (inuitent),* 67 *beatae (beatas),* 69 *his (is),* 84 *nunc (hinc),* 89 *tenebat (teneret),* 95 *unde (inde),* 103 *legemque (legesque),* 110 *capti (captos),* 111 *inludunt (inludant),* 127 *uerbis (uerbo)* [1]) — 13 *totum (magnum),* 33 *animas (apibus),* 104 *aeuoque (belloque)* — 7 *non (haut,* quod mutari necesse non erat), 30 *quo (te),* 32 *etenim (quidam;* 'etenim' uno tantum loco apud Uergilium legitur, Aen. VII, 390), 46 *tamne (anne),* 70 *nam (aut),* 92 *et (ac),* 102 *hic (is;* nam *hic,* non *hinc,* quod suasit Bursian, restituendum esse uidetur), 116 *cum (qui),* 118 *et (hanc),* 121 *quo (cur)* — 76 *nomen (tuum,* cf, Aen. VII, 272), 119 *cuncti (ipsum),* 126 *fert caelo (ferre iubet),* 129 *dictis factisque (fama fatisque).* uno loco, in u. 89, inserta est particula *et,* omissa 89 *cum terras,* 118 *tanti.* transposita sunt in u. 9 uerba *haec nobis,* quod cur fecerit poeta, non intellegitur. caesurarum ratio habita non est in uu. 10. 45. 46 (77). 48. 55. 74. 83. 122, bini uersus eodem quo apud Uergilium ordine iunctim collocati 14 sq., 95 sq.

Quanta autem neglegentia fuerit scriptoris in rebus metricis, docet *pŏlus* in u. 89; de *quia* monosyllabo in u. 34 dubitare licet, cum conicere possis Pomponium scripsisse *dixere aetherios,* quod Brandes quoque commendat. quod uero *nēque* in u. 26 syllaba priore alterius pondere producta posuit, duobus locis breues syllabas in arsi produxit (55. 89), quod quattuor

---

[1]) Num Pomponius in uu. 107 et 111 *tunc* scripserit, dubitari potest, mihi id a librario potius pro *tum* illatum esse uidetur.

locis hiatum admisit (74. 77. 104. 118), non reprehendam in eius modi homine. in uu. 9 et 119 *h* consonantis uim habet.

Reliquum est, ut quas scripturas habuerit Pomponius in Uergilii codice, quo usus est, exponamus. conspirabat is cum Palatino 7 *(priorum)*, 11 *(summa)*, cum Mediceo 92 *(terras)*; in u. 16 cum omnibus praebebat *omnes*, 124 *exitiis*, quod uno Gothano excepto omnibus libris consentientibus traditum est. denique in u. 53 in eo *qua* extitisse uidetur.

Alterum centonem primus ex codice Parisiensi lat. 13047 saec. VIIII E. Martène in Ampl. Coll. VIIII, p. 125 sqq. edidit atque 'de uerbi incarnatione' inscriptum tribuit Sedulio, repetierunt Areualus in Sedulii editione p. 384, Riese Anth. lat. 719, denique codice denuo collato Huemer in Sedulii editione p. 310 sqq. (cf. p. XXXXIIII). is, qui hunc centonem composuit, licenter sane egit in opusculo concinnando. nam non solum binos uel ternos etiam uersus integros coniunxit, ueluti 6 sq., 41 sq., 96 sqq., caesuras omnino neglexit, ueluti 47. 49. 51, uersus ex paruis frustulis conglutinauit, ueluti 93, permulta in uerbis Uergilianis immutauit, quae enumerare longum est, sed etiam uersus dimidios a se ipso confectos inseruit, ueluti 61. 87. deinde tales, quales tolerari nequeunt, uerborum constructiones admisit, ueluti 5. 10. 16. 66 sqq. 110 sq. multi igitur insunt in hoc libello loci obscuri, multae ineptiae, multa uerba inania nulla sententia subiecta. denique ut taceam de hiatibus in uu. 80. 107, de syllabis breuibus arsis pondere productis 5. 16, uocalium quantitates non curauit scriptor, cf. u. 11 (25) *uirgŏ mătura,* 22 *fĭdes,* 76 *dātur*, quod temptandum non est, cf. Coripp. Ioh. II, 333. de mensura uocis *neque* in u. 43 confer ea quae dixi p. 563. ceterum hoc carmen non paucis uitiis inquinatum est librariorum socordia. quorum alia iam sublata sunt ab editoribus, alia adhuc restant, ueluti 28 *deum*, 37 *omnis,* 48 *caelorum,* 104 *relinquit.* ac sicut in u. 25 uerba *equidem tali* transponenda esse recte, ut mihi uidetur, coniecit Areualus, ita in u. 73 fortasse scribendum est *sedem e diuerso,* 87 *nunc uero quoque quae uobis.* denique ut dubium non est, quin in u. 20 *pietate* adiectum sit a librariis, ita in u. 30 *exequar,* 78 *animae*

eodem modo illata esse suspicor.[1]) restat ut adnotem scripturas *quicquam* 43, *mittit* 56, *reponit* 98 consentire cum eis, quae in Mediceo leguntur; contra 44 *priorum* cum Palatini lectione conspirat, atque Aen. VII, 262 (89) *Troiaeque,* quod est in *P2γb,* et Aen. V, 59 (107) *mea,* quod est in *bc1,* scriptor legisse uidetur.

Centonem 'de ecclesia' inscriptum, quem tertio loco collocaui, primus edidit ex apographo Leidensi W. H. D. Suringar Traiecti ad R. 1867, post eum ex ipso libro Salmasiano Riese Anth. lat. 16, denique Baehrens Poet. lat. min. IIII, p. 214 sqq. qui recte reiecit Iureti commentum, quo ille in uerbis post 110 adiectis ex corrupto *abortio*[2]) Mauortii nomen elicuit. nihil igitur de auctore huius opusculi constat nisi quod ex his uerbis colligitur carmen a poeta recitatum atque ab auditoribus plausu acceptum esse. cuius rei ille postea, cum carmen edidit, ipse mentionem fecit simul uersibus, quibus tum responderat, adiectis. neque offendendum est in eo, quod homo christianus u. 112 Uergilium semper d e u m sibi futurum esse dixit. eadem autem fere, qua is, qui centonem de incarnatione conscripsit, in libello componendo ratione uersatus est. nam et permulta mutauit, permulta aut ex aliis Uergilii uersibus intulit aut ipse adiecit (cf. uu. 2. 3. 20. 22. 33. 50) et uersus ex paruis fragmentis conglutinauit (cf. 7. 89. 90. 94) et caesuras in uersibus concinnandis neglexit (cf. 32. 57. 61. 110. 115). locis nonnullis laborat constructio, ueluti 26. 45 et 75 (quibus locis subiectum mutatum est), 90 *eruere* intransitiue adhibitum, nisi forte *et ruere* scribendum. mire dictum est 104 *manu circumtulit omnes,* quo significare uoluit poeta antistitem manu sublata omnes sollemni precatione lustrauisse. quid sibi uelit *neque* in u. 33, haud facile dicas. cetera quae aut inepta sunt, ueluti 19. 65, aut obscura, ueluti ea, quae de Christo in crucem sublato leguntur 39 sqq., enumerare supersedeo. rei metricae haud peri-

---

[1]) De uerbo *pietate* eiciendo iam cogitauit Suringar in centonis 'de ecclesia' editione p. 21.

[2]) Quod litterarum apicibus quam maxime respondet *ab ostio* uix ferri potest. quam ob rem coniecturam *abituro* proposui.

tum fuisse scriptorem foedis, quibus hic cento inquinatus est, uitiis edocemur. nam ut omittam syllabas breues arsis ui productas in uu. 65. 69. 90. 109, syllabam ultimam correptam in *antistites* 107, hiatum admissum in u. 62 (consonantis uice fungitur *h* post arsim in u. 86), 36 *fūroribus* legitur, 49 *dīei,* 100 *grāues,* 104 *mānu,* 108 *rūdes.* in u. 24 una syllaba redundat, nisi forte *ac,* quod abesse potest, utpote a librario illatum delendum est. denique addo in codice, quo usus est poeta, extitisse Aen. IIII, 464 (27) *priorum (FPγabc)* Aen. VIII, 273 (81) *munera (m),* cf. Prob. 426.

His expositis restat, ut explicem, quam rationem secutus sim in codicum, quibus Probae cento traditus est, scripturis enotandis. eas igitur, quas libri antiquiores praebent, proposui omnes, ceterarum eas elegi, quae aut in re critica factitanda alicuius sunt momenti aut ad cognationem, quae inter singulos codices intercedit, demonstrandam aliquid faciunt aut interpolationis licentiaeque magis magisque grassantis aperta sunt documenta. denique duos adiunxi indices, unum, quo enumerantur uersus Uergiliani uersuumque particulae in Probae carmine ceterisque quos ei subiunxi centonibus adhibita, ita tamen, ut singulorum uerborum, paruorum frustulorum, eorum denique fragmentorum, quae apud Uergilium compluribus locis leguntur, ratio non habeatur, alterum, quo scripturae Uergilianae, quas in codicibus suis inuenisse poetas centonarios aut certum aut ueri simile est, congestae ac dispositae exhibentur.

CONSPECTUS NOTARUM.

S codex S. Germani 844 (nunc Paris. lat. 13048), saec. VIII—VIIII.
P Paris. lat. 7701, saec. VIIII.
La et *Lb* Laudunenses 279 et 273, saec. VIIII.
L: eorum consensus.
π Palatinus 1753, saec. VIIII—X.
A' Augiensis CCXVII, nunc Caroliruhensis saec. VIIII—X.
T Turicensis bybl. urb. C. 68, saec. X.
A: Augiensis et Turicensis consensus.
Ra Uaticanus bybl. Reginae 251, saec. XI.
Rb Uaticanus bybl. Reginae 1666, saec. XI.
Ch Caroliuillensis 97, saec. XII.
C Cantabrigiensis, collegii S. Trinitatis O. 7. 7, saec. XII.
V editio princeps, quae prodiit Uenetiis a. 1472.
stellula unius litterae rasura significatur.

Romulidum ductor, clari lux altera solis,
eoa qui regna regis moderamine iusto,
spes orbis fratrisque decus: dignare Maronem
mutatum in melius diuino agnoscere sensu,
scribendum famulo quem iusseras. hic tibi mundi
principium formamque poli hominemque creatum
expediet limo, hic Christi proferet ortum,
insidias regis, magorum praemia, doctos
discipulos pelagique minas gressumque per aequor,
hic fractum famulare iugum uitamque reductam
unius crucis auxilio reditumque sepultae
mortis et ascensum pariter sua regna petentis.
haec relegas seruesque diu tradasque minori
Arcadio, haec ille suo semini, haec tua semper
accipiat doceatque suos augusta propago.

Ag: codex Angelicanus V. 3. 22, saec. XI, f. 30ᵛ. M: Marcianus cl. XII, cod. 7, saec. XII, f. 36ʳ. Mo: Monacensis 18628, saec. X—XI, f. 70ᵛ. INCIPIT LIBER CENTO PROBE (PROBAE *T*) *A*, UERSUS IN CAPITE SEDULII SCRIBENDI *Ag, in M et Mo non est inscriptio* 1 Romuli *A*, Romulei *Laur. XXIII, 15* clara *A* (clari *Laur.*) 2 regis *A* tenes *Ag M Mo* 3 marone *T* 4 Motatum *Ag* sensum *A* 5 qui iusserat *A* 6 Principiũ (*in marg.* probatio in caus Princip.) *M* 7 Expediat (e *s. a.*) *A'* proferre *A* proferat *Ag M* profertq; exortum *Mo* 10 fractum *Buecheler* factum *A* fructum *cett.* iugu *M* que *om. Mo* 11 auxilio crucis *M* auxilio (q; *m²*) crucis *Mo* deditumque *A* sepulte (e *alt. ut uidetur ex* i) *T* 12 *om. M* et *s. u. A'* petentes *Mo* 13 regas *M* monori *T* 14 Archadio *Ag M* Hchadio *Mo* illo *M* semine *M* tue *T* 15 que *om. A* agusta *T* EXPŁ PRAEFATIO. *A'* EXPŁ. PR̃F. *T*

CENTO PROBAE.

Iam dudum temerasse duces pia foedera pacis,
regnandi miseros tenuit quos dira cupido,
diuersasque neces, regum crudelia bella
cognatasque acies, pollutos caede parentum
insignis clipeos nulloque ex hoste tropaea,
sanguine conspersos tulerat quos fama triumphos,
innumeris totiens uiduatas ciuibus urbes,
confiteor, scripsi: satis est meminisse malorum:
nunc, deus omnipotens, sacrum, precor, accipe carmen
aeternique tui septemplicis ora resolue
spiritus atque mei resera penetralia cordis,
arcana ut possim uatis Proba cuncta referre.
non nunc ambrosium cura est mihi quaerere nectar,

2] G. I, 37 regnandi . . . dira cupido. 5] G. III, 32 diuerso ex hoste tropaea. 7] A. VIII, 571 tam multis uiduasset ciuibus urbem. 10] A. III, 457 ora resoluat (G. IIII, 452); *cf. Esai. 11, 2 sq.*

VERSUS PROBAE *P* INCIPIT PRAEFATIO *S* PROBA DE AEPTATICO *L* INCIPIUNT INDICULA CENTONIS PROBAE INLUSTRIS ROMANAE *π* INCIP̄ LIBER EIUSDEM *A'* INCIPIT CENTO PROBAE EX GENESI *T* Incipit prologus *π* 1 federa (o *m*²) *S* 2 tenuit* *A'* 3 regum (regnum *Lb*) et *L* 4 Cognitasque *P et (corr. m²) S* pollutas *P et (m²) S* 5 Insignis *S* Insignes *S corr. m¹ cet.* clepeis (clipeis *corr. m¹*) *S* clippeos *A'* nulloque *V* multoque *Ch* nullaque *cet.* exorta *S* trophea *A* 6 tolerat *S* triumfos *L* triumpho *S* 7 Innumeris . . uiduatas *SπChCV* Innumeras (Innumerans *P et* [n *eras.*] *La*) . . uiduatis *cet.* 8 scribsi *LbT* 9 omnipotens (en *in ras.*) *P* sacrum *πRaV* sm *S* scm̄ *cet.* praecor *L* 10 Eternumque *S* 11 adque *PL* (atque *corr. Lb*) reserans *S* 12 Archana *L* uates *P* 13 Nuunc *P* curę *S*

nec libet Aonio de uertice ducere Musas,
non mihi saxa loqui uanus persuadeat error
laurigerosque sequi tripodas et inania uota
iurgantesque deos procerum uictosque penates:
nullus enim labor est uerbis extendere famam
atque hominum studiis paruam disquirere laudem:
Castalio sed fonte madens imitata beatos
quae sitiens hausi sanctae libamina lucis
hinc canere incipiam. praesens, deus, erige mentem;
Uergilium cecinisse loquar pia munera Christi:
rem nulli obscuram repetens ab origine pergam,
si qua fides animo, si uera infusa per artus
mens agitat molem et toto se corpore miscet
spiritus et quantum non noxia corpora tardant
terrenique hebetant artus moribundaque membra.
O pater, o hominum rerumque aeterna potestas,
da facilem cursum atque | animis inlabere nostris,

14] G. III, 11 Aonio .. deducam uertice Musas. 17] A. I, 68 uictosque penates. 18] A. X, 468 famam extendere factis. 22] G. I, 5 hinc canere incipiam. 24] A. I, 372 repetens ab origine pergam. 25 *sq.*] A. VI, 726 *sq.* infusa per artus mens agitat molem et magno se corpore miscet. 27] A. VI, 726 spiritus 731 *sq.* quantum non .. moribundaque membra. 29] A. X, 18. 30] G. I, 40. A. III, 89.

14 deuertite (e *s. u.*) (*corr. m*[1] *uel m*[2]) *P* uertice ˙musas ˙quaerere (˙quaerere *add. m*[2]) *S* 15 saxa *Lb* (*in marg.* falsa) sa**csa *P* persuaderat *P* persu^a^deat *La et* (*corr. m*[2]) *S* 16 Laurigerusque (a *m*[2]) *S* Laurigenosque *A* tropodas (i *s. u.*) *A′* 17 Iurgantes dš (*corr. m*[2]) *S* deas *Rb* proceres *P* uictosque (ic *ex* inc) penates (e *pr. ex* o) *T* 18 extenderet *S* 19 Adque *PL* prauam *π* laudein (m *exp. m*[2]) *P* 20 sortem adens *P* fontem adens (ade^n^s *Lb*) *L* fonte magis *S* madens (*in marg. m*[2] magis) *π* imitat abeatos (imitabor *m*[2]) *S* 21 sancta *PA* 22 canerae *S* 23 Uirgilium *Sπ* loquor *L* nunc (*om.* loquar) pia *A* Explicit praefatio *L* Explicit prologus *π* 24 obscuri (*corr. m*[2]) *S* pandam *π* (*in marg. m*[2] pergam) *RaV* 25 quam *A′* qua* *T* animum *SπA* si uera infusa *ego* siue infusa *P* si ueros (ueris *π* uiris *A′* uires *T*) fusa *cet.* 26 totus e corpore *P* toto (o *alt. ex* u) *L* cito (*exp. m*[2]) magno *S* toto (*in marg. m*[2] magno, *cf. A. VI, 727*) *π* magno *ChCV* 27 non *om. A* 28 Ternique A habitant (*corr. m*[2]) *π* heuetent (h *exp. et* i *supra* e *alt. m*[2] *A′*) *A* ardus *P* menbra *T* 29 rexque *P* 30 adque *PL* inlabere (l *s. u. m*[2]) *S*

tuque ades inceptumque una decurre laborem,
nate, patris summi | uigor et caelestis origo,
quem primi colimus | meritosque nouamus honores,
iam noua progenies, | omnis quem credidit aetas.
nam memini | ueterum uoluens monumenta uirorum
Musaeum ante omnes | uestrum cecinisse per orbem
quae sint, quae fuerint, quae mox uentura trahantur.
† omnia et ipse tener mundi concreuerit orbis.
felix, qui potuit rerum cognoscere causas,
unde hominum pecudumque genus uitaeque uolantum
et quae marmoreo fert monstra sub aequore pontus,
† et liquidi simul ignis | et caeli mobilis umor.
haut aliter | prima crescentis origine mundi
inluxisse dies aliumue habuisse tenorem

31] G. II, 39. 32] A. I, 665. VI, 730. 33] A. XI, 786. VIII, 189. 34] E. IIII, 7. A. VII, 680. 35] A. VIII, 157. III, 102 (monumenta *Mb*). 36] A. VI, 667. E. X, 70 + VIII, 9 (G. I, 505. A. I, 457. 602. X, 783. XI, 257. 694). 37] G. IIII, 393. 38] E. VI, 34. 39] G. II, 490. 40] A. VI, 728 (*inde*). 41] A. VI, 729. 42] E. VI, 33. G. I, 417. 43] A. I, 399 (IIII, 256. VIIII, 65. 554. 797. X, 360. 714. XI, 757). G. II, 336. 44] G. II, 337.

31 Tu qui *S* decurrere labore *(corr. m^2) S* 32 caelesti *(corr. m^2) S* 33 primum *P* meritosque (que *post add.*) *A'* 34 quam *Sπ* credit *(corr. m^2) S* *post 34 legitur in πV:* Munera uestra (uera *V*) cano satis est potuisse uideri *(G. I, 12. E. VI, 24)* 35 uerum *(corr. m^2) S* monumenta (i m^2) *S* monumenta (o *ex* u) *A'* sacrorum *SCh* 36 Moseum *LT* Moyseum *Sπ* ueterum *P* 37 fuerunt (*om. quod antecedit* quae) *A* trahatur *L* 38 ut *SChCV* mundo *(corr. m^2) S* 39 cognuscere *(corr. m^2) S* 40 pecodumque *A* uolantē *(corr. m^2) S* uolatum *A* 41 marmoreum *S* aequora *(deinde ras. 7 uel 8 litt.)* pontus *S* aequore po (nuntur) *La* (nuntur *ut uidetur* m^1) 42 Et (Ut *S*) liquidi (liquidis *P*) simul ignis (ignes *S*m^1*LA*) et *(in P eras.)* caeli mobilis umor (humor *S*m^2*A'*) *codd., nisi quod in π haec extant* Et liquidi simul ignis ut his exordia primis terrarumque animaeque marisque fuissent *(E. VI, 33. 32), in Ch* Et liquidi fons ignis et c. m. humor, *in codice S. Uictoris* Et liquidi simul ignem et c. m. humor, *in C* Et liquidus simul ignis celi et m. umor, *in V* Et si quid simul ignis habet uel mobilis humor. *de hoc loco lacunoso et turbato uide quae exposui in prooemio p. 524* 43 Haut (t *in* d *mut. LbA'*) *LA'* Aut *P* Haud *cet.* 44 Inluxisse (Ill. m^2) *S* diem *P* habuisset onorem *P*

crediderim. | maior rerum mihi nascitur ordo,
si qua fidem tanto est operi latura uetustas.
namque — fatebor enim — | leuium spectacula rerum
semper equos atque arma uirum pugnasque canebam
et studio incassum | uolui exercere laborem.
omnia temptanti | potior sententia uisa est
pandere res altas terra et caligine mersas.
inque dies | aliquid iam dudum inuadere magnum
mens agitat mihi nec placida contenta quiete est.
ore fauete omnes | laetasque aduertite mentes,
matres atque uiri | pueri innuptaeque puellae.
Principio caelum ac terras camposque liquentes Gen. 1, 1
lucentemque globum lunae | solisque labores Gen. 1, 16
ipse pater statuit, | uos, o clarissima mundi
lumina, labentem caelo quae ducitis annum.
nam neque erant astrorum ignes nec lucidus aether, Gen. 1, 2
set nox atra polum bigis subuecta tenebat,

45] G. II, 338. A. VII, 44. 46] A. X, 792. 47] E. I, 31. G. IIII, 3. 48] A. VIIII, 777 (caneba*t*). 49] G. I, 387. A. VIII, 378 (labore*s*). 50] G. IIII, 328. A. IIII, 287. 51] A. VI, 267 (altas *M*). 52] G. III, 553. A. VIIII, 186 (iamdudum *Rbc*). 53] A. VIIII, 187. 54] A. V, 71. 304. 55] G. IIII, 475. 476. 56] A. VI, 724. 57] A. VI, 725. I, 742. 58] G. I, 353. 5. 59] G. I, 6. 60] A. III, 585 (aeth*ra*). 61] A. V, 721 *(et)*.

46 tanta est opere natura *S* laterę *P* 47 enim ueterum *P* 48 aequos *A'* adque *PL* 49 studium *SChC* labores *Lπ* 50 tem^p^tantem (p *m²*) *S* temtandi *P* sententiam (m *exp. m²*) *S* setencia *P* 51 altus *P* alta *Rb* terrę *PA* 52 die *P* 53 quieti *P* 55 Martyres (a *m²*) *S* adque *PL et Sm¹* pueri *(s. u. m²) La* Explicit pr^a^efatio (a *m²*) incipit (incipiunt *m²*) uersus probe (probae *m²*) *S* Narratio genesis occipit *L* Explicit praefatio. Incipit libellus probae illustris matronae. uirgilianis uersib; compactus. de conditione mundi. de plasmatione Adae et Euae. De diluuio. de datione legis. de natiuitate et gestis dñı nr̃ı ıhv xpı *Ch, quae magna ex parte conspirant cum indiculo libri Cluniacensis* 56 Principio caelum ca *(reliquis abscissis) La* (*om. igitur* ac terras) 57 Lugentemque *(corr. m²) S* 59 cęloque *PL* caeli^o^ (o *m²*) *π* 60 ignis *(corr. m²) S* 61 Sed *LSπ* Et *PA* iugis *P* uigis *A* subiecta (*in marg. m²* subuecta) *π* subuecta *A'*

et chaos | in praeceps tantum tendebat ad umbras,
quantus ad aetherium caeli suspectus Olympum.
tum pater omnipotens, rerum cui summa potestas,
aëra dimouit tenebrosum et dispulit umbras
et medium luci atque umbris iam diuidit orbem. Gen. 1, 4
sidera cuncta notat tacito labentia caelo Gen. 1, 16 sq.
intentos uoluens oculos, | qua parte calores
austrinos tulerit, quae terga obuerterit axi.
postquam cuncta uidet caelo constare sereno
omnipotens, | stellis numeros et nomina fecit
temporibusque parem diuersis quattuor annum Gen. 1, 14
aestusque pluuiasque et agentes frigora uentos.
atque haec ut certis possimus discere signis,
uere tument terrae et genitalia semina poscunt
ac medio tostas aestu terit area fruges
et uarios ponit fetus autumnus et atra
uenit hiemps: teritur Sicyonia baca trapetis:
atque in se sua per uestigia uoluitur annus.

62] A. VI, 265. 578 (tend*itque sub*). 63] A. VI, 579. 64] A. X, 100 (summa *PM2bc*). 65] A. V, 839. 66] G. I, 209. 67] A. III, 515. 68] A. VII, 251. G. II, 270. 69] G. II, 271. 70] A. III, 518. 71] A. X, 615 (668. XI, 790). G. I, 137. 72] G. I, 258. 73] G. I, 352. 74] G. I, 351 (possimus *M2γc1*). 75] G. II, 324. 76] G. I, 298 *(et)*. 77] G. II, 521 (*cf.* A. V, 693. VII, 214). 78] G. II, 519. 79] G. II, 402.

62 chaus *T* 63 Quantum (s m^2) *π* aetherium (i *mut. in* e m^2) *Lb* susceptus *P* suspectus (*in marg.* m^2 suspensus) *π* olimpum *P* 64 Tum (nc m^2) *π* Cum *(corr.* m^1*) A′* 65 dimouet (e *ex* i) *P* demouit (i *s. u.* m^2) *S* dispulis *P* dispullit *S* 66 lucis *P* adque *PL* umbras *L* tenebris *A* diuit *A′* orbem *(add.* m^2*) S* 67 ta**to libentia *P* 68 Intentus *P* Intendens (tos) *(corr.* m^2*) π* ocolos (v) *π* caloris *P* 69 tullerit *S* *post 69 legitur in πV:* Obliquus qua se signorum uerteret (uerterit *V*) ordo *(G. I, 239)* 70 uidit *LA′* 71 *et* 83 stelis *Sm*¹ 72 diuersis (*in marg.* diuisis) *La et* (*supra scriptum* diuisit, m^2 *corr.* diuisis) *Lb* 73 uentus *(corr.* m^2*) S* 74 Adque *PL* cer(tis *in marg.* m^1 *uel* m^2) *π* possemus *Pπ* dicere *A* 76 Ad *SL* At *πA* teret *PA′* terret *T* teri (t) *π* 77 Ut *S* fetus (foetus m^2) *S* 78 hiems *SPπ* territur *P* steritur *A* sichonia (sicionia m^2) *S* siconia *L* sycisonia *P* sicionia *A* bactra (s *supra* ç *A′*) petis *A* 79 Adque *PL*

tempore iam ex illo | fecundis imbribus aether
magnus alit magno conmixtus corpore fetus.
et iam prima nouo spargebat lumine terras
ducebatque diem | stellis Aurora fugatis.
tum durare solum et discludere Nerea ponto Gen. 1, 9
incipit | et rerum paulatim sumere formas,
et uariae pelagi | facies inmania cete Gen. 1, 21
aequora uerrebant caudis aestumque secabant.
nec non et | uasti circum gens umida ponti
iam sole infuso, iam rebus luce retectis
exultans rorem late dispergit amarum.
postera iamque dies primo surgebat eoo.
fundit humus flores | et frondes explicat omnes Gen. 1, 11
sanguineisque inculta rubent auiaria bacis,
non rastris, hominum non ulli obnoxia curae.
tertia lux gelidam caelo dimouerat umbram.
auia tum resonant auibus uirgulta canoris Gen. 1, 22
et liquidas corui presso dant gutture uoces
nec gemere aëria cessauit turtur ab ulmo.

80] A. I, 623. G. II, 325. 81] G. II, 327. 82] A. IIII, 584 (A. VIIII, 459). 83] A. II, 802. III, 521. 84] E. VI, 35. 85] E. VIIII, 60 *al.* E. VI, 36. 86] G. I, 383 (iam *mut. in* et). A. V, 822. 87] A. VIII, 674. 88] G. I, 212. IIII, 430. 89] A. VIIII, 461. 90] G. IIII, 431 (dispergit *MR*). 91] A. III, 588. 92] E. VIIII, 41. G. II, 335. 93] G. II, 430. 94] G. II, 439. 95] A. XI, 210. 96] G. II, 328. 97] G. I, 410 (tum *mut. in* et, ter *in* dant). 98] E. I, 58 (cessa*b*it).

80 iam ịaṃ *T* 81 commixtus *S* comixtus *PT* conmixtos *L* commixtos *π* corpora *T* foetus *(add. m²) S* dies primus *π* 82 prima (dies *eras.*) *π* primi (a *m²*) *T* 85 plaulatim (l *pr. eras.*) *T* 86 At *PLA* immania *SPπ* caete *L* (caetae *Lb*) *T* ceta *A′* cete (o *m²*) *π* 87 aestusque *πA* secabat *(corr. m²) S* siccabant *L* 88 Nec (c *ex* n) *T* humida *PA et Sm²* 89 lucere certis *A* 90 rore late *A′* relate *T* dispargit *A* dispersit *Pπ* aquarum *P* dies secundus *π* 91 Poster*a *Lb* Altera *A* euo *L* 92 Fundit (*in marg. m²* condit) *π* 93 que *om. S* auaria *A* 94 nonnulli *LA′ et* (n *ante* u *eras.*) *T* ullae *π* obnixia *P* curas *L* dies tertius *π* 95 cẹli *P* umbra *P* umbras *A* 96 tum (nc *m²*) *π* ťauibus *A′* 97 preso *P* praesso *L* guttore *Sm¹πT* nocis *(corr. m²) S* 98 cessabat *Rb* turtor *P* dies quartus *π*

quarto terra die | uariarum monstra ferarum Gen. 1, 24
omnigenumque | pecus nullo custode per herbam
educit siluis subito | mirabile uisu.
tum demum mouet arma leo, | tum pessima tigris
squamosusque draco et fulua ceruice leaena
saeuire ac formae magnorum ululare luporum.
cetera pascuntur uirides armenta per herbas,
nec gregibus liquidi fontes nec gramina desunt.
iamque dies alterque dies processit, et omne
hoc uirtutis opus | diuinae mentis et haustus
prospiciens genitor | perfectis ordine rebus
expleri mentem nequit ardescitque tuendo Gen. 1, 25
terrasque tractusque maris caelumque profundum,
alituum pecudumque genus, | secumque uolutat,
qui mare, qui terras omni dicione tenerent, Gen. 1, 26
neu segnes iaceant terrae. | iuuat usque morari.
talia uersanti subito sententia sedit,

99] A. III, 205. VI, 285. 100] A. VIII, 698. III, 221. 101] A. VI, 765 (educit *M*) + G. II, 268 (IIII, 281. 499. A. V, 213. VI, 548. VII, 694. VIII, 554). A. XII, 252. 102] A. XII, 6. G. III, 248. 103] G. IIII, 408. 104] A. VII, 18. 105] G. III, 162. 106] G. II, 200 (*non* liquidi gregibus f. *non* g. derunt). 107] A. III, 356 (aurae *mut. in* omne, *cf.* G. II, 20. A. VII, 514). 108] A. X, 469. G. IIII, 220. 109] A. I, 155. III, 548 (uotis *mut. in* rebus, *cf.* G. IIII, 449 *al.*). 110] A. I, 713. 111] E. IIII, 51. 112] A. VIII, 27. X, 159. 113] A. I, 236. 114] G. II, 37. A. VI, 487. 115] A. XI, 551 + A. I, 102.

99 Namque quarta die *A* 100 erbam *S* 101 Educit (s *supra* t, *sed eras.*) *A′* in siluis *A* 102 Tum . . tum (tunc *bis m²*) *π* mouit *L* 103 leene *(corr. m²) S* 104 forma *L* ullulare *P* 105 per *(s. u.) T* erbas *S* 106 liqui *A′ et* (di *s. u. m²*) *T* dies quintus *π* 108 diuina *A* 109 Prospitiens *T* genitor diuersis orbibus orbibus (with s above, dots below) *(corr. m²) S* g. d. o. orbes *ChC* 110 nequid *SP* ardescit ex (que above) (que *m²*) *S* ardiscitque (e above) *A′* tuondo (e above) *A′* tuondo *T* 112 pecodumque (o *ex* u *A′*) *A* uolitat *(corr. m²) S* uolatum *A* 113 teneret *Lπ* tenere(n)t *T* 114 seges *A* iuuatisque (v above) (v *m³*) *La* iubat *PT* cubat *A′* hominis plasm(a)tio *L in marg.* de limo hominũ de adam *π in marg.* 115 sententia (a *in ras. m²*) *P*

felicemque trahit limum | fingitque premendo Gen. 2, 7
pingue solum primis extemplo a mensibus anni.
iamque inprouiso | tantae pietatis imago Gen. 1, 27
procedit noua forma uiri | pulcherrima primum,
os umerosque deo similis, | cui mentem animumque
maior agit deus atque opera ad maiora remittit.
quaeritur huic alius; nec quisquam ex agmine tanto Gen. 2, 20
audet adire uirum | sociusque in regna uocari.
haut mora continuo | placidam per membra quietem Gen. 2, 21
dat iuueni et | dulci declinat lumina somno.
atque illi medio in spatio | iam noctis opacae
omnipotens genitor | costas et uiscera nudat.
harum unam iuueni | laterum conpagibus artis
eripuit subitoque | oritur mirabile donum —
argumentum ingens — | claraque in luce refulsit
insignis facie | et pulchro pectore uirgo, Gen. 2, 23

116] G. II, 188 (trah*unt*). A. VI, 80. 117] G. I, 64. 118] A. VIII, 524 (*n*amque). VI, 405. 119] A. III, 591 (*cf.* 592). VIIII, 253. 120] A. I, 589. VI, 11. 121] A. XII, 429. 122] A. V, 378. 123] A. V, 379. VII, 256 (578), *cf.* 264 sociusque uocari. 124] G. IIII, 548 (A. III, 548). A. I, 691. 125] A. III, 611 (atque *mut. in* et). IIII, 185. 126] A. X, 219. VIII, 658 (iam *add.*) 127] A. X, 668. I, 211 (cost*is*; nuda*nt*). 128] A. XI, 76. I, 122 + 293. 129] A. V, 464 (VI, 342. VII, 119. XII, 539) + VIII, 637 (XII, 421). II, 680 + I, 652. 130] A. VII, 791. I, 588. 131] A. VIIII, 583. III, 426.

116 fingatque *P* premendo *L* 117 Pinguae *L* 118 Iamque *SπChCV* Namque *cet.* inprouiso (imp. *m*²) *S* inprouisum . . pietas *A* 119 Processit *A* 120 umerosq; (q; *post add.*) *Lb* humerosque *π* similes *πA'* cum *P* a *S* ac *Ch, om. C* mente *P* uamumque *S* maũq; *C* 121 agit] aut *A'* ait *T* adque *PLa* a^t^dque *Lb* 122 h^v^ic (v *m*¹ *uel m*²) *La* ne *T* a^g^mine (g *m*²) *π* augmine (u *eras. T*) *A* 123 sociumque *P* 124 Hau^d^ (d *m*²) *S* Haut (t *mut. in* d) *LbA'* Haud *T* placida *A* menbra *Lb* quiete *P* 125 lumine *A' et (corr. m*²*) T* 126 Adque *PLa* A^t^dque *Lb* illum *P* 127 g^e^initor *A'* constans *(corr. m*²*) S* 128 Narum unam inueni laterem conspagibus *(corr. m*²*) S* ^a^∗r∗tis *Lb* 129 ēuūā *in marg. L* 130 ingens *om. S* lucę *T* de eua *π* 131 Insigni *(corr. m*²*)* facie (facies *m*²) *S* facię *T* factae (-e *Lb*) *L* pulchroque et *A*

iam matura uiro, iam plenis nubilis annis.
olli somnum ingens rumpit pauor: ossaque et artus
coniugium uocat | ac stupefactus numine pressit
excepitque manu dextramque amplexus inhaesit. Gen. 2, 24
  His demum exactis | torquet qui sidera mundi
infit: eo dicente | premit placida aequora pontus
et tremefacta solo tellus, silet arduus aether:
'uiuite felices | interque nitentia culta Gen. 1, 28
fortunatorum nemorum sedesque beatas. Gen. 2, 15
haec domus, haec patria est, | requies ea certa laborum.
his ego nec metas rerum nec tempora pono:
imperium sine fine dedi, | multosque per annos
non rastros patietur humus, non uinea falcem.
at genus inmortale manet, | nec tarda senectus
debilitat uires animi mutatque uigorem.
uos contra | quae dicam animis aduertite uestris. Gen. 2, 16

132] A. VII, 53. 133] A. VII, 458. 134] A. IIII, 172. VII, 119. 135] A. VIII, 124. 136] A. VI, 637. VIIII, 93. 137] A. X, 101. 103. 138] A. X, 102 (arduus *MPR*). 139] A. III, 493. G. I, 153. 140] A. VI, 639. 141] A. VII, 122 (*hic* domus). III, 393. 142] A. I, 278. 143] A. I, 279. G. IIII, 208. 144] E. IIII, 40. 145] G. IIII, 208. A. VIIII, 610. 146] A. VIIII, 611. 147] A. VII, 267. II, 712.

132 natura *L* uir∗o iam plena *Lb* nobilis *P* nobilis (v over o) (v *m*²) *π* nubilis (l *in ras. 2 litt.*) *S* 133 rumpit *Sπ* rupit *cet.* 134 uo (uọ with e above *A'*) et (ac *om.*) *A* ac *PL* et *cet.* nomine *SπA* prẹssit *L* 135 Excipitque *L* Etcepitque (Etcoep. *A'*) *A* dexteramque (e *exp.* *m*²) *S* dextraque *πA* :hẹsit (: in above) (: in *m*²) *S* dies $\overline{\text{VI}}$ (*in marg.* prima praeceptio dei) *π* 136 exhactus (*corr. m*²) *S* 137 praemit *L* placida (d *ex* t) *T* 138 solo (o *alt. mut. in* e *m*¹ *uel m*²) *La* 139 uerba dĩ ad adam & euuã *L in marg.* cultor *P* cuncta *A* 140 de paradiso *π in marg.* sidesque (*corr. m*²) *S* 141 ea certa] cerieaa *P* et certa *SChC* en c. *V* 142 e∗go (r *eras.*) *S* 144 umus *Sm*¹ nec *PL* uine[a] *A'* 145 Ad *La* Aḍ (t above) *Lb* Aụt *S* inmortale (imm. *m*²) *S* manet (e *ex* i) *A'* tardaṭ *S* 146 mutatque (u *in ras.*) *A'* uigurem (*corr. m*²) *S* 147 quem *P* dei praeceptio de arbore *π* *post 147 in SChCV legitur:* In medio ramos annosaque brachia pandens (tendens *CV*), *cf. A. VI, 282; post* pandens *S habet* ẹxịịṭ ẹçẹḷụ̃ (*exp. m*²)

est in conspectu | ramis felicibus arbos,
quam neque fas igni cuiquam nec sternere ferro,
religione sacra | numquam concessa moueri.
hac quicumque sacros | decerpserit arbore fetus,
morte luet merita: | nec me sententia uertit.
nec tibi tam prudens quisquam persuadeat auctor
conmaculare manus | — liceat te uoce moneri —,
femina, | nec te ullius uiolentia uincat,
si te digna manet diuini gloria ruris.'
postquam cuncta pater, | caeli cui sidera parent,
conposuit, legesque dedit | camposque nitentis
desuper ostentat, | tantarum gloria rerum.
ecce autem primi sub limina solis et ortus
deuenere locos, | ubi mollis amaracus illos
floribus et dulci adspirans conplectitur umbra.
hic uer purpureum atque alienis mensibus aestas,

148] A. II, 21. G. II, 81. 149] A. VII, 692 (qu*em*). 150] A. VII, 608 (sacra*e*). III, 700. 151] A. XI, 591 (sacr*um*). VI, 141. 152] A. XI, 849. I, 260 (neq*ue*). 153] G. II, 315. 154] E. VIII, 48 (commaculare *Mγabc*). A. III, 461. 155] G. III, 216 (A. IIII, 211. 570. XI, 734). A. XI, 354. 156] G. I, 168. 157] A. III, 518 (pater *add.*). X, 176. 158] A. VIII, 322. VI, 677. 159] A. VI, 678. IIII, 232 (272). 160] A. VI, 255 (limina *M*). 161] A. I, 365 (VI, 638). I, 693 (ill*um*). 162] A. I, 694. 163] G. II, 149 (*cf.* E. VIIII, 40).

148 praeceptũ dĩ ad adã et euuã *L in marg.* conspectum *S* arbor *PA* ardor (arbor *m*²) *S* 149 Quem n. f. tangi *P* scindere *A* 150 Religione *Sm*² *et A' corr.* Relegione *cet.* 151 Hac *ChCV* Haec (Et *m*²) *S* Ad *PL* At *A* Ad quicumque sacros (*in marg. m*² Quod si uestra manus) *π* decerserit (s *in ras., fuit* p) *La* discrepserit (discerpserit *m*²) *S* foetus *P* f°etus (o *m*²) *S* 152 auertit (a *del.*) *A'* fallit (*in marg. m*² uertit) *π* 153 aᵘctor *Lb* 154 Commaculare *PLaST* monere *P* muneri *La* moneri (u s. o) *Lb* 155 Femina (*in marg.* s) *A'* te (te *s. u. m*²) *S* ollius *A* 156 manent diuinis *A* 157 caeli (*s. u. m*²) *π* 158 Cum posuit *T* legis(-es *m*²)que *S* legēsque *π* legesq: dedit (sq: dedit *in ras. m*³) *P* nitentis *Sm*¹ nitentes *cet.* 160 paradisus *L in marg.* limina (v *m*²) *π* limine *L* lumine *PA* ortu *LA* 161 Deuenire locus *(corr. m*²*) S* Deueⁿᵉre *A'* 162 dulcia spirans *PL et* (dulces *m*²) *S* conplectit *P* conspectitur *(corr. m*²*) S* umbras *S* 163 pupporeum *(corr. m*²*) S* purporeum *LbA* adque *PLa* adque (t s. d) *Lb*

hic liquidi fontes, | hic caeli tempore certo Gen. 2, 6. 10
dulcia mella premunt, | hic candida populus antro
inminet et lentae texunt umbracula uites.
inuitant croceis halantes floribus horti
inter odoratum lauri nemus | ipsaque tellus
omnia liberius nullo poscente ferebat.
fortunati ambo, | si mens non laeua fuisset
coniugis infandae: | docuit post exitus ingens.
  Iamque dies infanda aderat: | per florea rura Gen. 3, 1
ecce inimicus atrox | inmensis orbibus anguis
septem ingens gyros, septena uolumina uersans
nec uisu facilis nec dictu affabilis ulli
obliqua inuidia | ramo frondente pependit,
uipeream spirans animam, | cui tristia bella
iraeque insidiaeque et crimina noxia cordi.
odit et ipse pater: | tot sese uertit in ora
arrectisque horret squamis, et, | ne quid inausum
aut intemptatum scelerisue doliue | relinquat,

164] G. IIII, 18 (at *mut. in* hic). 100 (hi*nc*). 165] G. IIII, 101 (preme*s*). E. VIIII, 41. 166] E. VIIII, 42. 167] G. IIII, 109 (inuit*e*nt). 168] A. VI, 658. G. I, 127. 169] G. I, 128. 170] A. VIIII, 446. E. I, 16. 171] A. XI, 267. V, 523. 172] A. II, 132. I, 430. 173] G. I, 407. A. II, 204 (angu*es*). 174] A. V, 85 + V, 408. 175] A. III, 621 (affabilis *M*). 176] A. XI, 337. VII, 67. 177] A. VII, 351 (spirans *MV*). 325. 178] A. VII, 326. 179] A. VII, 327. 328. 180] A. XI, 754. VIII, 205. 181] A. VIII, 206 (intemptatum *M2c2m*). IIII, 415 (432. V, 326. VI, 841).

164 fontis (-es *m*²) *S* cereo *A'* ce*to *Lb* 165 praemunt *L* populos *L* pupulus *(corr. m²) S* 166 Imminet *LSπ* texent *PL* texuunt *(corr. m²) S* 167 ·: Inuitant *T* chroceis (chroceis *A'*) *A* halentes *(corr. m²) S* hablantes *La* ʰablantes *Lb* alantes *A* chrocibus *A* ortu (orti *m*²) *S* orti *A* 168 adoratum *A* 169 ferebat] seferebat *P* de serpente *π* 172 insidia serpentis *L in marg.* dies *om. P* et perfida (*in marg. m*² per florea) *π* 173 inimicos *(corr. m²) S* ordibus *P* 174 Septemeringens *P* giros *L* uersans *Lπ* uersat *SACV* traxit *PCh (A. V, 85)* 175 affabilis *A* effabilis *cet.* 176 *om. A* 177 Uiperiam *(corr. m²) S* Uiperia *π* Uiperea *A* inspirans *S* ⁱⁿspirans (in *m*²) *π* tristicia *(corr. m²) S et Lb* 179 uertit (t *pr. s. u. m² uel m³*) *La* hora *(corr. m²) S* horas *P* 180 Adrectisque (Arr. *m*²) *S* ne quid] quitibi *P* quit *A* 181 scelerisuę *La* dolisue *A*

sic prior adgreditur dictis | seque obtulit ultro:
'dic' ait, 'o uirgo | —lucis habitamus opacis
riparumque toros et prata recentia riuis
incolimus —, | quae tanta animis ignauia uenit?
strata iacent passim sua quaeque sub arbore poma,
pocula sunt fontes liquidi: | caelestia dona
adtractare nefas: | id rebus defuit unum.
quid prohibet | causas penitus temptare latentes?
uana superstitio |. rerum pars altera adempta est.
quo uitam dedit aeternam? cur mortis adempta est
condicio? | mea si non inrita dicta putaris,
auctor ego audendi | sacrata resoluere iura.
tu coniunx, tibi fas animum temptare precando.
dux ego uester ero: | tua si mihi certa uoluntas,
extruimusque toros dapibusque epulamur opimis.'
sic ait, et dicto citius |, quod lege tenetur,
subiciunt epulis | olim uenerabile lignum
instituuntque dapes | contactuque omnia foedant.

182] A. VI, 387. VIII, 611 (obtulit *PRγbe*). 183] A. VI, 318. 673. 184] A. VI, 674. 185] A. VI, 675. XI, 733. 186] E. VII, 54. 187] G. III, 529. IIII, 1. 188] A. II, 719 (adtractare *cm*). XII, 643. 189] A. V, 631 (quid *Rc*). III, 32. 190] A. VIII, 187. VIIII, 131. 191] A. XII, 879. 192] A. XII, 880. X, 244. 193] A. XII, 159. II, 157. 194] A. IIII, 113. 195] E. VIII, 38 (er*am*). A. IIII, 125 (VII, 548). 196] A. III, 224. 197] A. I, 142. XII, 819. 198] A. VII, 110. XII, 767. 199] A. VII, 109. III, 227.

182 adgreditur (agg. *m²*) *S* obtullit (l *pr. eras.*) *S* persuasio per serpentem *π* 183 uerba diaboli ad euuã *L in marg.* 184 thoros *A* 185 Incolomis (Incolumis *m²*) *S* Incolomus *Lb* anim signa uia *P* 186 quaque *P* pona (m *supra* ṇ *m²*) *π* 187 liqui *A* 188 Adtrectare *S* (Att. *m²*) *πA* 189 Quis *SπA* ausas *T* paenitus *Lb* tentare *π* latentis *A* 190 Una *La* Uạna *Lb* supresticio *T* 191 *om. PSChCV, in π supra scriptus est m²* 192 Conditio *SA* irrita *π* putaris (-res *m²*) *S* 193 ergo *S* ero *RaRbCV* sacra *P* resoluere (re *s. u. m²*) *S* 194 coniux *PSm¹πA* prȩcando *Lb* 195 uester ego ero *P* tua sit *P* si tua *A′ (corr. m²)* 196 Exstruimusque *S* aepulamur *La* opimụs *π* p̃sumptio edendi in mortem *π* 197 Sicut et *A′* cicius *P et (corr. m²) S* 198 aepulis *La* 199 Insticiuntque *P* Instituuntque (u *alt. s. u.*) *Lb* contactaque *S* foedunt *Sm¹* fedant *Sm²A*

praecipue infelix pesti deuota futurae Gen. 3, 6
mirataque nouas frondes et non sua poma,
causa mali tanti, | summo tenus attigit ore.
maius adorta nefas maioremque orsa furorem
heu misero coniunx | aliena ex arbore germen
obicit atque | animum subita dulcedine mouit.
continuo noua lux oculis effulsit; | at illi Gen. 3, 7
terrentur uisu subito | nec plura morati
corpora sub ramis | obtentu frondis inumbrant:
consertum tegumen: | nec spes opis ulla dabatur.
at non haec nullis hominum | rerumque repertor
obseruans oculis | caedes et facta tyranni
praesensit: | notumque furens quid femina posset.
continuo inuadit: | 'procul, o procul este profani'
conclamat, | caelum ac terras qui numine firmat.

200] A. I, 712. 201] G. II, 82 (miratasque *Mabc*). 202] A. VI, 93. I, 737. 203] A. VII, 386. 204] A. II, 738. G. II, 76. 205] A. VI, 421. XI, 538 (atque *add.*; subita*que animum*). 206] A. VIIII, 731. G. IIII, 416 (A. VIII, 443). 207] A. VIII, 109. V, 381 (morat*us*). 208] A. VII, 108. XI, 66. 209] A. III, 594. II, 803. 210] A. XI, 725. XII, 829. 211] A. XI, 726. VIII, 483 (quid *mut. in* et). 212] A. IIII, 297. V, 6 (posset *M*). 213] A. IIII, 265. VI, 258. 214] A. VI, 259 (VIIII, 425. XII, 426). IIII, 269 (torquet *in* firmat *mut., cf. G. III, 209. A. III, 611. 659).*

200 Pręcipuę *PLb* Pręcipie *Sm*¹ infilias *S* douota futu*re *T* *u. 201 post 202 ponunt PLπ* 201 Mirataque *PL et π* (*in marg. m*² Miraturque) Miraturque *cet.* 202 Causa (a *ex corr.*) *Lb* ali *(corr. m²) S* adtigit *A* orę *P* 203 Magus *Sm*¹ maioremque (orem *eras.*) *P* 204 misera *PL et* (a *ex* o *m*²) *π* coniux *Sm*¹*PπA* 205 adque *PLa* ạdque (t *s. u.*) *Lb* ^at^que (at *m*²) *π* subita (b *ex* u) *Lb* ^su^bita *A'* dulcidine *PT et (corr. m¹) A'* nudi ubi se uider' *π* 206 effulsi* *P* effulgsit (g *eras.*) *π* ad *L et* (*m*² at) *S* 207 Terreutur (r *pr. s. u. m*²) *π* subito (i *s. u.) Lb* 208 obientu *(corr. m²) S* obiectu *ChCV* obtentum *A* obumbrant *PLA* 209 tegmen *P* tegimen *S* ^f.^opis ^f.^spes *π* 210 Ad *S* (At *m*²) *Lb* repertor (o *ex* u) *Lb* 211 Prospiciens *SChCV* (*cf. G. IIII, 352 al.)* cedęs *P* cedis *(corr. m²) S* tiranni *T* 212 Presenṭịsit *Lb* posset *PL* possit *cet.* (*apud* os *ras. A'*) 213 este (te *in ras. m*²) *S* iste *PL* este** (co *eras.*) *π* 214 uerba dĩ increpantis *L in marg.* ac] et *π* lumine *PL* nominae *(corr. m²) S* qui numine firmat (*in marg. m*² qui lumine format) *π*

atque illi longe gradientem ac dira frementem
ut uidere, metu uersi retroque ruentes
diffugiunt siluasque et sicubi concaua furtim
saxa petunt. piget incepti lucisque, | neque auras
dispiciunt: | taedet caeli conuexa tueri.
Nec longum in medio tempus, | cum creber ad aures Gen. 3, 8
uisus adesse pedum sonitus genitorque per auras
hunc, ubi uix multa maestum cognouit in umbra, Gen. 3, 9
talibus adloquitur dictis | atque increpat ultro:
'infelix, quae tanta animum dementia cepit?
quis furor iste nouus? quo nunc, quo tenditis' inquit
'regnorum inmemores, | quae mentem insania mutat?
dicite, | quae lucis miseris tam dira cupido?
maturate fugam | totoque absistite luco:
nec reuocare gradum|, si quando aduersa uocarint,
est licitum; | flammis ambit torrentibus amnis

215] A. X, 572 (ac *M*). 216] A. X, 573. 217] A. V, 677. 218] A. V, 678. VI, 733. 219] A. VI. 734. IIII, 451. 220] A. VIIII, 395. II, 731. 221] A. II, 732 (umbram *mut. in* auras). 222] A. VI, 340. 223] A. VIII, 611 (adfata est *mut. in* adloquitur). VI, 387. 224] A. V, 465. 225] A. V, 670. 226] A. IIII, 194. XII, 37. 227] A. VI, 669 (E. III, 55. VIII, 63. A. VII, 195. VIIII, 79). VI, 721. 228] A. I, 137. VI, 259. 229] A. VI, 128 (set *mut. in* nec). VIIII, 172 (uocarent). 230] A. X, 344. VI, 550.

215 Adque *Sm¹PLa* A(t)dque *Lb* gradiente *A* fremente (-tẽ *m²*) *S* 216 (r)petroque *Lb* 217 Diffubiunt *(corr. m²) S* que *om. π* 218 lucisque (e *in ras.*) *S* 219 Despiciunt *PLT et π* (*in marg. m²* aspiciunt) ted& (& *m² in ras.*) *P* te det *A′* te de *T* 220 con (cum *m²*) *S* creber (r *alt. ex* s) *Lb* creuerat *A* auræs *Lb* aur(e)as *A′* auras *SChCV* 221 s∗∗nitus *S* per auras *om. S* durans (n *eras.*) *La* auras (a *pr. ex* d *per ras.*) *Lb* umbras *Ch* umbram *CV* 222 *om. SChCV* umbris *P* 223 adloquitur (all. *m²*) *S* adque *PLa et (corr. m²) S* a(t)dque *Lb* increbat *(corr. m²) S* uerbis *L* 224 coepit *LπA et (corr. m²) S* 225 uerba dĩ ad utrosque *L in marg.* n°(v)uos *A′* inquid *SA* inquam *L* ubi exeunt de paradiso *π* 226 Rignorum (Sign. *m²*) *S* immemores *PS* quem *P* 227 *om. A* quem *P* 228 fuga *A* totque *(corr. m²) S* loco *T* 229 uocauerint *(corr. m²) S* uocari *π* uocarent *cet.* 230 ambitorrentibus *P* amabit *(corr. m²) S*

per medium stridens | torquetque sonantia saxa
attollitque globos flammarum et sidera lambit.
ille sub haec: | 'tua me, genitor, tua tristis imago Gen. 3, 12
. . . .
his posuere locis: | merui nec deprecor', inquit
'omnipotens, | sonitumque pedum uocemque tremesco
conscius audacis facti: | monitisque sinistris
femina | fert tristis sucos tardumque saporem.
illa dolos dirumque nefas sub pectore uersans
insontem infando indicio, | moritura puella
dum furit, incautum crudeli morte | peremit;
suasit enim, | scis ipse, neque est te fallere cuiquam.
ut uidi, ut perii, ut me malus abstulit error,
contigimusque manu | quod non sua seminat arbor.'
tum pater omnipotens | solio sic infit ab alto: Gen. 3, 14 sq.
'accipite ergo animis atque haec mea figite dicta:

231] A. XII, 926. VI, 551. 232] A. III, 574. 233] A. V, 394. VI, 695. 234] A. VIII, 335. XII, 931. 235] A. X, 615 (668. XI, 790). III, 648. 236] A. XI, 812. X, 110. 237] G. III, 216 (A. IIII, 211. 570. XI, 734). G. II, 126. 238] A. IIII, 563 (in *mut. in* sub; uersa*t*). 239] A. II, 84. G. IIII, 458. 240] A. X, 386 (sodalis *mut. in* peremit). 241] A. X, 367 (e*quos*). G. IIII, 447 (cuiquam *Pc*). 242] E. VIII, 41. 243] A. XI, 245 (manu*m*). VI, 206 (arbo*s*). 244] G. II, 325 (A, VII, 770. X, 100). A. XI, 301 (rex *mut. in* sic). 245] A. X, 104.

231 que *om. L* sonentia *S* 232 Attolletque (-litque m^2) π labit *P* 233 immago (m *pr. del.* m^2) *S* *post hunc uersum, id quod intellegitur ex* posuere *in u. 234, unus excidit, cuius prior pars fuisse uidetur* saepius occurrens *(A. VI, 696)* 234 uerba adã excusantis *L in marg.* meruit *L* inquid *LT et (corr.* m^2*) S*π 235 uoceque *P* uocemque (*in marg.* m^2 cum uoce) π tremesco (-isco m^2) *S* ^{tre}mesco *Lb* tremisco (-esco m^2) π 236 monitique sinistri *S* 237 Feminam *A* tristes *S* sucos] speciem (*in marg.* m^2 tristes sucos tardosque sapores) π 238 dolos (*ex* dolus) *Lb* sub *(eras.)* π (*in marg.* m^2 in) uersat π 239 nefando *A'* 240 crudeli *om. A* cede (*in marg.* m^2 morte) π 241 este *P* fallere (re *s. u.*) *T* quicquam π quidquam *A* 242 me] ne *La* abstullit *P et (corr.* m^2*) S* 243 Contingimusque *P et* (n *alt. eras.*) *La* suo *T* arbos π ubi serpenti male dicit π 244 sit (sic m^2) *S* serpenti adae et euuę *L in marg.* 245 adque *PL*

tuque prior, | scelere ante alios inmanior omnis,
quem nec longa dies pietas nec mitigat ulla,
hortator scelerum, | coluber, mala gramina pastus
desidia latamque trahens inglorius aluum
cede locis, | nullis hominum cogentibus, ipse,
tenuis ubi argilla et dumosis calculus aruis.'
'at tibi pro scelere' exclamat, 'pro talibus ausis Gen. 3, 17 sqq.
omne aeuum ferro teritur, | primusque per artem,
heu miserande puer, | terram insectabere rastris
et sonitu terrebis aues: | horrebit in aruis
carduus et spinis surget paliurus acutis
lappaeque tribolique | et fallax herba ueneni.
at si triticeam in messem robustaque farra
exercebis humum, | frustra spectabis aceruum
concussaque famem in siluis solabere quercu.

246] A. VI, 834. I, 347. 247] A. V, 783 (qu*a*m). 248] A. VI, 529. II, 471. 249] G. IIII, 94 (aluum *Mabc*). 250] A. VII, 559. G. II, 10 (ips*ae*). 251] G. II, 180. 252] A. II, 535. 253] A. VIIII, 609 (aeuum *MRbc*). G. I, 122. 254] A. VI, 882. G. I, 155 (*h*erbam). 255] G. I, 156. 151 (horrer*e*t). 256] E. V, 39 (carduus *Rybc*, surg*i*t). 257] G. I, 153. E. IIII, 24. 258] G. I, 219. 259] G. I, 220. I, 158 (aceruum *MRybc*). 260] G. I, 159.

246 immanior *PSπT* inmaior *A'* omnes *LSπ* 248 hortatur *P* colluber *P* colober *(corr. m²) S* gramina (i *s. u. m²*) *P* 249 Dissidia *(corr. m²) S* Desidiaṃ *(corr. m²) π* Desida *T* latumque *π* trahes ingrorius (ri *in litura T*) *A* 250 nullus *S* nulli *T* concentibus (*in marg. m²* cogentibus) *π* *u. 251 post 271 ponit SCh* 251 Tenui sibi *P* Tenui sub *(corr. m²) π* Tenuis sub *A* argila (-lla *m²*) *S* argilla (.e. *m²*) *π* calculis (v *m²*) *La* calcalus *(corr. m²) S* calculos (-los *A'*) *A* male dixit ade *π* 252 Ad *L et Sm¹* scelerum clamat *S* 253 territur *P et* (r *pr. eras.*) *Lb* artus (em *m²*) *π* 254 ad adam *L in marg.* terra *P* terṛạrum (ra *exp. et* u *in* a *mut. m²*) *Lb* insectauere *A* 255 horreuit *P* horrebat *(corr. m²) S* horrescit *π* horrebis *A* 256 surgit *P et (corr. m²) S* palliurus *Lb* paluirus *S* 257 Lappadẹque *L* tribulique *Sπ* erba *S* 258 Ad (At *m²*) *S* triticiam *P* sic reticeam *A'* messem (s *pr. s. u. m²*) rubustaque *π* messoribus taq; (itaq; *T*) *A* 259 frustra acceptabis *A* exspectabis *S* acerbum *L* 260 solhabere *Lb* solauere *P* quercũ *A*

insuper his | subeunt morbi tristisque senectus
et labor et durae rapit inclementia mortis.
haec tibi semper erunt, | tuque, o saeuissima coniunx, Gen. 3, 16
non ignara mali, | caput horum et causa malorum,
magna lues commissa tibi: | heu perdita nescis
nec quae te circum stent deinde pericula cernis.
nunc morere, ut merita es, | tota quod mente petisti:
nec mea iam mutata loco sententia cedit.'
At iuuenem | primum saeuus circumstetit horror:
deriguere oculi, | nec se celare tenebris
amplius aut | notas audire et reddere uoces.
haut mora, festinant iussi rapidisque feruntur Gen. 3, 23
passibus, | et pariter gressi per opaca uiarum
corripiunt spatium medium | limenque relinquunt
flentes | et paribus curis uestigia figunt.
tum uictum in siluis | bacas lapidosaque corna

261] A. VIIII, 274. G. III, 67. 262] G. III, 68. 263] E. V, 74. A. XI, 158 (sa*nct*issima, *cf.* A. II, 612). 264] A. I, 630. XI, 361. 265] G. IIII, 454 (lues *Rc*). A. IIII, 541 (nescis heu perdita necdum). 266] A. IIII, 561. 267] A. IIII, 547 (quin *mut. in* nunc). 100. 268] A. VIIII, 220. 269] A. VII, 780 (VIIII, 335. XII, 517; *e*t). II, 559. 270] A. VII, 447. VIIII, 425. 271] A. VIIII, 426. VI, 689. 272] A. VII, 156. 273] A. VII, 157. VI, 633. 274] A. VI, 634. V, 316 (relinquunt *MRγb*). 275] A. X, 842. VI, 159 (fig*i*t). 276] A. I, 214 (uict*u*) + E. II, 31 (V, 43. VII, 65. 68. VIII, 56. X, 52. G. I, 169 [*cf.* IIII, 473]. A. III, 646. VI, 271. 309. VII, 776. XII, 208). A. III, 649.

261 hic *A* subueniunt *L* ueniunt *P* 262 ad euam *L in marg.* ubi eua ad nõ (*i. e.* a domino) increpatur *π* 263 saeuissima *ChCV* sanctissima *cet.* (sc̃isima *T*) coniux *PA et (corr. m²) S* uatis (*in marg. m²* coniunx) *π* 264 ignari *P* ignora *A* mali *om. T* mala capit *(corr. m²) S* capud *P* capatiorum *T* 267 morare *L* quod] ut *π* pestisti *T* 268 meo *S* loco mutata *A* 269 Ad *PLA et Sm¹* circumstitit *L et* (i *alt. s. u. m²*) *S* orror *A* horret *(corr. m²) S* 270 Deriguere *L* Diriguere (-rę *S*) *cet.* oculis *S* ne ex se *A* cęlare *P* 271 notos *(corr. m²) S* nouas *A* 272 Haud *ST et* (d *ex* t) *Lb(m²)A'* ius strapidisque (*m²* iussa rapidisque) *S* 273 pariter *P* (riter *m² uel m³ in spatio m¹ uacuo relicto)* ocopa *La* uiṛorum (a *s. u.*) *Lb* 274 Corripium *P* corna (*del. et supra scr.* relinquunt) *Lb* 275 F∗lentes (e *eras.*) *Lb* patribus *P* fingunt *La* (n *pr. eras.*) *et A* 276 dictum *A* uaçcas *A'* uacas *T* lipidosaque *Lb*

dant rami et uulsis pascunt radicibus herbae.
Interea magnum sol circumuertitur annum: Gen. 4, 1 sq.
matri longa decem tulerunt fastidia menses,
unde homines nati, durum genus. | inde per artem
aut herbae campo apparent aut arbore frondes,
inque nouos soles audent se gramina tuto
credere: | et lentis uuam demittere ramis
instituunt | udoque docent inolescere libro.
tum, gemini fratres | adolent dum altaria taedis, Gen. 4, 3 sqq.
alter in alterius | praelato inuidit honore —
horresco referens —: | consanguinitate propinquum
excipit incautum patriasque obtruncat ad aras
sanguine foedantem quos ipse sacrauerat ignis.
tum genitor | uirus serpentibus addidit atris
mellaque decussit foliis ignemque remouit
praedarique lupos iussit pontumque moueri
et passim riuis currentia uina repressit.

277] A. III, 650. 278] A. III, 284 (circumuo*lu*itur). 279] E. IIII, 61. 280] G. I, 63. A. X, 135 (quale *mut. in* inde). (*cf.* G. I, 122. A. VIII, 143. XII, 632). 281] G. III, 353. 282] G. II, 332 (gramina *MRybc*). 283] G. II, 333. IIII, 558. 284] A. VII, 109 (que *om.*). G. II, 77. 285] A. VII, 670. 71 (adolet). 286] A. II, 667 (alter*um*). V, 541. 287] A. II, 204. 86 (propinquum *PVabc*). 288] A. III, 332. 289] A. II, 502. 290] A. III, 102. G. I, 129. 291] G. I, 131. 292] G. I, 130. 293] G. I, 132.

277 racibus *T* erbae *ST* 278 ramum sol *S* circumuertitur *PLSC* circumuoluitur *cet.* c̃ceptus cain *π* 279 Matris *P* decim *L* tullerunt *P et* (l *pr. exp.*) *S* tulerant *T* fastigia *(corr. m²) S* messes *P* 280 hominum *π* artes *L* 281 cambo *P* .parent (ap *supra*) *A′* arborem *A′* arborẽ *T* 282 Inquo *L* 283 et in *A′* lentes *A et* (i *supra* ę *alt. m²*) *P* unam *P* uiam *A* demittere *L* dimittere *cet.* 284 inoliscere *(corr. m²) S* ubi cain abel fr̃m suum occidit *π* 285 de abel et cain *L in marg.* tędis (c *exp. m³*) *P* 286 honori *Sπ* 287 Horrescor eferens (erens *m² uel m³ in ras.*) *P* Horresco (e *ex* i *m²*) *π* 288 Excepit *PLπ* 289 foedante *π* ignis (-es *m²*) *S* ignes *cet.* 290 addit *A* atres *A′* atres (i *m²*) *T* *u. 291 post u. 293 ponit π* 291 folis *(corr. m¹ uel m²) S* *292 et 293 om. A* 292 lupus *P* poⁿtumque *Lb* pontumque (nt *ex* rc) *π* 293 repręssit *P*

mox et frumentis labor additus, ut mala culmos
esset robigo | et uictum seges aegra negaret.
tum laqueis captare feras et fallere uisco
inuentum, et | duris urgens in rebus egestas
mouit agros, curis acuens mortalia corda,
deterior donec paulatim ac decolor aetas, Gen. 6, 4
ferrea progenies, duris caput extulit aruis
et belli rabies et amor successit habendi.
Iustitia excedens terris uestigia fecit.
nec longum in medio tempus: | furor iraque mentem
praecipitant: | gaudent perfusi sanguine fratrum.
condit opes alius defossoque incubat auro
nec doluit miserans inopem | dextramque tetendit.
  Tum pater omnipotens | grauiter commotus ab alto Gen. 6, 5 sqq.
aethere se mittit: | tellurem effundit in undas
diluuio miscens caelumque in Tartara soluit. Gen. 7, 17
sternit agros, sternit sata laeta bouumque labores

294] G. I, 150. 295] G. I, 151. A. III, 142 (nega*bat*). 296] G. I, 139. 297] G. I, 140. 146. 298] G. I, 123. 299] A. VIII, 326. 300] G. II, 341. 301] A. VIII, 327. 302] G. II, 474. 303] A. VIIII, 395. II, 316. 304] A. II, 317. G. II, 510. 305] G. II, 507. 306] G. II, 499 (aut *mut. in* nec). A. X, 823. 307] G. II, 325 (A. VII, 770. X, 100). A. I, 126 (*et* alto; *cf.* 110. IIII, 574. VII, 25. 141). 308] A. VIIII, 645 (mittit *Mγ2b*). XII, 204 (effund*at*). 309] A. XII, 205 (solu*at*). 310] A. II, 306 (bouumque *Fc*).

294 Nox *A'* frumenti *SA* additis et *L* culmus *PA* culmo *π* 295 rubigo *SπA* neg (*in marg.* ÷) *A'* *post 295 add. π:* Tunc alnos primum fluuii sensere cauatas (*G. I, 136*) 296 adfallere *A* bisco *P* 297 turbis urguens *P* duriṣ surgens *A'* duri surgens *LT* dura surgens (*in marg. m*² duris urgens) *π* 298 de auaritia *π* 300 durum *SChCV* capud *P* 301 et mors *A* abendi *T* 303 tempos (v *supra* o) *Lb* 304 Precipitantạnṭ *A'* Praecipitaⁿt *π* 305 alios *S (corr. m²) et A* defessoque *LA* innouat *(in marg. m² ł* incubat) *π* *u. 307 post u. 308 S* 307 diluuium *L in marg.* Temptator *A* 308 Aetheris emittit *L* Aetheri∗s emittit *π* Aetheras (*m*² Aethereas) mittit *S* effudit *L* infundit *S* et fundit *π* inundans *P* (s *eras.*) *L* 309 Diluuium *L* 310 sate *P* bonumque *P* bouumque *T* boumque *cet.* laboris *P*

diluit: inplentur fossae et caua flumina crescunt:
et genus omne neci pecudum dedit, omne ferarum. Gen. 7, 2
tum pietate grauem ac meritis | — mirabile dictu —, Gen. 6, 9; 7, 2
qui fuit in terris et seruantissimus aequi,
eripuit leto, | tantis surgentibus undis,
ut genus unde nouae stirpis reuocetur haberet.
Diluuio ex illo | patribus dat iura uocatis Gen. 9, 1
omnipotens: | magnis agitant sub legibus aeuum.
quid memorem infandas caedes, quid facta tyranni
nesciaque humanis precibus mansuescere corda,
Aegyptum uiresque orientis et ultima | bella Exod. 1, 9 sqq
magnanimosque duces totiusque ordine gentis,
quo cursu deserta petiuerit | et tribus et gens Exod. 12
magna uirum, | meriti tanti non inmemor umquam,
quique sacerdotes casti | altaria iuxta,

311] G. I, 326 (inplentur γ). 312] G. III, 480. 313] A. I, 151. G. II, 30 (III, 275: A. I, 439. II, 174. IIII, 182. VII, 64. VIII, 252). 314] A. II, 427 (Te*u*cris). 315] A. II, 134 (eripu*i*; fateor *om.*). VI, 354 (*om.* nauis). 316] G. IIII, 282 (nec *mut. in* ut; habe*bit*). 317] A. VII, 228. V, 758. 318] A. X, 615 (668. XI, 790). G. IIII, 154 (que *om. P*). 319] A. VIII, 483. 320] G. IIII, 470. 321] A. VIII, 687 + E. IIII, 35 *al.* 322] G. IIII, 4. 323] E. VI, 80. A. VII, 708. 324] G. II, 174. A. VIIII, 256. 325] A. VI, 661. IIII, 517.

311 Diluuid *P* Diluuio *A* implentur *LbSπA'* 312 pecodum *A* de noe *L in marg.* 313 graue *A* dictum *P* uisu (*in marg.* m^2 dictu) *π* 314 interior et *S* seruantissimo aequo *(corr.* m^2*) S* 315 Enituit (*in marg.* m^2 andbrast) loeto tanto surgentibus (*in marg.* m^2 magnis urgentibus) *π* laeto *La* 316 Utgenus (tg *in ras.* m^2 *uel* m^3) *P* noua est *A* renouetur (m^2 reuocetur) *π* reuocaret *RbChV* reuocet origo *P* *(cf. A. VII, 371)* 317 Dilubium (b *corr. in* u) *A'* Diluuium *(sed* im *eras.)* uexillo *T (in quo omnia inde a* uexillo *usque ad* memorem *in ras.)* 318 agitant *liber S. Uictoris* agitat *SChCV* agens *P* agitans *cet.* *in u. 318 desinit L* 319 de faraone *π* facto (*in ras.* m^2 *uel* m^3) *P* *320 ante 319 ponit A* 321 utresque origentis *P* orientes (-tis m^2) *S* bello *S* ultima bella *π* (*in marg.* m^2 iussa superba, *cf. A. X, 445. XII, 877)* 322 gentes *S*m^2*PA* 323 cursum *P* petiuerit (u *s. u.* m^2) *π* 324 meriti (i *alt. in ras.* m^1 *ut uidetur*) *P* immemor *S* innemor (imm. m^2) *π* 325 Quisque *P* sacerdotis *S* *post* casti *add.* ad *A*, dum *π* altarria *S* iusta *SA* iuxta (*in marg.* m^2 iusta) *π*

quique pii uates | pro libertate ruebant,
qui bello exciti reges, quae | litore rubro
conplerint campos acies, | quibus arserit armis
rex, genus egregium, | magno inflammante furore,
agmen agens equitum et florentis aere cateruas?
cetera facta patrum | pugnataque in ordine bella
praetereo atque aliis post me memoranda relinquo.

Nunc ad te et tua magna, pater, consulta reuertor.
maius opus moueo: | uatum praedicta priorum
adgredior, | quamuis angusti terminus aeui
accipiat, | temptanda uia est, qua me quoque possim
tollere humo | et nomen fama tot ferre per annos,
quod tua progenies | caelo descendit ab alto,
attulit et nobis aliquando optantibus aetas
auxilium aduentumque dei, | quom femina primum
uirginis os habitumque gerens | — mirabile dictu —
nec generis nostri puerum nec sanguinis edit,

326] A. VI, 662. VIII, 648. 327] A. VII, 642. VIII, 686. 328] A. VII, 643. 644. 329] A. VII, 213. III, 330 (inflamm*atus amore Ma2bc*). 330] A. VII, 804. 331] G. III, 3 *al.* + A. I, 641. VIII, 629. 332] G. IIII, 148. 333] A. XI, 410. 334] A. VII, 45. IIII, 464 (priorum *FPγabc*). 335] A. III, 38. G. IIII, 206. 336] G. IIII, 207 (*ex*cipiat). III, 8. 337] G. III, 9. 47. 338] A. I, 250 (X, 30; nos *mut. in* quod). VIII, 423. 339] A. VIII, 200. 340] A. VIII, 201. 408. 341] A. I, 315, *cf. supra u. 313.* 342] E. VIII, 45 (ed*unt*).

326 pię *S* 327 *om. A* exciti (exci *m² in ras.*) *P* que et *S* 328 Conplerint *Rb et* (Comp.) *Ch* Compleuerint (ue *exp. m²*) *Ra* Compleuerunt *P* Conplerent *S* (Comp. *m²*) *π* Complerunt (Conp. *T*) *A* 329 Rex reges (-is *m²*) *S* egregiuum *T* magna *A'* furorem *P* 330 Agimen *P* Agmen (e *ex* i) *A'* et equitum (aeq. *A'*) *A* florentis *S* florentes *cet.* aera *π* 331 Uetera *P* 332 Praeterea *S* adque *P* me *om. A* memoranda (me *s. u.*) *π* Incipit liber secundus *π* 333 tua] tu *P* magne *π* 334 Malus *π* predita *S (corr. m²)* piorum *P (sic Mediceus)* 335 Adgredior (Agg. *m²*) *S* terminos (-nus *m²*) *S* 336 Accipiam *π* 337 ferre (erre *m² uel m³ in spatio a m¹ uacuo relicto*) *P* annis (-nos *m²*) *S* 338 discendit *Sm¹PπA* 339 Attullit *Sm¹* obtantibus *PT* optantantibus *Sm¹* 340 dei] tui *S* quom *ego* cum *Rb* quum *V* quos *PC* quo *πSChRa* quod *A* primũ (ũ *ex* ã) *T* 341 dictum *P* 342 nõñti *P* edet *A'* sanguine sedit *T*

seraque terrifici cecinerunt omina uates
aduentare uirum | populis terrisque superbum
semine ab aetherio, | qui uiribus occupet orbem.
  Iamque aderat promissa dies, | quo tempore primum
extulit os sacrum | diuinae stirpis origo Luc. 2, 6 et 7
missus in imperium, | uenitque in corpore uirtus
mixta deo: | subiit cari genitoris imago.
haut mora, continuo | caeli regione serena
stella facem ducens multa cum luce cucurrit. Matth. 2, 2. 1
agnouere deum proceres | cunctisque repente
muneribus cumulant | et sanctum sidus adorant.
tum uero manifesta fides | clarumque paternae
nomen erat uirtutis: et ipsi | agnoscere uultus
flagrantisque dei | diuini signa decoris.
protinus ad regem | magno feruore ruentum Matth. 2, 3
fama uolat | magnisque acuit rumoribus iras

343] A. V, 524. 344] A. VII, 69. II, 556. 345] A. VII, 281. 258 (qu*ae*). 346] A. VIIII, 107 (ergo *mut. in* iamque). G. I, 61. 347] A. VIII, 591. XII, 166 (*Rom*anae, *cf.* V, 711). 348] A. VI, 812. V, 344 (ueni*ens*). 349] A. VII, 661. II, 560. 350] G. IIII, 548 (A. III, 548). A. VIII, 528. 351] A. II, 694. 352] A. VIIII, 659 (agnouere *c*). I, 594. 353] A. V, 532 (cumul*at*). II, 700 (ador*at*). 354] A. II, 309. XII, 225. 355] A. XII, 226 (ips*e*). III, 173 (agnoscere *FMab*). 356] A. I, 710. V, 647. 357] A. IIII, 196. V, 207 (X, 799) + X, 578 + XI, 886. 358] A. VII, 392. VIIII, 464 (*uari*isque acu*unt*).

343 terrifica *S* terribili *A* omina *RbChCV* omnia *cet.* 344 Aduentare deum (*in marg. m*² Aduenieute uiro) *π* populis] seculis (sęculis *T*) *A* sup (*in marg.* ÷) *A′* 345 Semina (-ne *m*²) *S* ab (b *in ras m*² *uel m*³) *P* aethereo *A* *post hunc u. add. CV:* Imperium oceano famam qui terminet astris *(A. I, 287)* de aduentu dñi *π* 346 promissa (s *alt. s. u. m*²) *π* 347 Extullit *Sm*¹ õs *P* 348 inperium (imp. *m*²) *S* uenitque (*om.* in) *S* 349 Mista *S* genitores *P* de epiphania *π* 350 Haut (Haud *m*²) *S* Haud *T* caeli in *πA* 351 Stela *T* 352 Adnouere *A* cunctisque *SChC* cunctique *cet.* 355 agnuscere *Sm*¹*P* 356 Flagrantesque *π* (-isque *m*²) *S* Fraglantisque *A* Fraglantesque *P* de herode *π* 357 clamore *SChCV (A. V, 207)* ruentum *S* ruentem *PARaC* cruentum *Ch* furentem *πRb* furentum *V (A. X, 578)* 358 uariisque *(A. VIIII, 464) scripsisse Probam ueri simile est;* magnis *ex* magno, *quod praecedit, ortum esse uidetur; sed cf. A. XII, 590* acuitur moribus *P* acuit *om. A′* iram *A* de matre domini *π*

incenditque animum | matrisque adlabitur auris.
illa dolos dirumque nefas | haut nescia rerum
praesensit motusque excepit prima futuros.
praescia uenturi | furtim mandarat alendum,
dum curae ambiguae, dum | mens exaestuat ira.
at rex sollicitus | stirpem et genus omne futurum Matth. 2, 16
praecipitare iubet subiectisque urere flammis,
multa mouens, | mittique uiros, qui certa reportent.
haut secus ac iussi faciunt | rapidisque feruntur
passibus et | magnis urbem terroribus inplent.
continuo auditae uoces uagitus et ingens
infantumque animae flentes: | ante ora parentum
corpora natorum | sternuntur limine primo.
at mater | gemitu non frustra exterrita tanto, Matth. 2, 13 et 14
ipsa sinu prae se portans, | turbante tumultu,
infantem fugiens | plena ad praesaepia reddit.
hic natum | angusti subter fastigia tecti
nutribat teneris inmulgens ubera labris.

359] A. IIII, 197. VIIII, 474. 360] A. IIII, 563. XII, 227. 361] A. IIII, 297. 362] A. VI, 66. III, 50. 363] A. VIII, 580. VIIII, 798. 364] A. VII, 81. IIII, 622. 365] A. II, 37 (iube*nt*). 366] A. III, 34 (V, 608. X, 890). VIIII, 193. 367] A. III, 236. VII, 156. 368] A. VII, 157. XI, 448 (et *add.*; magnis*que*; implet). 369] A. VI, 426. 370] A. VI, 427. G. IIII, 477 (A. V, 553. VI, 308). 371] A. II, 214 (VI, 22). II, 364 + II, 485 (VI, 427. XI, 423). 372] G. IIII, 333. 353. 373] A. XI, 544 (ips*e*). VI, 857 (VIIII, 397). 374] A. XI, 541. G. III, 495 (redd*unt*). 375] A. I, 407 (XI, 167; quid *mut. in* hic). VIII, 366 (subter *MPγbc*). 376] A. XI, 572.

359 adlabitur (all. m^2) *S* aures *Sπ* 360 haud *S*m^2*PT* haud (d *ex* t) *A'* 361 Pressensit *P* futura (-ros m^2) *S* 362 uenturi (tu m^2 *uel* m^3 *in spatio unius litt. uacuo relicto) P* mandat *A* 363 Dum (m *eras.*) *P* gens extuat *A* *(in A' supra* t *pr. ras.)* herodes *π* 364 Atrox *T* st^{i}rpem (^{i}r *in ras. ex* rr) *P* 366 mouens (*in marg.* m^2 putans) *π* mittique *P* mittitque *cet.* certare possent *P* 367 Haud *P* Hau^t *S* (d m^2) Aut *A* ad *A* iussạ (i *supra* ạ m^2) *π* 368 implent *SπA'* ubi infantes occiduntur *π* 369 uocẹs *P* 371 sternunt *(corr.* m^2*) S* de matre dñi *π* 372 Ad *S*m^1 gemitum *T* 373 simul *SChC* (manu *V*) sinũ *T* 374 Infantum *S* pressepia *P* presepia *cet.* tendit (*in marg.* m^2 reddit) *π* 375 supra *A* 376 tenebris *P* generis *(corr.* m^2*) S* immulgens *P* inmulgens (imm. m^2) *S* uberis *(corr.* m^2*) S* libris *A*

hic tibi prima, puer, | fundent cunabula flores,
mixtaque ridenti | passim cum baccare tellus
molli paulatim | colocasia fundet acantho.
Et iam finis erat | perfecto temporis orbe.
ut primum cessit furor et rabida ora quierunt, Matth. 2,
ante annos animumque gerens | caelestis origo
per medias urbes graditur | populosque propinquos.
illum omnis tectis agrisque effusa iuuentus Luc. 4, 14 sq.
attonitis inhians animis | prospectat euntem,
turbaque miratur matrum: | 'qui spiritus illi,
qui uultus uocisque sonus uel gressus eunti est!'
Continuo uates | — namque is certissimus auctor — Marc. 1,
ut procul egelido secretum flumine uidit, Matth. 3, Luc. 3, 1
'tempus' ait: 'deus, ecce, deus, cui | maxima rerum Ioann. 1, 15 sqq.
uerborumque fides. | tu nunc eris alter ab illo,
fortunate puer, | caeli cui sidera parent.
sic equidem ducebam animo rebarque futurum:
expectate uenis, | spes et solacia nostri'.

377] E. IIII, 18 (at *mut. in* hic). 23. 378] E. IIII, 20. 19. 379] E. IIII, 28. 20. 380] A. I, 223. VI, 745. 381] A. VI, 102. 382] A. VIIII, 311. VI, 730. 383] A. VII, 384 (*agitur*). III, 502. 384] A. VII, 812 (ill*am*). 385] A. VII, 814. 813. 386] A. VII, 813. V, 648. 387] A. V, 649 (qui *Mγ2;* uultus *MRγ2bc;* est *add.*). 388] A. VII, 68. G. I, 432. 389] A. VIII, 610 (egelido *M ante corr. et c*). 390] A. VI, 46. VII, 602 (VIIII, 279). 391] A. VIIII, 280. E. V, 49. 392] E. V, 49. A. X, 176. 393] A. VI, 690. 394] A. II, 283. VIII, 514.

377 Hec *A′* Nec *T* fundant *P* 378 bacare (bacc. *m*²) *S* bachare *π* 379 Lilia *A* fundit *PSπ* achanto *PA′* achantho *T* 380 orbem *P* 381 Et (v *supra* E) *A′* rapida *P* 382 gerens cęlestis (gerens cę *in lit.*) *T* coelestis origo (*in marg. m*² pulcherrima proles *A. VI, 648*) *π* 383 Per *om. T* populosque propinquos (popu *in ras., reliqua m*² *uel m*³ *in spatio a m*¹ *uacuo relicto*) *P* 384 que (*s. u. m*²) *π* 385 Adtonitis *A* inhians (*in marg. m*² haesere *A. V, 529*) *π* 386 quis *PA* 387 Quis *S* est *om. πA* de Iohanne *π* 388 uatis *PS* namquis *S* his *PA* is (*in marg. m*² hic) *π* certissimuṃ (s *supra* ṃ *m*² *uel m*³) auetur *P* 389 gelido *S* segretum (sec. *m*²) *S* 390 ecce] ait *S* cui (*in marg. m*² tibi) *π* tibi *A* 391 runc *T* 392 calili (li *pr. eras.*) *S* 394 Expectata *A′* Expectatę *T* tuis (*in marg. m*² uenis) *π* solãtia *A* de iordane *π*

haec ubi dicta dedit, | fluuio mersare salubri
accepit uenientem ac mollibus extulit undis:
exultantque uada ac | subito commota columba
deuolat et supra caput astitit. | inde repente
radit iter liquidum celeris neque commouet alas.
huc omnis turba ad ripas effusa ruebat Marc. 1, 5
certatim largos umeris infundere rores.
tum genitor natum dictis | conpellat amicis: Marc. 1, 11
'nate, meae uires, mea magna potentia solus
et praedulce decus | magnum rediture parenti,
a te principium, tibi desinet. | accipe, testor,
o mea progenies: | qua sol utrumque recurrens
aspicit Oceanum, | perfecto laetus honore
omnia sub pedibus | uertique regique uidebis.
tu regere imperio populos, | matresque uirosque,
iam pridem resides animos desuetaque corda
ignarosque uiae mecum miseratus | inertes

395] A. II, 790 (VI, 628. VII, 323. 471. VIII, 541. X, 633. XII, 81. 441). G. I, 272. 396] A. VIIII, 817. 397] A. III, 557 (a*tque*). V, 213. 398] A. IIII, 702 (astitit *PM [ante corr.] ac*). VIII, 238. 399] A. V, 217. 400] A. VI, 305. 401] G. I, 385. 402] A. X, 466. II, 372. 403] A. I, 664. 404] A. XI, 155. X, 507. 405] E. VIII, 11 (desinet *Mac*). A. XI, 559. 406] A. VII, 97. 100. 407] A. VII, 101 (aspicit *MRγ2bc*). III, 178. 408] A. VII, 100. 101 (uideb*unt*). 409] A. VI, 851. II, 797. 410] A. I, 722. 411] G. I, 41 + E. VIII, 24 (inertes *Mγ1b; cf.* G. I, 94. III, 136. 523. A. X, 322. XI, 732).

396 ac] et *P* extullit *S* de sp̄ū sc̄ō *π* 397 ac] et *SChCV* at *πT* ad *A'* subita *A* cummota *P* commota (*in marg. m²* commixta) *π* 398 super *S et* (*in marg. m²* supra) *π* capud *P* adstitit *S* (d *exp.*) *πA* 399 celerique cumuobet (l *supra* b *A'*) *A* cummouet *P* alas *om. S* 400 Huic *S* omnes (-nis *m²*) *S* ruebat (e *in ras. m³*) *P* 401 humeris *Sm²A'* uox patris de caelo *π* 402 Cum *A* compellat *Sm²Pπ* ami+cis *P* 403 Natae *P* 404 prędulcę *P* magne *A* 405 desinit *Sπ* 406 quae *A* utramque *(corr. m²) S* utroque (ṽ *supra* o *m²*) *π* 407 Aspicit (i *pr. s. u.*) *P* latus *(corr. m²) S* 408 uidebunt *π* 409 imperium (o *supra*) *π* inperio *T* 410 resedem *(corr. m²) S* 411 Ignarasque *P* Ignarusque *S* uitę *P* inertes *SChCVπRaRb* agrestes *cet.*

adgredere et uotis iam nunc adsuesce uocari'.
dixerat: ille patris magni parere parabat
imperio, | instans operi regnisque futuris.
Heu pietas, heu prisca fides! | quas dicere grates
incipiam, | si parua licet conponere magnis?
nec mihi iam patriam antiquam spes ulla uidendi
nec spes libertatis erat nec cura | salutis.
hic mihi responsum primus dedit ille petenti,
concretam exemit labem purumque reliquit
aetherium sensum | meque in mea regna remisit.
illum ego per flammas, | agerem si Syrtibus exul,
per uarios casus, per | mille sequentia tela,
quo res cumque cadent, unum | pro nomine tanto
exequerer strueremque suis altaria donis.
huius in aduentum | tantarum in munera laudum
ipsi laetitia uoces ad sidera iactant
intonsi montes: | respondent omnia ualles.
Tempore non alio | — magnum et memorabile nomen — Matth. 4, 1 sq. Luc. 4, 1 sq.
serpentis furiale malum | meminisse necesse est.

412] G. I, 42 (*In*gredere). 413] A. IIII, 238. 414] A. IIII, 239. I, 504. 415] A. VI, 878. XI, 508. 416] A. II, 13. G. IIII, 176 (co*m*ponere). 417] A. II, 137. 418] E. I, 32. A. II, 387 (V, 174. VI, 96. X, 666). 419] E. I, 44. 420] A. VI, 746 (reliquit *PRγb2*). 421] A. VI, 747. II, 543. 422] A. VI, 110. V, 51. 423] A. I, 204. VI, 110. 424] A. II, 709. VIII, 472. 425] A. V, 54. 426] A. VI, 798. VIII, 273 (munera *m*). 427] E. V, 62. 428] E. V, 63. X, 8 + V, 84 (VI, 84). 429] G. III, 245. A. IIII, 94 (nomen *χ Baeda*). 430] A. VII, 375. VI, 514.

412 Adgredere (Agg. *m²*) *S* aduesce *P* assuesce *Sm²A* uocari (ca *in spatio 2 uel 3 litt. m³) P* 413 Diserat *S* 414 operis *A* 415 grates *om. S* grate *A* 416 componere *Sπ* *uu. 417 et 418 in A' in marg. inf. signo* hp *et supra ad u. 419 signo* hd *adiecto* 417 patria . . spe *(corr. m²) S* 419 Hic (H *ex* N, ic *in ras.*) *A'* petendi *P* 420 reliquid *S* (-quit *m² et π*) relinquit *PA* 422 agere misi *P* sirtibus *A* 423 milli . . tella *P* 424 cadet *A* pro nomine (*in marg. m²* pro numine) *π* 425 Exsequerer *Pπ* 426 aduentu *π* in munera *P* innumera *A* munera (*om.* in) *SChCVπ* *post u. 426 add. π:* Namque erit ille mihi semper (semper *s. u. m²*) ds illius aram *(E. I, 7)* Cuncti obtestemur ueniamque oremus ab ipso *(A. XI, 358, cf. V, 70. XI, 801)* 427 lȩticia (-tiae *m²*) *S* 427 aderae *(supra erae m² uel m³* sidera) *P* de diabulo *π* 429 nomen (*in marg. m²* numen) *π* 430 Serpentes *P* Serpentum *S*

ausus quin etiam | — fama est obscurior annis —
conpellare uirum et | ueniendi poscere causas.
hunc ubi tendentem aduersum per gramina uidit,
substitit infremuitque ferox | dominumque potentem
saucius ac serpens | adfatur uoce superba:
'uerane te facies, uerus mihi nuntius adfers?
qui genus? unde domo, | qui nostra ad limina tendis?
fare age, quid uenias; | nam te dare iura loquuntur.
aut quis te, iuuenum confidentissime, nostras
iussit adire domus | pacique inponere morem?
non equidem inuideo, miror magis: | accipe porro,
quid dubitem et quae nunc animo sententia surgat.
est domus alta: | uoca zephyros et labere pinnis
ardua tecta petens, | ausus te credere caelo,
si modo quem memoras pater est, | cui sidera parent'.
olli subridens sedato pectore | fatur
haut uatum ignarus uenturique inscius aeui:

431] A. II, 768. VII, 205. 432] A. II, 280. I, 414. 433] A. VI, 684 (isque *mut. in* hunc). 434] A. X, 711. VI, 621. 435] A. XI, 753 (a*t*). VII, 544. 436] A. III, 310. 437] A. VIII, 114. VI, 388 (limina χ). 438] A. VI, 389. I, 731 (loquntur *MR*). 439] G. IIII, 445 (nam *mut. in* aut.) 440] G. IIII, 446 (domus *Mb2*). A. VI, 852. 441] E. I, 11. A. VIIII, 190 (*per*cipe). 442] A. VIIII, 191. 443] A. X, 526. IIII, 223. 444] A. VII, 512 (pe*tit*). VI, 15 (se). 445] G. IIII, 323 (perhibes *mut. in* memoras, *cf.* A. IIII, 109). A. X, 176. 446] A. VIIII, 740 + I, 131 *al.* 447] A. VIII, 627.

431 Ausurus *T* Ausus *A'* (us *pr. ut uidetur in ras.*) 432 Conpellare (Comp. m^2) *S* 434 intremuitque π (*in marg.* m^2 infremuitque) *A* 435 ad *P* at *S* (m^2 ut) π affatur *S*m^2*A* 436 Uere nete *P* nuncius *P* adfert *P* adfers (m^2 aff.) *S* ofert *A'* offert *T* 438 *sq.* Fare . . iuuenem (*in marg.* m^2 Fare age quid uenias iam istinc et conprime gressum *(A. VI, 389)* Nam quis te iuuenum) π 438 nam te dare] nonate** se *P* locuntur *T* 440 domos *SA*π inponere (imp. m^2) *S* inponere** *T* 441 non *equidem *S* (n *eras.*) ubi dñs super pinnam templi adsumitur π 443 te syros *P* zefiros *S* zefyros π zephiros *A* et labere] inlabere *P* allabere (alla *in ras.* m^2) *S* pinnis (pen. m^2) *S* 446 Ollis *A* fatur (atur *in ras.* m^3) *P* 447 Haud *PT* Haud (d *ex* t) *S*m^2*A'* Haut (*in marg.* m^2 hic) π uatum] tua tum *T* incius *(corr.* m^2*)* *S*

'dissimularė etiam sperasti, perfide | serpens?
ne dubita; nam uera uides. | opta ardua pinnis
astra sequi clausumque caua te condere terra.
quo periture ruis maioraque uiribus audes?
cede deo, | toto proiectus corpore terrae'.
nec plura his: ille admirans uenerabile donum
fronte premit terram | et spumas agit ore cruentas
contentusque fuga | caecis se inmiscuit umbris.
Interea | uolitans magnas it fama per urbes. Matth. 4, Marc. 3, 7 sqq Luc. 6, 1
conuenere uiri: | mens omnibus una sequendi
in quascumque uelit pelago deducere terras.
multi praeterea, quos fama obscura recondit,
concurrunt | fremitu denso stipantque frequentes
exultantque animis; | medium nam plurima turba 465
hunc habet atque umeris extantem suspicit altis. 466
postquam altos uentum in montes, | aeterna potestas

448] A. IIII, 305 + A. V, 91 (273). 449] A. III, 316. XII, 892. 450] A. XII, 893 (que *MRγbc*). 451] A. X, 811 (*mo*riture, *cf.* XI, 856). 452] A. V, 467. XI, 87. 453] A. VI, 408. 454] A. X, 349 (premit *Pγ1*). G. III, 203 (ag*e*t). 455] A. XI, 815. VII, 619 (condidit *mut. in* inmiscuit, *cf.* A. XI, 815). 456] E. X, 55 *al.* A. IIII, 173 (Libyae *mut. in* uolitans, *cf.* VII, 104). 457] A. V, 490. X, 182. 458] A. II, 800 (ueli*m*). 459] A. V, 302. 460] A. X, 361 (691. XI, 805. XII, 297. 724). G. IIII, 216. 461] A. XI, 491 (exult*a*tque, *cf.* III, 557. VII, 464). A. VI, 667. 462] A. VI, 668. 463] A. IIII, 151 (montes *Mγ2b*). X, 18.

448 Dissimilare (v m^2) π 449 Nec *SA'* optas *S* opta] properare *A* pinnis (pen. m^2) *S* 450 causumque *S* caue *A* terraṃ (m *exp.* m^2) *S* 451 rues *A* audies *A'* 452 protectus *S* totoque correptus *A* terra (-ã m^2) *S* 453 illi *S* uenaerabile *P* donum (n *ex* m) *S* 454 cruentas *ego* cruentos *P* cruento *cet.* 455 Contentosque *(corr.* m^2*)* *S* inmiscunt (imm. m^2) *S* miscuit *P* de mirabilibus christi π 456 magnas it πm^2 magna fit *S* magna sit *cet.* fama] fama sit *P* 458 uelint *S* decurrere *S* terra* *P* 459 prterea *P* 460 Conueniunt *A* Concurrunt . . frequentes (*in marg.* m^2 Conueniunt uitamque uolunt pro laude pacisci, *cf. A. I, 361 [700. VIIII, 779] V, 230)* π densoṣ (s *exp.* m^2) *S* ruentes *P (A. II, 440. IIII, 401. VIIII, 727. X, 573. XII, 505)* *uu. 461 et 462 post 466 in libris leguntur; transposui eos editionem Romanam secutus* 461 Exultant (*om.* que) *P* Exultatque π*A* animum *S* pluma *A'* 462 adque *P* suscepit *S* suspit *A* alṭis *A'*

iura dabat legesque uiris |, secreta parentis,
spemque dedit dubiae menti | curasque resoluit.
conspicit ecce alios dextra laeuaque | frequentis.
quos ubi confertos audere in proelia uidit, Matth. 5, 1 sqq.
incipit et dictis diuinum aspirat amorem:
'discite iustitiam moniti, | succurrite fessis
pro se quisque, uiri, | quae cuique est copia, laeti
communemque uocate deum. | meliora sequamur
quoque uocat uertamus iter. | uia prima salutis
intemerata fides | et mens sibi conscia recti.
uobis parta quies | perfecto temporis orbe.
nam qui diuitiis soli incubuere repertis
nec partem posuere suis, | dum uita maneret,
pulsatusue parens et fraus innexa clienti,
tum, cum frigida mors anima seduxerit artus,
inclusi poenam expectant, | quae maxima turba est,
infernisque cient tenebris | ueterumque malorum

464] A. I, 507. II, 299. 465] A. IIII, 55. G. I, 302. 466] A. VI, 656 + G. III, 394 (IIII, 216. A. I, 707. VI, 486. X, 506). 467] A. II, 347 (uid*i*). 468] A. VIII, 373. 469] A. VI, 620. XI, 335. 470] A. V, 501. 100. 471] A. VIII, 275. III, 188. 472] A. V, 23. VI, 96. 473] A. II, 143. I, 604. 474] A. III, 495. VI, 745. 475] A. VI, 610 (aut *mut. in* nam). 476] A. VI, 611. 608 (mane*bat*). 477] A. VI, 609. 478] A. IIII, 385 (et *mut. in* tum). 479] A. VI, 614. 611. 480] A. VII, 325 (cie*t*). VI, 739.

464 legisque uires *S* secreta parentis (*in marg.* m^2 operumque laborem *G. II, 155. A. I, 455. 507)* π *post 464 leguntur in* π*:* Edocet humanis quae sit fiducia rebus *(A. X, 152)* Admonet inmiscesque (t *supra* s m^2) cari praecepta parentis *(A. X, 153. V, 747)* 465 Spemque (*om.* dedit) *S* 466 frequentes *S*$m^2\pi$*A* 467 consertos *P* prelia *A'* 468 adspirat *A* inspirat *S*π amorem aspicit (ra m^2) *S* 469 monitis *A* moniti et *SChCV*π succurrit effesis *P* succ^v^rrere (v m^2) π 470 quisque (que *s. u.*) *T* quaecumque *A* 472 uertamus] sequamur *A* 473 et *(s. u.* m^2*)* π constia *T* 474 quarta . . perfecta *(corr.* m^2*) S* 475 qui *(add.* m^2*) S* incobuere *P* incumbuere (m *del.* m^2) π repertis (s *add.* m^2) π 476 partem] parem *S* uitam aneret (i m^2) *P* manet *S* manebat *A* 477 Pulsanti sue (s *exp.* m^2) *S* inexa *A* 478 Tunc *PA* Et π mors] pars *A* animas eduxerit π 479 penam (poenam m^2) *S* poenam (o *s. u.*) *T* 480 Infernique *A* ciens *P* uent (ruent m^2) *S* quae *S*m^1

supplicia expendunt. | aliis sub gurgite uasto
infectum eluitur scelus aut exuritur igni.
turbidus hic caeno uastaque uoragine gurges
aestuat atque imo barathri eructat harenam.
hinc exaudiri gemitus et saeua sonare
uerbera, tum stridor ferri tractaeque catenae,
semper et obducta densantur nocte tenebrae.
praeterea | quae dicam animis aduertite uestris.
non ego uos posthac | caesis de more iuuencis
religione patrum | truncis et robore nata
mortaliue manu | effigies et templa tueri
audiam: et haec | repetens iterumque iterumque monebo:
sed periisse semel satis est, | natumque patremque
profuerit meminisse magis, | si credere dignum est.

481] A. VI, 740. 741. 482] A. VI, 742. 483] A. VI, 296. 484] A. VI, 297, *cf.* III, 421. 485] A. VI, 557. 486] A. VI, 558. 487] G. I, 248 (ob*tenta*, *cf.* A. II, 604; densantur *Mc*). 488] E. II, 40 *al.* A. II, 712. 489] E. I, 75. A. III, 369 (*om.* primum). 490] A. II, 715. VIII, 315 (*om.* duro). 491] A. VIIII, 95 (mortali*ne*). VII, 443. 492] A. IIII, 387. III, 436. 493] A. VIIII, 140 (sed *FPRbc*). IIII, 605. 494] G. I, 451. A. VI, 173.

481 Suppliciȩ *T* expendent *A* alii *P* iurgite (gur. m^2) *S* 484 adque *P* que (m^2 atque) *S* barathri *Ra* baratri *PSπARb (de ChCV cf. p. 526)* arenam *S*m^1*π* 485 Hic *A* exaudire *π* sonarạe (a *exp.* m^2) *S* 486 ferre *(corr.* m^1) *S* ferret *A′* ferrum *T* tractaque *(corr.* m^2*) S* tactaeque *π* 487 et obducta] ****ducta *P* densentur *π* 489 posthaec *P* hȩc (*om.* post) *A* cȩcis *P* casis (caesis m^2) *S* *in hoc uersu* desinit *S* *post u. 527 repetuntur in P uu. 490—527 manu eiusdem et temporis et generis, qua reliqua quoque usque ad f. 140ʳ, quod ultimum est, exarata sunt. quam ob rem in scripturis uersuum repetitorum discrepantibus significandis siglis Pa et Pb utar* 490 Relegione *A′* (i *supra* e *alt.*) *Tπ* nouo renata *A* 491 Mortaliue *Rb* Mortalique *PbChCV* Mortaline *cet.* emanu *Pb* effugies *Pa* et (*in marg.* m^2 nec) *π* 492 Audiam et haec *A* Audiant et *Pa* Audite et *PbV* Audiam et *π* *et* (ci *supra* a m^1) *Rb* Audire et *C* (*hi omnes om.* haec) Audiam hec *Ra* Annuo et hoc *Ch* iterum iterumque *Pb et* (que *ad prius* iterum *s. u.* m^2 *adscripto) π* 493 perisse *P* patrịque (ẽ *supra* ị m^2) *π* 494 sic *Paπ* reddere *Pa*

sed fugit interea, fugit inreparabile tempus, Matth. 24, 29 sqq.
flammarumque | dies et uis inimica propinquat'. Marc. 13, 24 sqq.
adtonitis haesere animis: | nec plura moratus Luc. 21, 25 sqq.
hic aliud maius miseris | mortalibus aegris
iudicium | canit — et tristis denuntiat iras —
uenturum excidio | et uasta conuulsa ruina
omnia tum pariter | rutilo inmiscerier igni
palantesque polo stellas | caelique ruinam.
tum uero tremefacta nouos per pectora cunctis
insinuat pauor, | et taciti uentura uidebant.
Haec super aduentu | cum multa horrenda moneret, Matth. 19, 16 sqq.
ora puer prima signans intonsa iuuenta, Marc. 10, 17 sqq.
diues opum, | studiis florens ignobilis oti — Luc. 18, 18 sqq.
quinque greges illi balantum, quina redibant
armenta, et | dapibus mensas onerabat inemptis —
continuo | alacris palmas utrasque tetendit
et genua amplectens | sic ore effatus amico est:

495] G. III, 284. 496] G. I, 473. A. XII, 150. 497] A. V, 529. 381. 498] A. II, 199. G. I, 237 (A. II, 268. X, 274. XII, 850). 499] A. I, 27. III, 366. 500] A. I, 22. III, 414 (conuulsa *Mac*). 501] G. I, 455. 454. 502] A. VIIII, 21 (palant*is*que). I, 129 (ruin*a*). 503] A. II, 228. 504] A. II, 229. 125. 505] A. VII, 344 (quam *mut. in* haec). III, 712. 506] A. VIIII, 181. 507] G. II, 468. IIII, 564 (floren*tem*). 508] A. VII, 538. 509] A. VII, 539. G. IIII, 133. 510] G. I, 60 *al.* A. VI, 685. 511] A. X, 523. III, 463.

495 insepe parabile *A'* 497 Attonitis *Pbπ* plurima *Pb* plura (*in marg.* m^2 ultra) *π* 498 His *A* 499 tristes *πA* denunciat *Pa* 500 excidium *A* et *om.* *πA* 501 tunc *P* ritulo *π* inmisceriet *Pa* inmiscerer *Pb* inmisceri *T* 502 polus *Pb* ruinas (-ã m^2) *π* 503 nouus *πA* 504 Insunuat *Pa* uidebant (a *ex* u m^2) *π* de diuite aduliscentulo *π* 505 Hos *PaA* Hoc *Pb* aduenit *PaA* atuentu *Pb* çum (d m^2) *π* horrendo *Pa* moueret *Pa* moneat *Pb* maneret *T* 506 Hora *Pa* intensa *Pb* 507 studii flores ignobiles *Pb* et nobilis ortu *A* hoti *Pa* otii *Pbπ* 508 Quique gregis *Pb* ballantum *Pa* et quina *Pb* rediebant *Pb* rediçeant *A'* redibant (d *ex* sc) *T* 509 menses (a m^2) *π* honerabat *Pa* honorabat *π* inemptis *RaCh* ineptis *PπRb* inertis *A* opimis *C (supra* ł ineptis) *V* 510 Continua *T* alacres *Pb* utrisque tetendi *Pb* 511 amoco *Pb*

'o decus, o famae merito pars maxima nostrae,
ad te confugio et supplex tua numina posco.
omnia praecepi atque animo mecum ante peregi.
eripe me his, inuicte, malis. | quid denique restat,
quidue sequens tantos possim superare labores?
accipe daque fidem: | mihi iussa capessere fas est.'
atque huic responsum paucis ita reddidit heros:
'o praestans animi iuuenis, | absiste precando,
nec te paeniteat: | nihil o tibi amice relictum.
hoc etiam his addam, tua si mihi certa uoluntas:
disce, puer, | contemnere opes et te quoque dignum
finge deo, | et quae sit poteris cognoscere uirtus.
da dextram misero et | fratrem ne desere frater.
si iungi hospitio properat, | coniunge uolentem.
casta pudicitiam seruet domus. | en age segnes
rumpe moras | rebusque ueni non asper egenis.'
dixerat haec. ille | in uerbo uestigia torsit
tristior, | ora modis adtollens pallida miris,

512] G. II, 40. 513] A. I, 666. 514] A. VI, 105. 515] A. VI, 365. II, 70 (*om.* iam misero mihi). 516] A. III, 368. 517] A. VIII, 150. I, 77. 518] A. VI, 672. 519] A. XII, 19. VIII, 403. 520] E. X, 17. A. VI, 509. 521] A. VII, 548. 522] A. XII, 435. VIII, 364. 523] A. VIII, 365. E. IIII, 27. 524] A. VI, 370. X, 600. 525] A. VII, 264. V, 712. 526] G. II, 524 (seru*at*). III, 42 (segnes *Ry2b*). 527] G. III, 43. A. VIII, 365. 528] A. V, 84 (XI, 132) + A. II, 152 (705. IIII, 238. 331 VIIII, 743. X, 547). VI, 547. 529] G. IIII, 235 (A. I, 228). A. I, 354 (adtollens *c*).

512 merito] melior *Pa* nostri *Pb* 513 et *om. Pb* et . . posco *(in marg. m² nam te dare iura loquuntur A. I, 731) π* nomine *Pa* nomina *Pb* 514 percepi *π* precipi *A* adque *Pa* atqueue *T* ante *(m² uel m³ in spatio 5 uel 6 litt.) Pa* perege *A'* 515 inuictae *A'* qui *Pa* 516 Quidue *T* sequens (ens *in ras.*) *Pa* possum *A* sufferre *PbCV* 518 Adque *Pa* 519 prestant animo *Pa* animis *A* 520 peneteat *Pb* o *om. A* relictum est *PbChCV* 521 tua si] tuas *Pb* 522 contempnere *Pa* dignum] duci *A* 523 et *om. A* coguuscere *P* 524 et *(s. u. m²) π* fratem *Pa* non *Pb* nec *π* dessere *Pa* fratre *A* 525 properat (s *supra* t *m²*) *π* coniuge *PaT* 526 pudicitia *A* 527 egentes *Pa* 528 in *om. A* uebo *T* torsit (o *ex* e *m¹ ut uidetur*) *P* 529 attollens *π*

multa gemens, | seque ex oculis auertit et aufert.
Inde ubi prima fides pelago, | tranquilla per alta Marc. 6, 48 sqq. Matth. 14, 22 sqq.
deducunt socii nauis | atque arte magistra
hic alius latum funda transuerberat amnem
alta petens, pelagoque alius trahit umida lina.
postquam altum tenuere rates nec iam amplius ullae
occurrunt terrae, | crebris micat ignibus aether,
eripiunt subito nubes caelumque diemque,
consurgunt uenti et | fluctus ad sidera tollunt.
at sociis subita gelidus formidine sanguis
diriguit: cecidere animi | cunctique repente
pontum adspectabant flentes | — uox omnibus una —
spemque metumque inter dubii, seu uiuere credant
siue extrema pati, | leti discrimine paruo,
qualia multa mari nautae patiuntur in alto.
ecce deus | magno misceri murmure pontum
emissamque hiemem sensit, | cui summa potestas.
par leuibus uentis | et fulminis ocior alis
prona petit maria et pelago decurrit aperto:

530] A. XII, 886. IIII, 389. 531] A. III, 69. II, 203. 532] A. III, 71. VIII, 442 (atque *add.*). 533] G. I, 141 (atque *mut. in* hic, iam *in* trans). 534] G. I, 142. 535] A. III, 192. 536] A. III, 193 (apparent *mut. in* occurrunt). I, 90. 537] A. I, 88. 538] A. V, 20 (atque *mut. in* et). I, 103 (fluctus*que;* toll*it*). 539] A. III, 259. 540] A. III, 260 (diriguit *am*). I, 594 (cunctisque). 541] A. V, 615 (po*r*tum). 616. 542] A. I, 218. 543] A. I, 219. III, 685. 544] A. VII, 200. 545] A. V, 854. I, 124. 546] A. I, 125. X, 100 (summa *PM2bc*). 547] A. II, 794 (VI, 702). V, 319. 548] A. V, 212.

uu. 531—561, qui in libris extant post 548, huc transtuli editionem Romanam secutus; in C hoc loco leguntur uu. 531—544, qui post 548 cum ceteris repetuntur; in V desunt uu. 562—579 531 hubi *T* (h *eras.*) alto *P* 532 naues *πA* 533 iam uerberat *π* omnem *A'* 534 *om. A* alios *P* 535 Post (*om.* quam) *A* 537 Eripuunt *A* 539 socii *T* subitọ (a m^2) *π* 540 *fort.* deriguit, *cf. 270* 541 aspectabant *P* flectaentes (a *eras.*) *A'* 542 dubiis euiuere *A* credant (u m^2) *P* 543 lẹti *PA* lœti *π* discriminẹ *P* *post 544* de saluatore *π* 545 Eccẹ *P* murmore *T* 546 hiem *π* hieme *A* 547 fluminis *A* ocio salis *P*

nec longo distat cursu | praeeunte carina.
agnoscunt longe regem | dextramque potentem
nudati socii | et magno clamore salutant.
postquam altos tetigit fluctus et ad aequora uenit, 570
id uero horrendum ac uisu mirabile ferri:
subsidunt undae, | remo ut luctamen abesset,
collectasque fugat nubes | graditurque per aequor
iam medium necdum fluctu latera ardua tinxit.
at media socios incedens naue per ipsos 575
ipse gubernaclo rector subit, ipse magister.
intremuit malus, | gemuit sub pondere cumba,
uela cadunt, | puppique deus consedit in alta:
et tandem laeti notae aduertuntur harenae. 579
Tunc etiam | tardi costas agitator aselli 531 Matth. 21, 7 sqq. Marc. 11, 7 sqq. Luc. 19, 35 sqq.
insedit nimbo effulgens: | cui plurima circum
matres atque uiri, pueri | uelamina nota
subiciunt | funemque manu contingere gaudent.
iamque propinquabant portis | templumque uetustum 535
antiqua e cedro | centum sublime columnis

549] A. III, 116 (dista*nt*). V, 186. 550] A. X, 224 (agnoscunt *bc*). VII, 234. 551] A. III, 282. V, 207 + III, 524 (XII, 257). 552] A. III, 662. 553] A. VII, 78. 554] A. V, 820. VIII, 89. 555] A. I, 143. III, 664. 556] A. III, 665 (fluctu *Pγ1*). 557] A. V, 188. 558] A. V, 176. 559] A. V, 505. VI, 413. 560] A. III, 207. V, 841. 561] A. V, 34. 562] A. II, 246. G. I, 273. 563] A. II, 616 (nimbo *MPγabc*). V, 250 (quam *mut. in* cui). 564] G. IIII, 475 + 476. A. VI, 221. 565] A. II, 236. 239. 566] A. XI, 621. II, 713. 567] A. VII, 178. 170.

549 distant *π* 550 Agnuscit *P* rege dextraque petentem *A* 551 magnum *P* 552 ad *om. P* 553 hac uisum . . ferrę *P* *post 554* ubi uentum corripiunt *π* 556 tincxit *T* 557 Ad *A* 558 Ecce *ChV* gubernac"lo (u m^2) *P* 559 Intremuit malus (*m^2 in marg.* Intremuere uiri) *π* gemit *T* cymba *π* 560 Uel *A* inabalto *P* 561 nautae *PCVA* arenae *Pπ* *post 561 (530)* ubi dn̄s super pullum asinae sedit *π* 562 agitatur *PT* agitatụr (o m^2) *π* 563 effulsit *P* etfulgens *A (sic Mediceus)* 564 ụota (n m^2) orbi *P* 566 portis (r *in ras.*) *A* 567 Antiquę *P* Antique *A* Antiqua *π (omnes* e *om.)* caedro *Pπ* sublimae *P*

ingreditur | magna medius comitante cateruа.
horrendum siluis | hoc illis curia templum,
hae sacrae sedes, | miro quod honore colebant.
namque sub ingenti lustrat dum singula templo, Matth. 21, 12 sq. Marc. 11, 15 sq. Luc. 19, 45 sq.
horrescit uisu subito | insonuitque flagello
significatque manu et magno simul | intonat ore:
'quae scelerum facies, | quaeue aera micantia cerno
Caesaris et nomen? | quae mentem insania mutat?
hae nobis propriae sedes, | hic tempore certo
perpetuis soliti patrum considere mensis.'
obstipuere animis | gelidusque per ima cucurrit
ossa tremor, | mensasque metu liquere priores.
Deuexo interea propior fit Uesper Olympo. Matth. 26, 20 sqq. Marc. 14, 17 sqq. Luc. 22, 14 sqq.
tum uictu reuocant uires fusique per herbam
et dapibus mensas onerant et pocula ponunt.
postquam prima quies epulis mensaeque remotae,
ipse inter primos | genitori instaurat honores,
suspiciens caelum. | tum facta silentia linguis.

568] A. VI, 157 (856). V, 76. 569] A. VII, 172. 174. 570] A. VII, 175 (sacrae *bχ*). IIII, 458 (coleb*at*). 571] A. I, 453. 572] A. VI, 710. V, 579. 573] A. XII, 692. VI, 607. 574] A. VI, 560. II, 734 (atque *mut. in* quaeue). 575] G. III, 47. A. IIII, 595. 576] A. III, 167. G. IIII, 100 (hi*nc*, *om.* caeli). 577] A. VII, 176 (patr*es*). 578] A. VIII, 530 (VIIII, 123). II, 120 (XII, 447). 579] A. II, 121 (XII, 448). III, 213. 580] A. VIII, 280. 581] A. I, 214. 582] A. I, 706 (qui *mut. in* et; oner*e*nt . . pon*a*nt). 583] A. I, 723. 584] A. II, 479 (VII, 783. XII, 579). V, 94. 585] A. XII, 196. XI, 241.

568 Adgreditur (In m^2) *P* Aggreditur *ChC* ubi dn̄s e templo uendentes et ementes effugat *π* 569 illiṣ (s *exp.* m^2) *π* cura *T* 570 Haec *A* colebaṇt (n *exp.* m^2) *π* 571 *fort.* iamque dum *om. A* 572 insonuitquae *P (et sic saepius, quae iam non enotabo)* 574 quae (*om.* ue) *P* atque *π* 575 quae tanta (*in marg.* m^2 mentem) *π* 576 sedis . . tempore̜ *P* 577 patres *Ra* considere̜ *P* 578 gelidus (*om.* que) *A* preima *A* 579 linquere *PT* 580 Deuexo . . olympo (*in marg.* m^2 Sol ruit interea et montes umbrantur opacae *A. III, 508) π; idem u.* Sol . . opaci *in Rb ante u. 580 legitur* Deuexu *P* olimpo *A* 581 Dum *P* Tuṃ (nc m^2) *π* Tunc *A* erbam *P* 582 in mensas *T* honerant (h *eras.*) *π* de mirabilibus *π* 583 de cena dn̄i *π in marg.* 584 genitor *PA*

dat manibus fruges | dulcesque a fontibus undas
impleuitque mero pateram | ritusque sacrorum
edocet inmiscetque preces | ac talia fatur:
'audite, o proceres,' ait 'et spes discite uestras.
nemo ex hoc numero mihi non donatus abibit,
promissisque patris | uestra' inquit 'munera uobis
certa manent, pueri, et palmam mouet ordine nemo.
et lux cum primum terris se crastina reddet,
unus erit tantum | in me exitiumque meorum, Matth. 26, 21
dum paci medium se offert | de corpore nostro. Marc. 14, 20 Luc. 22, 21
iamque dies, nisi fallor, adest. | secludite curas.
mecum erit iste labor, | nec me sententia fallit:
unum pro multis dabitur caput.' | haec ita fatus
conticuit | seramque dedit per membra quietem.
Oceanum interea surgens Aurora reliquit. Matth.
iamque sacerdotes | late loca questibus implent 27, 12 sqq. Marc.
cum populo patribus | ferturque per agmina murmur. 15, 1 sqq. Luc.
quod genus hoc hominum, quaeue hunc tam barbara morem 23, 10 sqq.
permittit patria? | poenas cum sanguine poscunt
undique collecti | et magno clamore secuntur

586] A. XII, 173 (da*nt* fruges manibus). G. II, 243 (unda*e*). 587] A. I, 729. XII, 836. 588] A. X, 152 + 153. III, 485 (V, 16. 79. 464. 532. VII, 330. VIII, 559. XII, 228). 589] A. III, 103. 590] A. V, 305. 591] A. V, 863. 348. 592] A. V, 349. 593] A. VIII, 170. 594] A. V, 814. VIII, 386 (exiciumque *b*). 595] A. VII, 536. G. II, 23 (A. XII, 421) + G. I, 491 *al.* 596] A. V, 49. I, 562. 597] A. IIII, 115. X, 608 (*te*). 598] A. V, 815. X, 594. 599] A. III, 718 (VI, 54). VIII, 30. 600] A. IIII, 129. 601] A. VIII, 281. G. IIII, 515 (impl*e*t). 602] A. VIII, 679 (patribus populo*que*). XII, 239 (ser*pit*que). 603] A. I, 539. 604] A. I, 540. II, 72. 605] A. II, 414. X, 799 (et *add.*, secuntur *PR*).

587 Inplebitque *A* sacrarum *A* 588 immiscetque *π* praeces *PT* hac *P* 589 o] hoc *P* proceres (o *in ras. ex* e) *A'* ait *om.* *πRa* spes iam *πRa* 590 dạnatus (o m^2) *π* 591 Promissisquę (sis *ex* sum m^2) *P* Promisisque *π* inquid *PA* uobis (*in marg.* m^2 uestra) *π* 592 inmouet *P* de iuda traditore *π* 593 reddit *P* 594 exiciumquę *P* excidiumque (*in marg.* m^2 exitiumque) *π* 596 Namquę *P* 598 fatur *A'* 600 reliquid *P* 601 inplent *T* 602 populum *P* patribusque *A* fereturquę *P* ruit perque augmina *A* serpitque *π* 603 quęuae *P* barba *A* 604 sanguina *P* 605 sequuntur *π*

insontem, | saeuitque animis ignobile uulgus.
Sol medium caeli conscenderat igneus orbem,
cum subito | acciri omnes, populusque patresque,
exposcunt farique iubent, | quo sanguine cretus
quidue petat quidue ipse ferat. | praeclara tuentis
facta uiri mixtus dolor et | stupor urguet inertis —
nescia mens hominum —, | certantque inludere capto. Matth. 26, 67;
tum uero | raptis concurrunt undique telis. 27, 29. Marc. 15, 19 sq.
tollitur in caelum clamor | cunctique repente
corripuere sacram effigiem manibusque cruentis
ingentem quercum decisis undique ramis
constituunt | spirisque ligant ingentibus ipsum, Luc. 23, 33 Ioann. 19, 18
tendebantque manus | pedibus per mutua nexis —
triste ministerium —, | sequitur quos cetera pubes,
ausi omnes inmane nefas ausoque potiti.
ille autem inpauidus | 'quo uincula nectitis?' inquit.
'tantane uos generis tenuit fiducia uestri?
post mihi non simili poena commissa luetis.'
talia perstabat memorans fixusque manebat.

606] A. II, 84. I, 149. 607] A. VIII, 97. 608] A. I, 509 (535. III, 590). VIIII, 192. 609] A. VIIII, 193 + XI, 240 (que *add.*, iubet). II, 74 (III, 608). 610] A. X, 150. 397. 611] A. X, 398. G. III, 523 (urguet *PRγ*). 612] A. X, 501. II, 64. 613] A. VII, 519. 520. 614] A. XII, 462. I, 594 (cunct*is*que). 615] A. II, 167. 616] A. XI, 5. 617] A. VI, 217. II, 217 (et iam *mut. in* ipsum, *cf.* E. I, 9 *al.*). 618] A. VI, 314. VII, 66. 619] A. VI, 223. V, 74. 620] A. VI, 624 (inmane *c*). 621] A. X, 717. E. VI, 23. 622] A. I, 132. 623] A. I, 136. 624] A. II, 650.

606 Insontem (e m^3 *ex* u *uel* o) *P* saeui^t^quẹ *P* saeuit (*om.* que) *π* sexta hora *π* Sexta hora diei ducitur ad crucem (crucifigendum *V*) *C (in marg.) V* 608 populusque *ChC* populosque *cet.* patres (*om.* que) *A* 609 que sanguine *P* 610 preclare *P* tuentes *P et* (*in marg.* m^2 iuuentus) *π* 611 mi^x^tus (x m^1 *uel* m^2) *P* pudor *πA (A. X, 398)* uṛget (r s. u.) *π* (*fort. in codice, quem descripsit librarius, fuit* unget, *quod habet Ra,* unguit *Rb*) urgent *A* inertes *πA'* 613 aptis *P* 614 in caelum] undique *A* cruentis repente (repente *s. u.* m^2 *uel* m^3) *P* de cruce dñi *π* 616 succisis *A* 617 Corripiunt (*in marg.* m^2 Constituunt) *π* spinisque *A* 619 quos] p' (*i. e.* pos, post) *A'*, *om. T* postera *T* 620 immanẹ *P* potiti* *T* 621 nectitis (*in* tenditis *mut.* m^2 *uel* m^3) *P* tenditis *A* inquid *PA* 622 te/nuit ge/neris *π* 623 mihi non (*in marg.* m^1) *π* 624 prestabat *PA*

Interea magno misceri murmure caelum Matth. 27, 4
incipit | et rebus nox abstulit atra colorem 51 sqq.
impiaque aeternam timuerunt saecula noctem. Luc. 23, 44
terra tremit, fugere ferae et mortalia corda
per gentes humilis strauit pauor: | inde repente
dat tellus gemitum et | caelum tonat omne fragore.
extemplo | commotae Erebi de sedibus imis
umbrae ibant tenues. | tellus quoque et aequora ponti
signa dabant: | sistunt amnes terraeque dehiscunt.
quin ipsae stupuere domus atque intima Leti
Tartara | et umbrosae penitus patuere cauernae.
sol quoque et exoriens | — cuncti se scire fatentur —
tum caput obscura nitidum ferrugine texit.
Diffugiunt comites et nocte teguntur opaca Matth. 26,
multaque dura suo tristi cum corde | uolutant. Marc. 14,
quid faciant? | haerent infixi pectore uultus
uerbaque, nec placidam membris dat cura quietem.
tum senior tales referebat pectore uoces
multa putans: | 'ubi nunc nobis deus ille magister?
quem sequimur? quoue ire iubes, ubi ponere sedes?

625] A. IIII, 160. 626] A. IIII, 161. A. VI, 272. 627] G. I, 468. 628] G. I, 330. 629] G. I, 331. A. VIII, 238. 630] A. VIIII, 709. 541. 631] A. I, 92 *al.* G. IIII, 471. 632] G. IIII, 472. I, 469. 633] G. I, 471. 479. 634] G. IIII, 481. 635] G. IIII, 482. A. VIII, 242. 636] G. I, 438. A. XI, 344. 637] G. I, 467 (cum). 638] A. IIII, 123 (diffugient .. tegentur). 639] A. VIII, 522 + I, 725 (V, 149. X, 98). 640] E. III, 16 (domini *om.*). A. IIII, 4. 641] A. IIII, 5. 642] A. V, 409. 643] A. VI, 332. V, 391. 644] A. III, 88.

625 murmore *P* 626 abstullit *P* 627 Inpiaque *T* 628 fugire *P* fugere (i *s. u.*) *A'* fere *(s. u.)* *A'* corda quiescunt *π* 629 humiles *Pπ* repentẹ *P* 630 sonitum *A* fragorẹ *P* fragore (*in marg.* m^2 tumultu) *π* 631 Extemplum *P* Extẹmplo (i *s. u.*) *A'* commoti animi de *A* turbatae *π* 632 aequore *P* Umbrẹ ibant sistunt amnes terrẹque (terrẹque *in T del.* m^2) et aequora ponti *A' et T (in quo deest u. 633)* 634 Atque *π* ultima *A* laeti *πA* 635 pauere *T* 636 et *om.* *A* cunctis (se *om.*) *P* cum se *A'* cun se *T* 637 Tum (nc m^2) *π* *hic desinit A'* 639 Multaquẹ (idem *supra* ẹ m^2) *P* tristẹ *P* 640 herent (re *s. u.* m^2) *P* 641 placida membris *T* curam *P* petrus *π* 644 quo[ue] irae (ue *s. u.* m^2) *P* sedem *T*

o dolor atque decus, | tantarum gloria rerum!
iam iam nulla mora est: | et nos rape in omnia tecum —
oramus — | teque aspectu ne subtrahe nostro.
Hos inter motus | media inter talia uerba
tertia lux gelidam caelo dimouerat umbram:
iamque pedem referens | superas ueniebat ad auras,
cum subito ante oculos | ingenti mole sepulchrum,
corpus ubi exanime positum, | — nec claustra nec ipsi
custodes sufferre ualent — | auulsaque saxis Marc. 16, 4
saxa uident, | laxis laterum conpagibus artis. Luc. 24, 2 Ioann. 20, 1
fit sonus: ingenti concussa est pondere tellus. Matth. 28, 2
horror ubique animo, simul ipsa silentia terrent.
Ecce autem primi | uolucrum sub culmine cantus:
ingreditur linquens antrum, | spoliisque superbus
ibat ouans, | pulsuque pedum tremit excita tellus,
uulneraque illa gerens | foribus sese intulit altis.
atque hic ingentem comitum adfluxisse nouorum
inuenit admirans numerum | cunctisque repente Ioann. 20, 19
inprouisus ait: 'coram, quem quaeritis, adsum. Luc. 24, 33 sqq.
uicit iter durum pietas | et uiuida uirtus.
praecipites uigilate, uiri; | timor omnis abesto.

645] A. X, 507. IIII, 232 (272). 646] A. II, 701. 675. 647] A. I, 525. VI, 465. 648] A. XI, 225. XII, 318. 649] A. XI, 210. 650] G. IIII, 485. 486. 651] A. I, 509 (535. III, 590) + A. I, 114 (II, 270). VI, 232. 652] A. XI, 30 (exanime *M*). II, 491. 653] A. II, 492. 608 (auulsaque *γ2abc*). 654] A. II, 609 (uides). I, 122 + 293. 655] A. VIIII, 752. 656] A. II, 755. 657] A. VI, 255. VIII, 456. 658] A. VI, 157. VIII, 202. 659] A. VI, 589. XII, 445. 660] A. II, 278. XI, 36. 661] A. II, 796. 662] A. II, 797 (inueni*o*). I, 594. 663] A. I, 595. 664] A. VI, 688. V, 754 (set; *om.* bello). 665] A. IIII, 573. XI, 14.

645 dęcus . . tanta sum *P* 646 tęcum *P* 647 subtrahes *P* 648 motos *P* 649 gelidam caelo *π* umbram (m *ex* s m^2) *P* 651 saepulchrum *π* 652 exanime *πChCV* examine *Rb* exanima *T* examem (m^3 exanimis, *sic Ra*) *P* 653 sufferrę *P* 654 uidens *T* compagibus *P* artis (*in marg.* m^2 altis) *π* *u. 655 ante 650 collocandus esse uidetur* 655 concusa *P* Explicit cento probę *T* *(qui in hoc uersu desinit)* 656 animum *P* 657 uoluchrum *P* 658 superbuṃ (s *supra* ṃ m^2) *π* 660 floribus *P* *ante 662* ubi dn̄s apparuit discipulis *π* 662 ad (m^2 ac) mirans *P* 665 Praecipites (e *alt. ex* i m^2 *uel* m^3) *P* uigilatę . . omnes *P*

hi nostri reditus expectatique triumphi,
haec mea magna fides. | o terque quaterque beati,
quae uobis, quae digna, uiri, pro laudibus istis
praemia posse rear solui, | quae dona parari?
accipite ergo animis: | quae uos a stirpe parentum
prima tulit tellus, eadem uos ubere laeto
accipiet. | reuocate animum maestumque timorem Luc. 24, 3
mittite | et uosmet rebus seruate secundis.
quod super est, laeti bene gestis ordine rebus
pacem orate manu, | pacem laudate sedentes Ioann. 20
magnanimi; | pacis solum inuiolabile pignus.'
et simul his dictis faciem ostendebat et | ora, Luc. 24,
ora manusque ambas populataque | pectora ferro:
immiscentque manus manibus | gaudentque tuentes.
nec uidisse semel satis est: iuuat usque morari
et conferre gradum | et dextrae coniungere dextram.
His demum exactis | spirantes dimouet auras: Luc. 24, Marc. 16
aëra per tenerum | caeloque inuectus aperto

666] A. XI, 54. 667] A. XI, 55. I, 94. 668] A. VIIII, 252. 669] A. VIIII, 253. E. VI, 79 (pararit). 670] A. III, 250. 94. 671] A. III, 95. 672] A. III, 96. I. 202. 673] A. I, 203. 207. 674] A. VIIII, 157 (corpora *mut. in* ordine, *cf.* A. III, 548). 675] A. X, 80 (orare). XI, 460. 676] A. VI, 649 (XII, 144. 878). XI, 363. 677] A. V, 357 (ostenta⁚bat *M*, de *eras.*) + VI, 495. 678] A. VI, 496 + I, 355. 679] A. V, 429 (Immiscentque *Rc*). 575. 680] A. VI, 487. 681] A. VI, 488. VIII, 164. 682] A. VI, 637. VIIII, 645 (spirantes *M2*). 683] A. VIIII, 699. I, 155.

666 Hii π excecatiquạe (m^2 exspectatique) *P* triumfi π 667 fidis π 669 reor (rear *corr.* m^1 *uel* m^2) *P* quo *P* dona (m^2 *in marg.* digna) π 670 uos ad *P* 671 tullit *P* 672 animum *P*m^1 animos *P*m^2π 673 Mittite (ti *s. u.* m^2) π seruatę *P* dñs dix̃ discp̃l pacem meã do uobis π 676 Magnanima . . inuiolabilę *P* 677 ostentabat π 678 manusquę (quę *del.* m^3) *P* pectora π (*in marg.* m^2 tempora) *RaChV* tempore *P* tempora *C* tēora *Rb* 679 Immiscentquae (a *eras.*) *P* Immiscetque π Inmiscentque *Rb* manum (m^2 manus) *P* gaudetque *P* gaudetque tuendo (*in marg.* m^2 gaudentque tuentes) π 680 Nęc *P* 681 coniungerę *P* coniungere (*in marg.* m^2 contingere) π ubi dñs ostendit thomae loca clauorum π *in marg.* de ascensu dñi π 682 demouit *P* demouet (m *ex* u) π 683 cęlumque *P*

mortales uisus medio in sermone reliquit:
atque illum | solio stellantis regia caeli
accipit | aeternumque tenet per saecula nomen.
ex illo celebratus honos, laetique minores
seruauere diem | tot iam labentibus annis.
I decus, i, nostrum, | tantarum gloria rerum,
et nos et tua dexter adi pede sacra secundo
annua, quae differre nefas. celebrate fauentes
hunc, socii, morem sacrorum: hunc ipse teneto,
o dulcis coniunx, | et si pietate meremur,
hac casti maneant in religione nepotes.

⟨POMPONII⟩ UERSUS AD GRATIAM DOMINI.

INDUCIT DUAS PERSONAS MELIBOEUM ET TITYRUM.

[M]EL. Tityre, tu patulae recubans sub tegmine fagi,
nescio qua praeter solitum dulcedine laetus,
fortunate senex! hic inter flumina nota

684] A. IIII, 277 (in *add.*). 685] G. I, 203 (A. I, 227). A. VII, 210. 686] A. VII, 211. VI, 235. 687] A. VIII, 268. 688] A. VIII, 269. II, 14. 689] A. VI, 546. IIII, 232 (272). 690] A. VIII, 302. 691] A. VIII, 173. 692] A. III, 408. 693] A II, 777. 690. 694] A. III, 409.

684 me diu *(corr. m³) P* in *(add. m²) π* relinquid *P* *post hunc u. legitur in CV:* Infert se septus (sceptus *V*) nebula mirabile dictu *A. I, 439* 685 stellantis *RaRbChC* stellantia *V* stelantes (*m²* stillantes) *P* stellantes (i *m²*) *π* 686 Accepit *(corr. m²) P* 687 cleratus honos (*m³* seruatus honus) *P* seruatus honus (*m² in marg.* celebratus honos) *π* *post u. 689 add. RbCV:* Semper honos nomenque tuum laudesque (laudesque tuae nomenque *V*) manebunt *A. I, 609* 690 tu dextr di (e *et* a *m²*) *π* 691 differrę *P* 692 ipsa *πRaC* 693 coniux *Pπ* 694 Haec casta *(corr. m²) P* regione *P* religione (i *pr. ex* e *m²*) *π* Explicit carmen Probae illus|tris matronae. uirgilianis | uersiculis comptatum. *Ch*

1] E. I, 1. 2] G. I, 412 (laet*i*). 3] E. I, 51.

π: Palatinus 1753 f. 69ʳ, B: Bursian MOELIBOEUM *π*

et fontis sacros | deductos dicere uersus
et cantare paras | diuino carmine, pastor,
formonsi pecoris custos, formonsior ipse.
TIT. Non incerta cano,| uatum praedicta priorum.
an quicquam nobis tali sit munere maius?
o Meliboee, deus haec nobis otia fecit.
namque erit ille mihi semper deus | atque hominum rex,
omnipotens genitor, | rerum cui summa potestas,
quem qui scire uelit, | diuinum aspiret amorem.
haut ignota loquor, | totum quae sparsa per orbem.
ipsi laetitia uoces ad sidera iactant
intonsi montes, ipsae iam carmina rupes,
ipsa sonant arbusta; | deum namque ire per omnes
terrasque tractusque maris caelumque profundum
ne dubita — nam uera uides —, | qui foedere certo
aeternis regit imperiis | et temperat iras.
ni faciat, maria ac terras | nox incubat atra.
MEL. Felix, qui potuit rerum cognoscere causas!
namque, fatebor enim, | genus a quo principe nostrum,
audierat | Stimicon: laudauit carmina nobis.
sis felix! | nam te maioribus ire per altum
auspiciis manifesta fides | pro laudibus istis.
TIT. Accipe daque fidem: | neque est ignobile carmen.

4] E. I, 52. VI, 5 (deduct*um*) + V, 2. 5] E. VII, 5 (par*es*). VI, 67. 6] E. V, 44. 7] A. VIII, 49 (Haut *in* Non *mut.*). IIII, 464 (priorum *FPγabc*). 8] E. V, 53. 9] E. I, 6 (nobis haec). 10] E. I, 7. A. I, 65 (II, 648. X, 2. 743). 11] A. X, 668. 100 (summa *PM2bc*). 12] G. II, 105. A. VIII, 373 (adspir*at*). 13] A. II, 91. I, 602 (*magn*um, *cf.* E. III, 41. VIII, 9. A. I, 457). 14] E. V, 62. 15] E. V, 63. 16] E. V, 64. G. IIII, 221. 17] G. IIII, 222 (*cf.* E. IIII, 51). 18] A. III, 316. I, 62. 19] A. I, 230 (regi*s*). I, 57. 20] A. I, 58. 89. 21] G. II, 490. 22] E. I, 31 (*cf.* Catal. XI, 11). A. III, 168. 23] A. I, 20. E. V, 55. 24] A. I, 330. III, 374. 25] A. III, 375. X, 825. 26] A. VIII, 150. E. VIIII, 38.

4 diductus π *corr.* *B* 5 paras *B* pares π 6 pecoris *B* pecori π 7 de prophetis *et* Tyt *(sic ubique in marg.)* π 9 meliboe π 13 totum quae *ego* totumque π 19 aeternisq; (q; *eras.*) π 20 incu*bat (m *eras.*) π, *fort.* incubet 21 De domino dicit *in marg.* π 23 stimi conlaudabit π *corr.* *B* 26 neque *B* nec qui π

maior agit deus atque opera ad maiora remittit.
unus qui nobis cunctando restituit rem,
ille operum custos, | hominum rerumque repertor,
quo sine nil altum mens inchoat, | ipse uolutat
quae sint, quae fuerint, quae mox uentura trahantur.
his etenim signis atque haec exempla secuti
esse animas partem diuinae mentis et haustus
aetherios dixere, | quia sit diuinitus illis
ingenium. | quamuis angusti terminus aeui
terrenique hebetant artus moribundaque membra,
at genus immortale manet: | ne quaere doceri.
igneus est ollis uigor et caelestis origo,
et, cum frigida mors anima seduxerit artus,
has omnis, ubi mille rotam uoluere per annos,
tempora dinumerans | deus euocat agmine magno.
reddunt se totidem facies | terraeque dehiscunt.
sed reuocare gradum superasque euadere ad auras,
hoc uirtutis opus, | terras temptare repostas
sideream in sedem | atque alto succedere caelo.
MEL. Tityre, | tamne aliquas ad caelum hinc ire putandum est
sublimis animas iterumque ad tarda reuerti
corpora? | nos alia ex aliis in fata uocamur?
immortalis ego? | pertemptant gaudia pectus,
si modo quod memoras factum | contingere possit.

27] A. XII, 429. 28] A. VI, 846 (restituis). 29] G. IIII, 215. A. XII, 829. 30] G. III, 42 (te *mut. in* quo). A. XII, 843. 31] G. IIII, 393. 32] G. IIII, 219 (quidam *mut. in* etenim). 33] G. IIII, 220 (apibus *mut. in* animas). 34] G. IIII, 221. I, 415. 35] G. I, 416. IIII, 206. 36] A. VI, 732. 37] G. IIII, 208. A. VI, 614. 38] A. VI, 730. 39] A. IIII, 385. 40] A. VI, 748. 41] A. VI, 691. 749. 42] A. VIIII, 122. G. I, 479. 43] A. VI, 128. 44] A. X, 469. III, 364. 45] A. X, 3. G. IIII, 227. 46] E. I, 1 (VIIII, 23). A. VI, 719 (*anne*). 47] A. VI, 720. 48] A. VI, 721. III, 494. 49] A. XII, 882. I, 502. 50] A. IIII, 109. I, 413 (posset).

32 De hominibus dicit *in marg.* π 33 austus π 34 Aethereos π, *fort.* dixere aetherios 38 De inferis dicit *in marg.* π 39 anima seduxerit *ego* animas eduxerit π 44 De superis *in marg.* π 46 iamne *Petschenig* 47 De resurrectione *in marg.* π 48 Corporȩ π

TIT. Ne dubita | nulla fati quod lege tenetur:
crede deo — nam uera uides —, | sine posse parentem.
quam minime re⟨ris⟩ | fato prudentia maior.
MEL. Credo equidem, nec uana fides; | quis talia demens
abnuat? | et me uictusque uolensque remitto:
stultus ego | paruis componere magna solebam;
nec mea iam mutata loco sententia cedit.
unum oro: | doceas iter, et sacra ostia pandas,
quidue sequens tantos possim superare labores.
⟨TIT.⟩ Dicam equidem nec te suspensum, nate, tenebo,
et quo quemque modo fugiasque ferasque laborem.
'aude, hospes, contemnere opes: | uia prima salutis.
intemerata fides | et mens sibi conscia recti
praemia digna ferunt. | freti pietate per ignem
inuenere uiam: | requies ea certa laborum.
inuitant croceis halantes floribus horti
fortunatorum nemorum sedesque beatae
semper erunt, | quorum melior sententia menti:
his locus urbis erit, | diuini gloria ruris.
nam qui diuitiis soli incubuere repertis,
distulit in seram commissa piacula mortem,

51] A. III, 316. XII, 819. 52] A. V, 467 (*ce*de) + III, 316. VIIII, 90. 53] A. VI, 97 (quam *Seruii Aen. VIII, 131 Guelf.*). G. I, 416. 54] A. IIII, 12. 107. 55] A. IIII, 108. XII, 833. 56] E. I, 20. 23. 57] A. VIIII, 220. 58] A. VI, 106. 109. 59] A. III, 368. 60] A. VI, 722. 61] A. III, 459. 62] A. VIII, 364. VI, 96. 63] A. II, 143. I, 604. 64] A. I, 605 (fer*a*nt). XI, 787. 65] A. VII, 297. III, 393. 66] G. IIII, 109 (inuit*e*nt). 67] A. VI, 639 (beata*s*). 68] G. III, 69. A. II, 35. 69] A. III, 393 (*i*s). G. I, 168. 70] A. VI, 610 (aut *mut. in* nam). 71] A. VI, 569.

53 Quam minime refato *(spatium circiter quattuor litt.)* prudentia maior π, quod minime reris *B*, quam (*sed fortasse praestat* qua) minime reris *ego* 55 *post* uictusque *spatium trium litterarum in* π remi'to π 56 componore π magna *B* magno π 57 caedit π 58 hostia π 60 Tit. *om.* π de bono *(sic)* conuersatione in saeculo *in marg.* π 61 quo quemque *B* quocumque π 62 contempore (ne *supra*) π 66 De paradiso dicit *in marg.* π alantes π 70 De gehenna dicit *in marg.* π repertis *B* reperti π

ausi omnes immane nefas ausoque potiti
urgentur poenis. | quam uellent aethere in alto
omnia | et superas caeli uenisse sub auras.'
MEL. Quae tibi, quae tali reddam pro carmine dona?
non opis est nostrae: | nomen tollemus ad astra,
Tityre. | discussae umbrae et lux reddita menti.
⟨TIT.⟩ Non haec humanis opibus, non arte magistra
proueniunt: | quae sit poteris cognoscere uirtus.
ni refugis, | prima repetens ab origine pergam.
MEL. Immo age et a prima dic, hospes, origine nobis;
accipio agnoscoque libens ut uerba parentis.
TIT. Accipe: | prisca fides facto, sed fama perennis.
nunc canere incipiam, | quoniam conuenimus ambo
montibus in nostris: | referunt ad sidera ualles.
'magnus ab integro saeclorum nascitur ordo;
maius opus moueo: | laudes et facta parentis.
nam neque erant astrorum ignes nec lucidus aethra
siderea polus, | et nox obscura tenebat.
tum pater omnipotens | rebus iam luce retectis
aëra dimouit tenebrosum et dispulit umbras.
principio caelum et terras | solemque cadentem
lucentemque globum lunae | camposque liquentes,
noctis iter, | stellis numeros et nomina fecit:

72] A. VI, 624. 73] A. VI, 561. 436. 74] E. VI, 34 *al.* A. VII, 768. 75] E. V, 81. 76] A. I, 601. E. V, 51 (tuum *mut. in* nomen, *cf.* A. VII, 272). 77] E. I, 1 (VIIII, 23). A. XII, 669. 78] A. XII, 427. 79] A. XII, 428. E. IIII, 27. 80] G. I, 177. A. I, 372. 81] A. I, 753. 82] A. VIII, 155. 83] A. II, 65 (III, 486. VI, 136. VIII, 150). VIIII, 79. 84] G. I, 5 (*hinc*). E. V, 1. 85] E. V, 8. VI, 84. 86] E. IIII, 5. 87] A. VII, 45. E. IIII, 26. 88] A. III, 585. 89] A. III, 586. IIII, 461 (et *add.*; cum terras *om.*; teneret, *cf.* III, 587. V, 721). 90] G. II, 325 (A. VII, 770. X, 100). A. VIIII, 461. 91] A. V, 839. 92] A. VI, 724 (ac *mut. in* et; terras *F2GM*). IIII, 480. 93] A. VI, 725. 724. 94] A. X, 162. G. I, 137.

73 uellens *π* 77 Tyt. *ante hunc u. habet, om. ante u. 78 π* 83 facto *B* facta *π* 87 maius *B* Maris *π* 88 aethra *B* aether *π* 90 De deo dicit *in marg. π* luce retectis *B* luce rectis *π* 92 De principio dicit *in marg. π*

unde hominum pecudumque genus uitaeque uolantum
et quae marmoreo fert monstra sub aequore pontus.
et medium luci atque umbris iam diuidit orbem
temporibusque parem diuersis quattuor annum.
nec torpere graui passus sua regna ueterno
mouit agros curis acuens mortalia corda,
ut uarias usus meditando extunderet artes.
hic genus indocile ac dispersum montibus altis
composuit legemque dedit, | dicione tenebat.
hinc populum late regem aeuoque superbum
uenturum excidio | docuit post exitus ingens
uictor ab Aurorae populis et litore rubro.
tunc uictu reuocant uires, | caelestia dona,
deterior donec paulatim ac decolor aetas
et belli rabies et amor successit habendi.
regnorum inmemores turpique cupidine capti.
tunc uariae inludunt pestes. | malus abstulit error
Aegyptum uiresque Orientis: | miranda uidentur
omnigenumque deum monstra et latrator Anubis.
quid delubra iuuant | simulacraque luce carentum?
non tali auxilio nec defensoribus istis
tempus eget; | cum uestra dies uoluentibus annis
uerba redarguerit, | poena commissa luetis.
quin potius pacem aeternam | et numinis ⟨aram⟩

95] A. VI, 728 (*i*nde). 96] A. VI, 729. 97] G. I, 209. 98] G. I, 258. 99] G. I, 124. 100] G. I, 123. 101] G. I, 133. 102] A. VIII, 321 (is *mut. in* hic). 103] A. VIII, 322 (legesque). I, 622. 104] A. I, 21 (*bell*oque). 105] A. I, 22. V, 523. 106] A. VIII, 686. 107] A. I, 214 (tu*m*). G. IIII, 1. 108] A. VIII, 326. 109] A. VIII, 327. 110] A. IIII, 194 (capt*os*). 111] G. I, 181 (tu*m* . . inlud*a*nt). E. VIII, 41. 112] A. VIII, 687. I, 494. 113] A. VIII, 698. 114] A. IIII, 66. G. IIII, 472. 115] A. II, 521. 116] A. II, 522. XI, 687 (qui *mut. in* cum) + I, 234. 117] A. XI, 688. I, 136. 118] A. IIII, 99. VIII, 186 (hanc *mut. in* et; tanti *om.*).

95 inde *B* 97 orbem (em *ex* is) π 102 hic *ego* Nec π hinc *B* 112 *fort.* mira; *cf. p. 562* 113 monstra *B* monstrat π 118 et numinis aram *ego* et tanti muneris (*post* muneris *spatium trium quattuorue litterarum, tum sequitur* cuncti) π

cuncti obtestemur? | haec ara tuebitur omnis.
his actis aliud genitor secum ipse uolutat,
quo uitam dedit aeternam, quo mortis adempta est
condicio, | et caelo tandem miseratus ab alto est.
respicit humanos | pietas antiqua labores
exitiis positura modum, | responsa dabantur
fida satis: manifesta fides | secreta parentis.
ipse haec fert ⟨caelo⟩ celeris mandata per auras
interpres | † monitum spirantemque adfore uerbis,
seraque terrifici cecinerunt omina uates;
namque fore inlustrem dictis factisque canebant.
o quam te memorem, uirgo? | cui mentem animumque
semine ab aetherio | superis concessit ab oris
omnipotens.'

⟨DE UERBI INCARNATIONE.⟩

Omnipotens genitor | tandem miseratus ab alto,
postquam cuncta dedit caelo constare sereno,
omnibus in terris | diuinum aspirat amorem

119] A. XI, 358 (ipsum *mut. in* cuncti; *cf.* V, 70. XI, 801). II, 523. 120] A. XII, 843. 121] A. XII, 879 (cur mortis *mut. in* quo mortis). 122] A. XII, 880. V, 727. 123] A. V, 689. 688. 124] A. VII, 129. II, 376. 125] A. II, 377 + 309 (III, 375). II, 299. 126] A. IIII, 270 (ferre iubet *in* fert caelo *mut.*). 127] A. IIII, 378. VIII, 304 + X, 547 (uerb*o*). 128] A. V, 524. 129] A. VII, 79 (fama fatisque *mut. in* dictis factisque). 130] A. I, 327. VI, 11. 131] A. VII, 281. II, 91. 132] A. X, 615 (668, XI, 790).

119 tuebitur *B* tuebimur *π* 121 aeternam dedit *π* 124 dabuntur *π* 126 haec manifesta fides *π*; *adparet* manifesta fides *ex uersu antecedenti illatum esse;* fert ⟨caelo⟩ *ego scripsi* 127 interpraes *π* monitum *π cor-ruptum; fort.* genitum spirantemque *ego* spirantumque *π* 128 omina *B* omnia *π* 129 canebant *B* canebat *π* 130 De maria dicit *in marg. π* quam te (m te *in ras.*) *π*

1] A. X, 668. V, 727 (alto est). 2] A. III, 518 (*uidet*). 3] A. I, 756 (in *add.*, errantem *om.*). VIII, 373.

S: Parisiensis lat. 13047 (olim S. Germani 841), saec. VIIII, f. 113ʳ inscriptione non adiecta. Carmen de uerbi incarnatione *inscripsit Martène*

semper honore pio nomen | natique patrisque
ornare et canere | paribusque in regna uocari
auspiciis: ⟨huic⟩ progeniem uirtute futuram
egregiam et totum quae legibus occupet orbem.
ne tamen in terris | mortalia pectora turbet
ignotum numen, | deus aethere missus ab alto
mortalis uisus | potuit quantusque uideri.
  Uirgo matura fuit, iam plenis nubilis annis,
cui genus a proauis ingens | nomenque decusque,
intemerata toris. | talem se laeta ferebat:
casta pudicitiam | miro seruabat amore.
huic se forma dei — | caelo demissus ab alto
spiritus intus alit — | et casto corpore miscet.
ante tamen dubiam | dictis solatur amicis:
'alma parens, | mundi dominum paritura potentem —
nam te digna manent | generis cunabula nostri —,
uade, ait, o felix nati, | quocumque uocaris,
auspiciis manifesta nouis! | hic uertitur ordo,
huius in aduentu fides | et fama perennis.'
dixerat: illa pauens | oculos suffusa nitentis,

4] A. VIII, 76 (meo *in* pio *mut.*, nomen *add.*, *cf.* E. V, 78 [A. I, 609]). A. VI, 116 (natique *Rγ2b*). 5] G. IIII, 119 (ornar*et* caner*em*). A. VII, 256. 6] A. VII, 257. 7] A. VII, 258 (*ui*ribus). 8] G. III, 452 *al.* (*non*) + E. III, 104 (106. A. I, 460. V, 803. X, 807). A. III, 56 (IIII, 412) + II, 200 (turb*at*). 9] A. VII, 571 (i*nuis*um). IIII, 574. 10] A. IIII, 277. II, 591 (deam qualisque *mut. in* potuit quantusque). 11] A. VII, 53 (iam . . uiro *mut. in* uirgo . . fuit). 12] A. XII, 225 (cui *MRγbc*). II, 89. 13] A. III, 178 (*f*ocis). I, 503. 14] G. II, 524. A. VII, 57 (*proper*abat). 15] A. IIII, 556. E. IIII, 7 (demi*ttitur* alto, *cf.* A. V, 727 [VII, 141]). 16] A. VI, 726. 727 (et *magno se*). 17] A. II, 359 (uadimus haud dubiam). V, 770. 18] A. II, 591. VI, 621 (*auro patriam dominumque* p.). 19] G. I, 168 (*si* . . man*e*t). A. III, 105 (gen*t*is . . nostr*ae*). 20] A. III, 480. E. III, 49. 21] A. III, 375 (fides *mut. in* nouis). 376 (*is*). 22] E. VII, 59 (G. III, 93. A. VII, 344; Phyllidis . . nostrae *mut. in* huius in . . fides). A. VIIII, 79 (set *mut. in* et). 23] A. II, 152 *al.* (ill*e*; pauens *add.*). I, 228.

6 huic *addidi*, hinc *Martène* progeniemque (prolemque *supra* m^2) piã *S* futura *S* 8 Nec amen *S* 9 aetherae *S* 11 natura *S* 15 demissus *ego* dimissus *S* 16 et *del. Martène, fort.* en casto se *S* se *del. Huemer* 20 nati pietate *S* pietate *eieci ut illatum ex Aen. III, 480*

suspirans imoque trahens a pectore uocem
uirgo refert: | 'haut equidem tali me dignor honore.
non opis est nostrae | nec fas, nec coniugis umquam
praetendi taedas aut haec in foedera ueni.
sed post iussa deum | nihil est quod dicta recusem.
accipio agnoscoque libens: | sequor omina tanta
promissisque patris | exsequar caelestia dona,
ammiranda dei | tantarum munera laudum.'
  Panditur interea domus omnipotentis Olympi
sideream in sedem, terras unde arduus omnis
aspicit: et natum | uerbis conpellat amicis:
'nate, meae uires, mea magna potentia solus,
nate, mihi quem nulla dies | ab origine rerum
dissimilem arguerit, | comitem complector in omnis.
te sine nil altum mens inchoat: | omnia mecum
aeternis regis imperiis, | et, quidquid ubique est,
nulla meis sine te quaeretur gloria rebus.
omnia sub pedibus, qua sol utrumque recurrens
aspicit oceanum, uertique regique uidebunt,
quae tibi polliceor: | neque est te fallere quicquam.
haec tibi semper erunt | uatum praedicta priorum:
nec mea iam mutata loco sententia cedit.

24] A. I, 371. 25] A. IIII, 31 (*Anna* r., *cf.* VII, 436. X, 17. XI, 124). I, 335. 26] A. I, 601. VIIII, 208 (XI, 181) + IIII, 338. 27] A. IIII, 339. 28] A. VI, 461 (me *mut. in* post). XII, 11 + XI, 437. 29] A. VIII, 155. VIIII, 21. 30] A. V, 863. G. IIII, 1 *sq.* 31] G. IIII, 3 (tibi *mut. in* dei). A. VIII, 273 (in *om.*; munera *m*). 32] A. X, 1. 33] A. X, 3. 34] A. VII, 101 (*oceanum*, *cf.* X, 4). II, 372. 35] A. I, 664. 36] A. I, 665 + VIIII, 281 (mihi quem *add.*). I, 642 (gentis *mut. in* rerum). 37] A. VIIII, 282. 277 (casus *om.*). 38] G. III, 42. A. VI, 112. 39] A. I, 230. 601 (nec *mut. in* et). 40] A. VIIII, 278. 41] A. VII, 100. 42] A. VII, 101. 43] A. VIIII, 301. G. IIII, 447 (quicquam *MR*). 44] E. V, 74. A. IIII, 464 (priorum *FPγabc*). 45] A. VIIII, 220.

25 tali equidem *Areualus* 27 praetendit aetas *S* 28 *fort.* dei 30 patriis *S* exsequar *illatum est ex G. IIII, 2*; *fort.* capiam *(A. III, 488).* 33] Sideriam *S* 37 dissimile *S* *fort.* omnia 40 quaeritur *S*, *corr. Areualus* 45 caedit *S*

nascere praeque diem ueniens age, lucifer, almum,
nascere, | quo toto surgat gens aurea mundo,
unde etiam | magnus caelorum nascitur ordo:
nascere, | ut incipiant magni procedere menses,
ne maneant terris | priscae uestigia fraudis,
prospera uenturo laetentur ut omnia saeclo.
adgredere o magnos — aderit iam tempus — honores.
aspera tum positis mitescent saecula bellis
pacatumque reges patriis uirtutibus orbem.'
Haut mora: continuo patris praecepta facessit,
aethere se mittit | figitque in uirgine uultus,
nec mortale tuens, afflata est numine quando
iam propiore dei . . . . | nam tempore eodem
matri longa decem tulerunt fastidia menses,
et noua progenies | mox clara in luce refulsit.
mox etiam magni | processit numinis astrum:
stella facem ducens multa cum luce cucurrit.
. . . .
. . . .
'Ille dies primus leti primusque salutis
monstrat iter uobis ad eum. | quem semper acerbum,
semper honoratum cuncti | celebrate fauentes.
annua uota tamen | noctem non amplius unam

46] E. VIII, 17. 47] E. VIII, 17. IIII, 9 (ac *mut. in* quo). 48] A. VII, 778. E. IIII, 5 (ab integro *om.*; saeclorum). 49] E. VIII, 17. IIII, 12 (et incipient). 50] E. IIII, 13 *sq.* 31. 51] E. IIII, 52 (aspice *mut. in* prospera). 52] E. IIII, 48. 53] A. I, 291. 54] E. IIII, 17 (reget). 55] G. IIII, 548 (matris). 56] A. VIIII, 645 (mittit *M*). XII, 70. 57] A. VI, 50 (*sonans*). 58] A. VI, 51. G. I, 483 (nec). 59] E. IIII, 61. 60] E. IIII, 7 (*iam* noua). A. I, 588 (mox *add.*, clara*que* in). 61] E. VIIII, 47 (mox etiam magni *add.*). 62] A. II, 694. 63] A. IIII, 169 (malorum *mut. in* salutis, *cf.* A. VI, 96). 64] A. II, 388 (uobis ad eum *add.*). V, 49. 65] A. V, 50 (cuncti *add.*). VIII, 173. 66] A. V, 53. I, 683.

48 *fort.* saeclorum 51 seclo *S* 53 mitescunt *S* 54 pagatumque *S* 57 numine *Martène* lumine *S* 58 propiora *S* *lacunam h. l. statui*, post tempore *Riese; excidisse uidetur* summi *uel* magni 59 mensis *S* *post u. 62 haud pauca intercidisse intellexit Riese* 64 eo *S* aceruum *S*

haut segnes uigilate, uiri, | dapibusque futuris
luce palam | cumulate piis altaria donis.
hac uestri maneant in religione nepotes.
iamque egomet patris | sedes arcemque reuiso.
accipite ergo animis atque haec mea figite dicta,
ore fauete omnes | et huc aduertite mentem.
e diuerso sedem quotiens uenietis in unam,
undique collecti | pacem laudate frequentes,
cogite concilium, | coeant in foedera dextrae,
qua datur: | pacis solum inuiolabile pignus.
discite iustitiam, | aeterna in pace futurae
concordes animae. | si non inrita dicta putatis,
nulla dies usquam memori uos eximet aeuo.
mortalem eripiam formam | et praemia reddam
fortunatorum nemorum sedesque beatas.
non eritis regno indecores, nec uestra feretur
fama leuis | mecum pariter considere regnis.
urbem, quam statuo, uestra est: | intrare licebit.
nusquam abero et tutos patrio uos limite sistam:
idem uenturos tollemus in astra nepotes.
quae uero nunc quoque uobis, dum uita manebit,
praemia digna feram? | non uobis numine nostro

67] A. XI, 64 + IIII, 573. I, 210. 68] A. VIIII, 153. XI, 50 (cumulatque *mut. in* cumulate piis). 69] A. III, 409 (*casti*). 70] A. III, 623 (V, 650. VI, 505; uidi e. duo *mut. in* iamque e. patris). II, 760. 71] A. III, 250. 72] A. V, 71. VIII, 440. 73] A. II, 716 (hanc *om.*, quotiens *add.*, ueniemus). 74] A. II, 414. XI, 460. 75] A. XI, 460. 292. 76] A. XI, 293. 363. 77] A. VI, 620. XII, 504 (gentis *om.*, futuras). 78] A. VI, 827. X, 244 (putaris). 79] A. VIIII, 447 (umquam). 80] A. VIIII, 101. II, 537 (reddant). 81] A. VI, 639. 82] A. VII, 231 (erimus). 83] A. VII, 232. I, 572. 84] A. I, 573. III, 254. 85] A. II, 620 (tutum p. te). 86] A. III, 158. 87] A. V, 724 (manebat; *uerba* quae . . uobis *add.*). 88] A. I, 605 (ferant). VII, 261 + II, 396.

67 Aut signes *S* 73 *fort.* sedem e diuerso; e *del. Riese* uenientis *S* 75 consilium *S* 76 condatur *Buecheler,* qua detur *Riese,* qua dabitur *Huemer; sed nihil mutandum est, cf. p. 564* 78 *fort. illatum* animae *et scribendum* futuri concordes, ⟨mea⟩ si 79 extimet *S* 85 auero *S* tuto patri suo *S* 87 uobis quoque nunc *Riese; fort.* quae uero quoque nunc uobis

diuitis uber agri rerumque opulentia derit.
fundit humo facilem uictum iustissima tellus
prouentuque onerat sulcos atque horrea uincit.
floret ager, spumat plenis uindemia labris,
exuperant fetus ramos | frondentis oliuae,
quotque in flore nouo pomis se fertilis arbor
induerit, totidem autumno matura tenebit.
non liquidi gregibus fontes, non gramina derunt,
et quantum longis carpent armenta diebus,
exigua tantum gelidus ros nocte reponit.
haec sunt, quae nostra deceat uos uoce moneri.
uiuite felices | et condita mente tenete.'
  Haec ubi dicta dedit, | mox sese attollit in auras
suspiciens caelum, | caput inter nubila condit
atque ita discedens terris | animisque suorum
concretam exemit labem purumque relinquit
aetherium sensum atque aurai simplicis ignem.
ex illo celebratus honos, laetique minores
seruauere diem | atque haec pia sacra quotannis
matres atque uiri, | pueri innuptaeque puellae
carminibus celebrant | paterisque altaria libant.
ast ego qui çecini | magnum et mirabile numen,
haec eadem gentique meae generique manebunt.

89] A. VII, 262 (*Troiae*que *P2yb*). 90] G. II, 460. 91] G. II, 518 (oner*et* . . uinc*at*). 92] G. II, 6. 93] G. I, 189 (*si* superant) + 188. II, 119 (A. VI, 208) + G. II, 3, *cf.* A. VI, 230. VIII, 116. 94] G. IIII, 142. 95] G. IIII, 143 (induer*at* . . teneb*at*). 96] G. II, 200. 97] G. II, 201. 98] G. II, 202 (reponit *Mb1c1*). 99] A. III, 461 (*li*ceat). 100] A. III, 493. 388 (tu *mut. in* et; tenet*o*). 101] A. II, 790 *al.* IIII, 176. 102] A. XII, 196. IIII, 177. 103] A. VIIII, 40 (*nam*que; terris *add.*). V, 577 (*ocu-lo*sque, *cf.* VIIII, 725. XI, 234). 104] A. VI, 746. 105] A. VI, 747. 106] A. VIII, 268. 107] A. VIII, 269. V, 59 (*mea bc1*). 108] A. VI, 306. 307. 109] A. VIII, 303. XII, 174. 110] A. I, 46 (VII, 308). + G. IIII, 565 *sq.* A. I, 652 *al.* (mir. *donum;* magnum et *add.*). 111] A. VIIII, 302 (matri-que *mut. in* gentique).

90 homo *S* 91 honerat *S* 93 Exuberant *S, corr. Huemer, qui* exsuperant *scripsit* 94 Quodquae *S* 96 deerunt *S* 97 dibus *S* 98 *fort.* reponet 103 discidens *S* 104 *malim* reliquit 106 celebratos *S* 107 sagra quodannis *S*

DE ECCLESIA.

Tectum augustum ingens, centum sublime columnis,
religione patrum laetum | et uenerabile templum
hoc dedit esse suum | superi regnator Olympi.
nam deus omnipotens, | qui res hominumque deumque
aeternis regit imperiis, | 'quo tenditis?' inquit
'hic domus est uobis, | haec ara tuebitur omnis.'
hic matres puerique simul | mixtaeque puellae
sacra canunt | pariterque oculos ad sidera tollunt,
hic exaudiri uoces, | hic uota precesque:
noctes atque dies | ferit aurea sidera clamor.
postquam prima quies | et facta silentia tectis,
incipit effari | diuino ex ore sacerdos:
'accipite haec animis laetasque aduertite mentes,
matres atque uiri, | pueri innuptaeque puellae.
discite iustitiam moniti | et spes discite uestras.
haut incerta cano: | deus aethere missus ab alto,
ipsius a solio regis, | uia prima salutis,
quem nobis | partu sub luminis edidit oras

1] A. VII, 170. 2] A. VIII, 598 (late *mut. in* laetum, *cf.* X, 738). VI, 408 (XII, 767; et *add.*, donum *mut. in* templum, *cf.* III, 536 *al.*). 3] A. X, 235 (et *mut. in* hoc; suum *add.*, *cf.* A. VI, 142 *al.*). II, 779. 4] G. I, 29 (an *mut. in* nam) + II, 325 *al.* A. I, 229. 5] A. I, 230 (regis). V, 670. 6] A. V, 638 (inquit *om.*). II, 523. 7] A. XI, 215 + 476 + G. III, 473 (A. VII, 340. VIIII, 358). A. V, 293 (mixt*i*que) + II, 238 (VI, 307). 8] A. II, 239. V, 508 + XI, 37. 9] A. IIII, 460 (h*inc*). VI, 51 (*in*). 10] A. VI, 127. II, 488. 11] A. I, 723. 730 (tum *mut. in* et). 12] A. IIII, 76. III, 373. 13] A. V, 304. 14] A. VI, 306. 307. 15] A. VI, 620. III, 103. 16] A. VIII, 49. IIII, 574. 17] A. VI, 396. 96. 18] A. VIIII, 252 (qu*ae* uobis). VII, 660.

S: codex Salmasianus, nunc Parisiensis lat. 10318, f. 21ᵘ. eclesia *S* 1 gentũ *S* colũnes *S* 2 Religionem petrũ *S* 4 res *Suringar* rex *S* 5 inquid *S* 6 uobis *Suringar* nobis *S* 8 Sagra *S* 10 adq; *S* ferit *Suringar* feret *S* 11 tectis *Suringar* noctis *S, fort.* linguis *(A. XI, 241), cf. Proba 585* 14 adq; *S* 16 Aut *S* 18 pastus sublimis eddedit *S corr. Suringar* oras *Suringar* ortus *S*

uirginis os habitumque gerens |, mirabile dictu.
ore ⟨dei⟩ | adflata est spiritu propiore canitque:
. . . .
sic noua progenies | caelo descendit ab alto.
ast ubi iam firmata deum te prodidit aetas,
negauere deum | miseri, quibus ultimus esset
ille dies, | quando furentes ac dira canentes
insontem | magno ad regem clamore trahebant.
ille nihil, | namque ipse uolens, seque obtulit ultro,
hoc ipsum ut strueret, | uatum praedicta priorum
prodere iussa dei, | telluris operta subire.
primus ibi ante omnes, | sceptrum qui forte gerebat,
sustulit ablutas lymphis ad sidera palmas,
hoc dicens: | 'equidem in iusto nil tale repertum:
nec fas. | o miseri, quae tanta insania, ciues?
⟨at⟩ me nulla dies tantis neque fortibus ausis

19] A. I, 315. G. II, 30 (III, 275. A. I, 439. II, 174. IIII, 182. VII, 64. VIII, 252). 20] A. II, 247 (or*a*). VI, 50 *sq.* (numine *in* spiritu *mut.*; canitque *add.*). 21] E. IIII, 7 (iam *mut. in* sic). A. VIII, 423. 22] E. IIII, 37 (hinc . . uirum *mut. in* ast . . deum, fecerit *in* prodidit, *cf.* A. IIII, 431). 23] A. VIIII, 659 (*adgno*uere). II, 248. 24] A. II, 249. G. I, 255 (quando *armatas*). A. VIIII, 621 (canente*m*). 25] A. II, 84. 58. 26] A. II, 287. VI, 146 + VIII, 611. 27] A. II, 60. IIII, 464 (priorum *FPγabc*). 28] A. II, 127 + VI, 461. A. VI, 140. 29] A. II, 40. XII, 206 (nam *mut. in* qui). 30] A. II, 153 (*ex*utas *uincl*is). 31] A. XII, 950. VIIII, 207 (de te *mut. in* in iusto, uerebar *in* repertum, *cf.* A. VI, 145 [VII, 507]). 32] A. VIIII, 208 (XI, 181). II, 42. 33] A. VIIII, 281 (Euryalus *om.*, at *add.*, tam *mut. in* tantis neque).

19 abitumq; *S* 20 ore dei *ego* More *S* Maria *F. Latendorf Fleckeis. ann. CIII, 861* tunc ora *L. Mueller eph. Zarnck. 1868, 249* afflata *Riese* affata *S* propiore *Riese* propiora *S* *post hunc u. lacunam indicaui; cf. Luc. 1, 46 sqq.* 21 discendit *S* 22 uirum *Suringar* prodedit *S* 23 Negabere *S* ultissimus *S* 24 quo *Baehrens, fort.* ac *delendum* hac *S* 27 ut strueret *Suringar* instrueret *S* uatumq; dicta *S, corr. Riese* 28 Proderet i. d. ⁎tellusque operta subiret *S, corr. Suringar* 29 forte *Suringar* uoce *S* 30 Sustullit ablatas limfis asidera *S, corr. Suringar* 31 equitem *S* iusto *Riese* isto *S, cf. Matth. 27, 19.* 24 repertum *Suringar* repertus *S* repertumst *Riese* 32 omnis eriq; t. i. cicys *S, corr. Suringar* 33 at *add.* dię stantis *S*

addiderit socium. | uestra' inquit 'munera uobis!
uos animam hanc potius quocumque absumite leto.'
tum magis atque magis | magnis furoribus acti
clamores simul horrendos ad sidera tollunt
et magis atque magis | poenas cum sanguine poscunt.
has inter uoces | medio in flagrante tumultu
arboris obnixus trunco | — tibi, magne, tropaeum,
omnipotens genitor — | palmas utrasque tetendit
teque uocans | multo uitam cum sanguine fudit.
et tamen interea | tua nati maxima cura
non tulit hanc speciem; | grauiter commotus et alto
dat clarum e caelo signum. | nam tempore in illo
sol medium caeli conscenderat igneus orbem.
eripiunt subito nubes caelumque diemque
et nox atra polum bigis subuecta tenebat.
tris tenuit diei spatium non amplius horas:
tum repetens iterum sua | clara in luce refulsit
nona diei melior | rebus iam rite peractis.
inde datum molitur iter. iamque arua tenebat
scrupea, tuta lacu nigro nemorumque tenebris

34] A. VI, 170 (addider*a*t). V, 348. 35] A. III, 654. 36] G. III, 185. A. IIII, 668 (*plang*oribus; aether *mut. in* acti, *cf.* I, 333 [VII, 199. XI, 616]). 37] A. II, 222 (toll*i*t). 38] A. II, 299. 72. 39] A. XII, 318. XI, 225. 40] G. III, 233. A. XI, 7. 41] A. X, 668. VI, 685. 42] A. VI, 247 (uoce *mut. in* teque). II, 532. 43] A. VIIII, 422 (tu *mut. in* et). G. IIII, 354 (nati *add.*). 44] A. II, 407. I, 126. 45] A. III, 519 (puppi *mut. in* caelo). XI, 303 (no*n*) + E. V, 49 (G. I, 434. A. II, 274. VI, 234. VIIII, 195; *ab [sub]* illo). 46] A. VIII, 97. 47] A. I, 88. 48] A. V, 721. 49] E. III, 105 (*pateat caeli* . . *ulnas*). 50] A. III, 436 (praedicam *om.*, *et* repetens iterum*que;* sua *add.*). I, 588. 51] G. I, 286 (addere *om.; fugae* m., *cf.* A. VIIII, 156). A. IIII, 555 (p*a*r*a*tis). 52] A. VI, 477 (teneba*n*t). 53] A. VI, 238.

34 Addidere' *S* inquid *S* 35 adsumite *S* 36 Tũñč *S* adq; *S* fororib; *S* 38 adq; *S* sanguina *S* 39 fraglante *S* 40 obnixos *S* 42 uita *S* 43 natim *S* 44 tullit *S* comotus *S* 45 das *Suringar* 46 igneos orbe *S* 49 Triste nuit *S* diei] caeli *Baehrens* oras *S* 50 tum *Suringar* Te *S* (*i. e.* Tč) 52 molituritur iter *S* 53 Stubrea *S*, *corr. Salmasius*

ut statim ad fauces uenit graue olentis Auerni,
tum demum horrisono stridentis cardine portae
panduntur uastae | solidoque adamante columnae,
sponte sua | umbrosae penitus patuere cauernae.
ingreditur linquens antrum; | tum maxima turba,
ut uidere deum fulgentiaque ora per umbras,
ingenti trepidare metu. | nec plura moratus
haec ait | et dictis maerentia pectora mulcet:
'ne trepidate, meae | animaeque umbraeque paternae:
uobis parta quies. | genitor mihi talia namque
dicta dedit: | prope uos haec limina tendere adegit.'
haec fatus | animas, quae per iuga longa sedebant,
deturbat | miseransque antro submittit aperto
et dicto parens | supera ad conuexa reuexit.
interea magnam | subito uulgata per urbem
fama uolat, | illum expirantem sedibus imis
iam reuocare gradum superasque euadere ad auras.
obstipuere animis alii; set | sanguinis auctor
se causam clamat crimenque caputque malorum,

54] A. VI, 201 (inde ubi uenere ad fauces). 55] A. VI, 573 (*sacrae*, *cf.* 574). 56] A. VI, 574 (*por*tae). 552. 57] A. VI, 82. VIII, 242. 58] A. VI, 157. 611 (quae *mut. in* tum, *cf.* 667; est *om.*). 59] A. VI, 490 (*uirum* . . *arma*). 60] A. VI, 491. V, 381. 61] G. IIII, 415 *al.* A. I, 197. 62] A. VIIII, 114 (mea*s*). V, 81. 63] A. III, 495. VII, 122. 64] A. X, 600 (d*abas*, *cf.* 633 *al.*). VI, 696 (prope uos *add.*). 65] A. II, 721 (V, 421). VI, 411. 66] A. VI, 412. G. II, 499 (A. X, 823) + A. VI, 262 (que *add.*; *se in*mi*sit*). 67] A. XI, 242 (Uenulus *om.*). VI, 241 (ferebat *mut. in* reuexit). 68] A. I, 124. VIII, 554. 69] A. VIII, 554. I, 44 + 84. 70] A. VI, 128 (set *mut. in* iam). 71] A. VIII, 530. VII, 49 (ultimus *om.*). 72] A. XII, 600.

54 aberni *S* 55 tum *Baehrens* Tunc *S* stritridenti *S* 56 Uanduntur *S*, *corr. Salmasius* solido. quedam ante *S* 57 et *post* sua *add.* *S* caberneę *S* 60 trepidarem *S* 61 a't *S* merenta *S* 62 trepitate *S* meae *Suringar* mę *S* 63 partaiii *S* 64 prope uos haec *Baehrens* uos prophęc *S* propere haec nos *Suringar* adegit *Suringar* agit *S* 65 q; per iura *S*, *corr. Salmasius* 66 Deturbatanq; antro miserans *S*, *corr. Suringar* deturbat antro miserans *Baehrens* 68 uulgatam *S* 71 alii; set *Suringar* aliis et *S* 72 Ne causã clama *S*, *corr. Suringar* capueq; *S*

et nodum informis leti trabe nectit ab alta
proque suis meritis | superis concessit ab oris.
nec minus interea | se matutinus agebat
ad socios, | quibus in mediis sic deinde locutus
extulit os sacrum | claraque in luce refulsit,
omnia longaeuo similis, | cunctisque repente
⟨inprouisus ait⟩: '. . . . .
ire iterum in lacrimas? | coram, quem quaeritis, adsum.
en perfecta mei | cari praecepta parentis.
quare agite, o socii, tantarum in munera laudum
ite' ait, 'egregias animas | natique patrisque
sermonum memores | fluuiali spargite lympha.
ipse, ubi tempus erit, omnis in fonte lauabo.'
dixit et in caelum paribus se sustulit alis
conditus in nubem: | hinc regia tecta subiuit
dona ferens uictor | cari genitoris et ora:
oscula libauit | dextramque amplexus inhaesit.
huius in aduentum cernes | a sedibus imis
eruere summas arces | et moenia uerti
atque omnem ornatum flamma crepitante cremari.

73] A. XII, 603. 74] A. X, 82 + XI, 74. 224 (*cf.* I, 74). II, 91. 75] G. II, 429 (III, 311. A. I, 633. VI, 212. VII, 572. XII, 107). A. VIII, 465. 76] A. XI, 12 (XII, 110; tum *mut. in* ad). V, 303. 77] A. VIII, 591. I, 588. 78] A. VIIII, 650. I, 594. 79] A. IIII, 413. I, 595. 80] A. VIII, 612. V, 747. 81] A. VIII, 273 (iuuenes *mut. in* socii, *cf.* III, 560; munera *m*). 82] A. XI, 24. VI, 116. 83] A. VIII, 464 (memor et). IIII, 635. 84] E. III, 97. 85] A. VIIII, 14. 86] G. I, 442. A. VII, 668 (*sic*). 87] A. I, 679 (VIII, 609. XI, 479) + G. II, 307 (A. V, 484. VIII, 50. VIIII, 560). A. VI, 108. 88] A. I, 256. VIII, 124. 89] A. VI, 798 + G. I, 460 (A. I, 258. IIII, 47). A. I, 84. 90] A. IIII, 443 + II, 615. XI, 506 + VII, 309, *cf.* II, 625, V, 810. 91] A. VII, 74.

74 meretis *S* 75 sese matutinis *S* 76 socius *S* 78 longebus *S*, *corr. Suringar* *post hunc uersum excidisse quaedam intellexit Suringar, qui* inprouisus ait *(A. I, 595) addidit* 79 lacrimis *S* (lacrimas *corr. m*[1]) 81 os socii *S* munere *Suringar* 83 plubiali . . limfa *S, corr. Suringar* 84 lababo *S* 85 sustullit *S* 87 ori *Riese* ad ora *Brandes, cf. A. VI, 108* 88 Obscula *S* 89 cernes *Suringar* certis *S* Erebi de *Riese (G. IIII, 471).* 90 *fort.* et ruere; conruere *Brandes* summas arces *Suringar* summę acies *S* menia *S* 91 adq; *S*

tunc autem innumerae gentes populique | frequentes
terrentur uisu subito. | rex omnibus idem
iura dabit populis pariter | subigetque fateri,
quae quis aput superos furto laetatus inani
. . . .
sed uos, o lecti, ferro | pro nomine tanto,
quod superest, | moriamur et in media arma ruamus:
sanguine quaerendi reditus animamque litando.'
Haec ubi pro meritis, | finem dedit ore precandi.
succedunt alii | graues aetate ministri:
pars in frusta secant | onerantque altaria donis;
tum demum | pueri et pauidae longo ordine matres
stant circum.
quos ubi confertos | manu circumtulit omnes,
sic prior adgreditur | mensas atque incipit ipse.
et postquam primus | summo tenus adtigit ore,
accipiunt proceres | pariterque antistites omnes
et pueri rudes: | sequitur tum cetera pubes.

92] A. VI, 706 (*hunc circum*) G. IIII, 216 (A. I, 707. VI, 486. X, 506). 93] A. VIII, 109. X, 112 (Iuppiter *om.*). 94] A. I, 507 (dab*at*) + VII, 247 + G. I, 189 *al.* A. VI, 567 (subig*i*tque). 95] A. VI, 568. 96] A. VIIII, 146. VIII, 472. 97] A. V, 796. II, 353. 98] A. II, 118 (anim*a*que litan*dum*). 99] A. I, 81 *al.* + I, 74 (meritis pro). VI, 76 (*loqu*endi, *cf.* 376). 100] A. VI, 248 (su*ppon*unt, *cf.* A. II, 478. VIII, 607. VIIII, 222. 663. XI, 481). I, 705 (*pares*). 101] A. I, 212. XI, 50 (*cumul*atque, *cf.* A. I, 363. VIII, 180 *et* V, 101). 102] G. III, 205 (A. VI, 330. 573. VIIII, 815. XII, 6). A. II, 766. 103] A. II, 767. 104] A. II, 347. VI, 229 (pura . . unda *mut. in* manu . . omnes). 105] A. VI, 387. G. IIII, 378 (et *mut. in* atque) + E. VI, 26 (A. X, 5). 106] A. IIII, 17 (et *add.*). I, 737. 107] G. I, 216 *al.* + A. I, 740 *al.* A. II, 205 *al.* + XII, 574 (certantibus *mut. in* antistites). 108] A. VI, 832 (VII, 379; ne *mut. in* et; rudes *add.*). V, 74 (quos *mut. in* tum).

92 gentis *S* frequentes *Suringar* frequenter *S* 94 dabit *Suringar* dabat *S* subigetque *Suringar* subieq; *S* *post u. 95 uersum excidisse uidit Riese (fort. A. VI, 569)* 96 Seduo solẹti *S* 98 animanq; litarido *S* 99 hic *Riese* 100 grabes *S* 101 frustra *S* honorantq; alteria *S, corr. Salmasius* 102 pauido *S* 103 stant circum *u. 102 adiecta S* 104 manũ *S* 105 adq; *S* 108 tum *scripsi* tunc *S* pubes *Salmasius* rudes *S*

protinus ad reditum quisquis, | ad tecta domorum
tendimus | et laetum semper celebramus honorem.

cumque † abortio clamaretur 'Maro iunior!', ad praesens hoc recitaui:

Ne, quaeso, | ne me ad talis inpellite pugnas!
namque erit ille mihi semper deus, | ille magister.
nam memini | — neque enim ignari sumus ante malorum —:
formonsum pastor | Phoebum superare canendo
dum cupit | et cantu uocat in certamina diuos,
membra deo uictus | ramo frondente pependit.

109] A. II, 437 + X, 436 (XI, 54 reditus; quisquis *add.*). II, 445 (ac). 110] A. I, 205. V, 58 (*cuncti* celebremus). 111] A. XII, 72. XI, 278. 112] E. I, 7. A. V, 391. 113] A. VIII, 157. I, 198. 114] E. II, 1. V, 9. 115] E. III, 4 (?, fouet *in* cupit *mut.*). A. VI, 172. 116] A. VIIII, 337. VII, 67.

109 Prodinus *S* ac tecta *Riese* tecto domosũ *S* *in prosa pro* abortio *Iuretus scripsit* Mauortio, *cf. Quicherat bibl. d'écol. d. chart. I, t. 2, p. 130, qui primus hoc additamentum (dico uerba* cumque . . pependit) *edidit;* ab auditorio *Baehrens, fort.* abituro recitauit *Iuretus* 111 Neque sone me *S* 112 mihi ille *S* 113 malorum *Salmasius* maiorum *S* 114 fẹbũ *S* canendũ *S* 116 *fort.* uinctus; *cf. Anth. lat. 173, 1, quo loco fortasse eodem modo* uinctus *scribendum est*

INDEX UERSUUM UERGILIANORUM.

IN PROBAE CENTONE:

IN POMPONII CENTONE:

IN CENTONE DE UERBI INCARNATIONE:

IN CENTONE DE ECCLESIA:

IN CENTONE DE ECCLESIA:

INDEX SCRIPTURARUM UERGILIANARUM QUAE IN CENTONIBUS LEGUNTUR.

Siglis *P. T. Inc. Eccl.* significantur centones Probae, Pomponii, de uerbi incarnatione, de ecclesia, *Aus.* Ausonii Cento nuptialis, *AL.* numeris qui sunt in Riesii Anthologia latina adiectis ceteri qui praeter carmen de ecclesia in codice Salmasiano extant centones.

SCRIPTURAE CODICIS MEDICEI:

SCRIPTURAE CODICIS PALATINI:

SCRIPTURAE CODICIS ROMANI:

G. IIII, 238 uulnera: AL. 17, 232.
— — 454 lues: P. 265.
A. V, 631 quid: P. 189.
— VII, 128 manebant: AL. 17, 47.

SCRIPTURAE CETERORUM CODICUM:

G. II, 200 desunt *(γa2c)*: P. 106.
— IIII, 15 cruentum *(Seruius)*: AL. 17, 304.
— — 516 nullique *(c)*: AL. 11, 71.
A. II, 548 fata *(Donatus)*: AL. 17, 276.
— IIII, 94 nomen *(χ Baeda)*: P. 429.
— — 103 frigio *(F)*: AL. 18, 49.
— — 221 oblitus *(c)*: AL. 17, 17.
— — 516 praeruptus *(γ2c1)*: AL. 17, 402.
— — 596 fata *(a2χ)*: AL. 13, 20.
— — 690 innixa *(m)*: Aus. 122.
— V, 59 mea *(bc1)*: Inc. 107.
A. V, 842 querelas *(χ Donatus)*: AL. 11, 78.
— VI, 51 deo *(b)*: AL. 17, 199.
A. VI, 97 quam (qua? *Seruius*): T. 53.
— — 388 limina *(χ)*: P. 437.
— — 647 et pectine *(schol. Pers.)*: Aus. 127.
— VII, 122 hic patria *(c)*: AL. 17, 172.
— — 175 sacrae *(bχ)*: P. 570, AL. 18, 12.
— — 335 unanimes *(b)*: AL. 8, 29; 17, 60.
— — 562 supera *(γc)*: AL. 17, 362.
— VIII, 60 irasque *(c)*: AL. 11, 10.
— — 273 munera *(m)*: P. 426, Inc. 31, Eccl. 81.
— — 386 exitium *(b)*: P. 594, AL. 17, 87.

SCRIPTURAE OMNIUM FERE CODICUM A RIBBECKIO NON RECEPTAE:

G. II, 341 ferrea: P. 300, AL. 17, 229.
— IIII, 221 omnes: T. 16.
A. II, 616 nimbo: P. 563.
— — 680 subito: AL. 17, 420.
— VII, 129 exitiis: T. 124. AL. 17, 456.

UERSUS IN SUSPICIONEM UOCATI:

G. III, 263: AL. 11, 34.
— IIII, 506: AL. 15, 134.
A. I, 711: Aus. 60.
— IIII, 126: AL. 18, 45.

SCRIPTURAE, QUAE NULLO CODICE COMPROBANTUR, FERE OMNES DUBIAE, UTPOTE QUAE CENTONUM SCRIPTORIBUS TRIBUENDAE ESSE UIDEANTUR:

G. I, 248 obducta: P. 487.
— — 298 ac: P. 76.
— — 409 aëra: AL. 17, 139.
— II, 200 gregibus liquidi: P. 106.
A. I, 260 nec: P. 152.
— II, 134 leto fateor: AL. 17, 156.
— III, 284 circumuertitur: P. 278.
— IIII, 277 medio in sermone: P. 864, *cf. Claud. Mar. Uict. III, 681.*
— — 370 amantem (*om.* est): AL. 17, 273.
— — 609 urbem: AL. 17, 298.
A. IIII, 676 ignis: AL. 17, 48.
— V, 517 auras: AL. 17, 142.
— — 616 una est: AL. 8, 45.
— — 649 eunte est: P. 387.
— VI, 206 arbor: P. 243.
— VII, 392 incensas: AL. 17, 145.
— — 445 iram: AL. 17, 354, *cf.* 284.
— — 518 trepidae: AL. 17, 344.
— VIII, 679 populo patribusque: P. 602.
— XI, 176 regi memores: AL. 17, 373.
— — 413 nec: AL. 17, 239.
— XII, 173 manibus fruges: P. 586.
— — 239 ferturque: P. 602.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

p. 294 u. 83 not. post steriles *lege* B[1] *pro* B[2]. — *p. 310 inter imitationes adde:* 499] Uerg. Georg. I, 483 nec tempore eodem. — *p. 316, ind. II, col. 1 post 'commemoratio' adde: 'exceptis duobus locis Firmici Materni V, 7. 8 (Woelfflin, Arch. f. lat. Lexicogr. IV, 324).'*

G. Brandes.

p. 355, l. 12 infra adde post uolt: nec minus dubium est *suis . . toris* III, 738, cf. adn. — *p. 367, l. 3 infra leg.* germina *G.* — Claud. Mar. Uict. Al. I, 203 *cum Petschenigio, qui hanc ceterasque hoc loco prolatas coniecturas libro iam typis descripto mecum communicauit, nunc praefero* putari *pro eo, quod recepi,* patrari. — I, 342 *sq. commata post* dicere *et* figeret *delenda sunt.* — I, 357 conlato, *quod Petschenig proposuit, praestare uidetur.* — II, 2 *recte scripsit Petschenig* potuit, *quod simili loco III, 233 confirmatur.* — II, 20 *nunc* cumulatius *praefero, quod Petschenig quoque commendat.* — II, 340 *leg.* annos, mille. — *p. 401, l. 6 infra ante* 438 *add.* dignatus. — II, 460 *leg.* tamquam. — III, 150 quis *uoluit Petschenig; ego* qui *teneo; commata post* studio *et* reddat *delenda.* — III, 168 uenerator *retinere debebam; cf. Arnob. VII, 31, p. 265, 15 R.* — III, 700 *leg.* usus, per.

C. Schenkl.

